EMANUELIS KÖNIG,
PHIL. & MED. DOCT. BASIL.
Societatis Cæſar. Leopold. Imper. Colleg,
cognom. AVICENNÆ,

REGNI VEGETABILIS

PARS ALTERA

PLANTARUM DESCRIPTIONEM, CLASSES ET DIFFERENTIAS, FIGURAM, SAPORES, ODORES, COLORES, VIRTUTES ET USUS PROPONENS;

INSERTA PRÆPRIMIS EST METHODO BAUHINIANA ENUMERATIO PLANTARUM INDIGENARUM ſeu in Helvetiâ & circa BASILEAM ſponte naſcentium cum earundem Synonymis & novâ diſpoſitione ex florum & ſeminum configuratione juxta ROB. MORISON. & JOH. RAJUM Anglos.

IN GRATIAM MEDICINAE CULTORUM.



BASILEÆ,

Ex Officinâ Typographicâ EMANUELIS & JOH. GEORGII REGUM, Bibliopol. An. M. DC. XCVI.

Digitized by Google

V I R I S

MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS,
PRUDENTISSIMIS

DNN. CONSULIBUS,
DNN. TRIBUNIS PLEBIS

INCLYTÆ REIPUBLICÆ
BASILIENSIS,

HELVETIÆ DELICIIS,
PATRIÆ PATRIBUS,

ex ſingulari Botanices amore

HORTI ACADEMICI FUNDATORIBUS
MECOENATIBUS

Dominis ſuis Clementiſsimis

HUJUS REGNI VEGETABILIS
PARTEM ALTERAM
ſacrum facit
& devotum & memorem animum
ſiſtit

E M A N U E L K Ö N I G,
Philoſ. & Med. D. Baſil.
Societ. Cæſar. Leopold. Imperial. Natur. Curioſ.
Colleg.

Digitized by Google

PRÆFATIO.

INTER alia elegantia emblemata quæ è Vegetabilibus deſumuntur, non parùm decora & jucunda exiſtit illa inſcriptio lemmatis ſuper Coronam Imperialem notiſſimam illam primo Vere juxta alias emergentem plantam, ita dictam quòd certam campanularum ſeriem gerat, quæ naturæ induſtriâ in perfectum orbem diſtributæ gratioſam coronâm imitantur, eſtque illud tale apud *Picinellum in Mund. Symbol. L. XI. Cap. VIII. pag. m. 646.* IPSA SIBI SERTUM, id quod Poëta ita expreſſit:

Pullulat Elyſiis florum pulcherrimus hortis
Qui ſecum naſcens omina Regis habet.
Nomine & IMPERIUM defert meritumq; CORONAE,
Purpurat, ac oſtro pingitur ipſe ſuo.
Non arti debet pretioſum frontis honorem
Rex idem SERTUM EST & diadema SIBI.
IPSA CORONA SIBI EST, alieni haud indiga cultûs,
Sat dives proprias emicat inter opes.

Nimirum Virtutis hoc ſymbolum eſt, quæ propriis ac individuis ſuis ornamentis coronata, nullo emendicato opus alienæ ſerto indiget; Cujus hinc conſiderationem meritò præſenti negotio adjudicare licebit, dum nil vanitatis humanæ ad ſpeciale Regni Vegetabilis ſcrutinium nos inſtigavit, quin potiùs præter ſymbolum Illuſtris Academiæ Naturæ Curioſorum,

Nunquam otioſus, divinæ præcipuè benignitatis conſideratio è Vegetabilibus tam luculenter effulgens, præſertim iis quæ in dilectiſſimâ patriâ ſpontè ſingulis annis ubertim enaſcuntur, & propriis ſtupendis viribus tum in curatione morborum tum aliis commoditatibus ſe nobis commendant; Omninò enim confiteri neceſſum habemus Deum benigniſſimum T.O.M. quibuſvis loci alicujus incolis præter alias neceſſitates dediſſe apta medicamenta ad ſuos curandos morbos & ſine ſtultitiâ aut perverſo hominum judicio intermitti haud poſſe quæ Deus ipſemet in unaquaque regione Incolis præparavit remedia, id quod celebris ille non tam ob magiam quàm variam doctrinam & ſapientiam decantatiſſimus *Cornelius Agrippa de Vanit. ſcientiar. Cap. 84.* quoque adgnovit, dicens: Verè ſtultum eſt ex Indiâ petere quæ domi habemus, propriam neque terram neque mare ſufficere exiſtimantes, patriisque rebus peregrina, frugalibus ſumptuoſa ac facilè acquiſibilibus difficilia & ab uſque ipſis terræ finibus importata præferentes. Atque hoc experientiâ ſæpius comprobavit Vir dum viveret Ampliſſimus Medicus certè incomparabilis ac etiamnum pòſt fata nunquam ſatis colendus *Joh. Jac. Wepferus Scaphuſa Helvet.* Fautor quondam meus non ſine honoris cultu nominandus; ita enim ille in ſuis paulò ante obitum ad me exaratis literis „ d. 17. Jul. 1694. Plantis ſimpliciſſimis frequenter uſus ſum jam „ à multis annis, quia ad vicinas aulas & monaſteria frequen„ tiſſimè vocabar etiam diſtantia à Pharmacopœis, quandoque „ pauperculorum ruricolarum inprimis ſylvam Martianam in„ habitantium conditionis miſertus euporiſta & quidem felici „ cum ſucceſſu ſuaſi; verùm talia erant, de quorum viribus plu„ res jam multa tradiderunt; imò dolui quædam meliùs noviſſe „ Chirurgos paganos fideliores minimeque temerarios quàm „ multos Doctores ſimplicium cognitionem hodiernis diebus „ ſpernentes: Radicem Eſulæ decies aceto maceratam à mi„ nore doſi inſipiendo dedi cum fructu hydropicis; ex hac „ Clariſſ. *Fabritius Hildanus* Extractum paravit, quod pro arcano „ habuiſſe dicitur. Hydropicis cum fructu ſuaſi Gentianam cru„ ciatam, Meum, Trifolium fibrinum, Scordium, Caltham folio

planta-

plantaginis, Chamædryn, Chamæpythin, Seſeli Æthiopicum »
quod copioſè creſcebat propriè monaſterium Amptenhauſen »
in jugis montis Abnobiæ, & ſexcentas alias ſuaſi in affectibus »
ab aliis recommendatas Auctoribus, ut ceu nova nemini illa »
obtrudere auſim, & non rarò his plus præſtiti quàm neſcio »
quibus aliis mangonio adornatis & magno pretio comparan- »
dis, quibus Deum Ter Optimum Maximum peculiariter be- »
nedixiſſe firmiter credo. Atque hoc etiam mihi ſtimulum & »
calcar addiderat, ut Simplicium in Helvetiâ & particulariter circa Baſileam ut meam dilectiſſimam patriam creſcentium ſcrutinio & cognitioni accuratiùs incumberem & earum ſpecificam virtutem quàm in ſanandis morbis peculiariter exerunt indagarem, quùm enim cordatiores Medici cum *Helmontio* confiteri neceſſum habeant in Morbis ſpecificum quid peccare ex determinatâ ſalium in corpore variè cum partibus aqueis & terris mirè congredientium figurâ & texturâ, magnitudine & inde exurgente diverſa motione, è quibus cauſarum morbificarum energiæ ſub ſaporis hujus vel illius formâ aliqualiter definiendæ reſultant, evidenter quoque patet Vegetabilia ſpecifica morbis à potentiis ſalinis Hippocraticis (juxta egregium ejus de Nat. Hum. monitum; Non ſiccum neque humidum, &c.) oppoſita à divina benignitate conceſſa eſſe, quæ ratione particularis ſaporis ac etiam inde emanantis odoris, ſpecialiter & efficaciter in certos corporis humani ſuccos operantur; Nimirum eſt quid virtutis in omnibus Vegetabilibus ſimplicibus quod ex ſeminali ſuâ ratione intimâque corpuſculorum componentium ſubtiliſſimâ modificatione, maximè ſpiritûs vegetabilis intus latentis inſigillatione in ſpiritum humanum, calorem nativum vel flammulam vitalem vel biolychnium aliterque dictum, activitatem ſuam exerit, maſſamque humoralem quoad laxam ejus texturam fluidamque certo & ſpecifico modo afficit, ſicque morbos etiam pertinaciſſimos debellat; Atque in hoc negotio non malè attendit *Joh. Floyers Eques Anglus & M. D. Londinenſis* in Lapide Lydio cognoſc. Virtutes ſimplicium, ad vaſcula quadruplicia ab immortali *Malpighio* detecta & præcipuè ad ſuccos in iis conten-

Digitized by Google

tos, præſertim eum qui in oleoſo ſeu terebinthinato vaſculo continetur, ceu in quo præcipuè ſuccus ſpecificus & determinata vis vegetabilis reſidet, adeò ut etiam ipſius judicio diſpoſitio plantarum in certa genera prout nempe oleoſo vaſculorum ſpecificorum ſucco conveniunt, commodè inde deſumi poſſit. In ſpecie autem citatus *Auctor* octo ſumma Plantarum conſtituit genera, Terrearum nempe, Mucilaginoſarum, Dulcium, Amararum, Aromaticarum, Fœtidarum, Acrium & Corroſivarum; acida, acerba & adſtringentia intuitu ſucci, oleoſi, quo leviter ſimul amaricant, ad amaricantia auſtera ablegans; quodlibet enim horum generum reſpectu diverſorum ſaporum compoſitorum aut peculiaris odoris in certas ſpecies ſubalternas ſubdividit, v. g. ſub plantis terreis vegetabilia arenoſa, lignoſa, lanuginoſa, muſcoſa & terrea perquam fœtida complectendo; Plantarum verò dulcium octo innuit ſpecies herbacearum ſcilicet, frumentacearum, ſubacrium, aromaticarum, filicearum, Terebinthinatarum, fragrantium & fœtidarum, &c. qualem hinc methodum tanto præſtantiorem judicat, quò magis taliter *Dioſcoridis* & *Galeni* plantarum ſapores & odores annotantium veſtigia premat, & omni tempore, ſeminibus etiam & floribus deficientibus, locum inveniat; Et quamvis non parùm inde in ſpecificorum ſaporum cognitionem quis devenire poſſit, non minimùm tamen obſtare videntur compoſiti ſaporis in diverſis plantæ partibus diſcrepantes exhibentes ſapores, item quod exemplo, v.g. rhabarbari obſervemus plantas viribus differentibus in multis earum partibus pollere, imò plantas pro loci natalis differentiâ multùm quoad ſaporem diſcrepare; Verùm enimverò pro plantarum diſtinctione tali non omnis ſapor ſufficit, ſed ille qui prævalet & ſucco oleoſo ſpecifico ineſt, & ubi duo vaſcula ſpecifica in unâ eademque plantâ adſunt ab eo ſapore qui præminet & notabilior eſt, differentia deſumenda erit; Atque talem inquiſitionem Virium Vegetabilium & ſpecificarum virtutum jam ſuo tempore multum agnovit Celeberrimus trium Cæſarum Archiater *Crato à Crafftheim*, ſcribendo ad *Scaligerum*, ſibi præ curioſâ exteriori plantarum cognitione ſufficere noſſe ſimplicium

cium

cium medicamentorum non facultates primas tantùm, verùm maximè proprias, i. e. ſpecificas & experientia & ratione ſeparationis partis purioris ab impuriori & quaſi ſpiritûs naturalis qui humido oleaginoſo in vaſculis ſcilicet terebinthinatis Malpighio dictis præcipuè inſidet evocatione cognoſcere, & ut ad curandum valetudinem uſui ſunt operam dare. Et tali methodo ſi quis inſiſtat, & confuſionem illam, quæ fit, dum plurima vegetabilia ſimul in unam formulam corraduntur, odio habeat, evitabit non parùm ſalſum illud ſcomma *Barclai in Argenide Lib. I.* ubi apertè dicit, Ruſticos ſecuriores eſſe notis inemptisque ſimplicibus ſcilicet ſpecificisque remediis, quàm ſi in Medicorum fide iniquiſſimam mercedem ex ſupervacuâ curationis morâ interdum captantium, acquieſcerent; Nimirum hoc in negotio Medicus qui miſericordiæ Dei & Naturæ miniſter audit, nil melius aget, quàm ſi naturam ipſam pro Pharmacopolo vel tali ſeplaſiario in compoſitione medicamentorum imitetur; Prout nimirum Divina benignitas ex immensâ acie Remediorum ad morborum inſultus edomandos in radicalibus primordiis jam certam eamque ſpecificam mixtionem intendit & ex motu materiæ indito, ſubtilis item fluidiſſimaque omnia pervadentis materiæ transcurſu particulas ita effinxit & figuravit, quo à ſaporibus talibus determinati morborum ſapores eorumque characteres ſingulares ex configuratione vitioſâ tali & tali reſultantes ſuperari, inverti, deſtrui decenterque corrigi & omnimodè deleri poſſint, ut in locum morborum homines ſævâ & crudeli ſuâ tyrannide excarnificantium ſanitatis priſtinæ ſerenitas denuò effulgere poſſit; ita quoque omninò Medici qui naturæ miniſter eſt officium erit in tantâ ſimplicium medicamentorum copiâ ea quæ experientiâ multiplici comprobata ſunt eligere ad morbum eradicandum, imò in morbis curandis probè attendere qualiter remedium contra morbum exhibitum vires ſuas exequatur, prout ſcilicet jam in ipſo ſimplici naturalis mixtio artificio humano tantùm non inimitabilis adſit, quæ è diametro morbo ejusque cauſæ oppoſita eſt, & quomodo inde exoptatus effectus reſultet, quò nimirum tantò certius inde dici

poſſit

poſſit remedium hunc vel illum affectum expugnare; Quare & monitum illud egregium elegantiſſimi *Fernelii* Medici Gal-
„ li Celeberrimi; Optimum igitur & inprimis conducibile eſt,
„ inquit, ad unumquemque affectum ſimplicem præſtantiſ-
„ ſima ſimplicia tanquam remediorum baſes accommodare
„ & in promptu habere non guſtu modo & ratione, ſed ex-
„ perimento quoque & uſu longo comprobata; Nullus ſiquidem morbus in hominibus æquè ac in animalibus brutis adeò ſævus eſt & immanis, cui oppoſitum remedium ſpecificum & ad illum curandum ſingulariter directum ſummus rerum conditor, ſator, ſtator & conſervator Deus, benedictus obinde in ſecula, non decreverit, quò magnalia ejus tantò clarius eniteſcant & ſumma benignitas luculenter ubique effulgeat.

INDEX

Digitized by Google

INDEX CAPITUM.

CAP. I. De Vegetabilium Claſsibus ſeu generali Plantarum Diviſione.

Cap. II. De Graminibus, Junco, Cypero, Sparganio, Equiſeto, Arundine, Typha.

Cap. III. De Frumentis, Zea, Hordeo, Secali, Avenâ, Uſtilagine, Milio, Panico, Eryſimo, Pſeudo-aſphodelo, Phalangio, Iride, Acoro.

Cap. IV. De Herbis Bulboſis, Hyacintho, Pſeudonarciſſo, Leucojo, Colchico, Croco, Ornithogalo, Porro, Allio, Lilio montano, Orchide, Ophride, Orobanche.

Cap. V. De Oleribus & Oleraceis, Rapunculo, Campanulâ, Rapiſtro, Raphano, Dracunculo, Sinapi, Erucâ, Luteolâ, Rheſedâ, Eryſimo, Perſicariâ, Naſturtio, Thlaſpi, Burſâ paſtoris, Myagro, Drabâ, Alliariâ, Braſsicâ, Iſatide, Acetoſâ, Lapatho, Centaurio maj. Rhabarb. Monach. Blito, Atriplice, Parietariâ, Mercuriali, Lactuca, Soncho, Cichorio, Dente Leonis, Hieracio, Chondrillâ, Senecione, Jacobæâ.

Cap. VI. De Tanaceto, Matricaria, Chryſanthemo, Buphthalmo, Chamæmelo, Abrotano, Artemiſia, Ambroſia, Botry, Abſynthio, Millefolio, Stellaria aquatica, Conſolida regali, Fumaria, Chelidonio

maj Aquilegia, Nigella, Meo, Dauco, Paſtinaca tenuifolia, Chærefolio, Scandice, Caucali, Apio, Sio, Paſtinaca latifolia, Angelica, Imperatoria, Sphondylio, Libanotide, Cumino, Pimpinella, Cicuta & Cicutaria, Seſeli, Oenanthe, Pediculari, Barba Capræ, Valeriana.

Cap. VII. De Solano, Hyoſcyamo, Papavere, Anemone, Argemone, Pulſatilla, Ranunculo, Napello, Aconito, Helleboro, Helleborine, Doronico, Gentiana, Plantagine, Pyrola, Biſtorta, Potomogeto, Tribulo aquatico, Nymphæa, Sagitta aquatica, Aro, Aſaro, Tuſſilagine, Petaſitide, Cacalia, Lappa.

Cap. VIII. De Violis, Leucojo luteo, Heſperide, Lychnide, Caryophyllo, Antirrhino, Linaria, Lino, Polygala, Onobrychi, Hyſſopifolia, Cuſcuta, Serpillo, Polio, Agerato, Origano, Clinopodio, Mentha, Calamintha, Marrubio, Lamio, Urtica, Sideritide, Euphraſia, Melampyro, Betonica, Serratula, Scrophularia, Stachyde, Hormino, Verbaſco, Blattaria, Auricula Urſi, Digitali.

Cap. IX. De Lyſimachia, Veronica, Scordio, Teucrio, Chamædry, Chamæpithy, Alſine, Anagallide, Elatine, Heliotropio, Echio, Bugloſſo & Borragine, Cynogloſſo, Lithoſpermo, Symphyto, Brunella, Bellide, Piloſella, Gnaphalio, Conyza, Aſtere, Virga aurea, Verbena, Succiſa, Scabioſa, Jacea, Cyano, Tragopogo, Caltha, Helenio, Bupleuro, Perfoliata, Gratiola centauroide, Centaurio minore, Hyperico, Polygono, Sedo, Cotyledone, Telephio, Portulaca, Tithymalo.

Cap. X.

Digitized by Google

Cap. X. De Convolvulis & ſcandentibus Plantis, Smilace, Bryonia, Lupulo, Vite, Clematitide, Periclymeno, Aſclepiade, Polygonato, Lilio Convallium, Hederis, Balſamina, Gramine Parnaſsi, Chelidonio, Nummularia, Malva, Alcea, Geranio, Sanicula, Alchimilla, Eupatoriis, Agrimonia, Potentilla, Caryophyllata, Quinquefolio, Tormentilla, Fragaria, Trifoliis, Meliloto, Loto.

Cap. XI. De Rubia, Aparine, Aſperula, Mollugine, Gallio, Cruciata hirſuta, Thalictro, Lathyro, Cicere, Vicia, Securidaca, Ferro equino, Onobrychi, Ornithopodio, Orobo, Glycirrhiza.

Cap. XII. De Herbis capillaribus, Linguâ Cervinâ, Ophiogloſſo, Lunaria, Trichomane, Ruta muraria, Polytricho, Rore Solis, Filice, Lonchite, Polypodio, Muſco, Lichene, Lenticula, Fungis, ut & de Carduis, Cirſio, Cnico, Carlina, Dipſaco, Eryngio, Anonide.

Cap. XIII. De pleriſque Fruticibus & Arboribus, Geniſta, Colutea, Anagyri, Piſtacia, Sumach, Sorbo, Fraxino, Corylo, Fago, Quercu, Caſtanea, Nuce juglande, Viſco, Tilia, Ulmo, Oſtrya, Betula, Alno, Euonymo, Viburno, Populo, Acere, Platano, Malo & Pyro, Pruno, Corno, Ceraſo, Alni effigie, &c. Cotonaſtro.

Cap. XIV. De reliquis Fruticibus & Arboribus, Meſpilo, Berberi, Groſſularia, Sambuco, Laureola, Thymelææ affini, Ciſto, Viti Idæa, Ledo, Buxo, Salice, Liguſtro, Rhamno, Rubo vulgari & Idæa, Roſis, Tamarice, Erica, Camphorata glabra, Junipero, Aſparago, Pino, Pinaſtro, Larice, Abiete.

CARMINA
GRATULATORIA
FAUTORUM
ATQUE
AMICORUM.

I.

In Honorem
EXCELLENTISSIMI & FAMIGERATISSIMI
DOMINI
D. EMANUELIS KÖNIG,
Societ. noſtræ Cæſar. Leopold. Baſil. Avicennæ
Æſtumatiſſimi.

FLoreat ex patriis quam nectit Flora coronam
Floribus, & Virtus quam Tua promeruit.

Sic Erudito DN. COLLEGAE ſui chariſſimi labori adplaudit
Lucas Schröckius, Doct.
Arch. & Com. Palat. Cæſar. Nob.
Acad. Leop. Imper. Nat. Curioſ.
Præſes.

II. Tam

Digitized by Google

II.

Tam bene certantes non exprimit æmulus uvas
Cum potuit fatuas fallere Xeuxis aves,
Regiè quàm ſiſtit Kõnigius *ordine plantas*
Et pingit Floram & veris olentis opes.
Ipſi Lector obhinc æternam texe corollam,
Et Diadema ſuis cinge perenne comis.
Atque refer tantas grates Helvetia quantas
Ipſa Dioſcoridi Græcia docta ſuo.

Honoris ergò p.

Johannes de Muralto, Tigur.
Chirurg. & Med. D. Phyſic. Profeſſor.

III.

IN LAUDES
AUCTORIS.

Regis ad exemplum ſi ſe componeret Orbis
Totus, Doctorum tota perita cohors
Deberet meritò noctuque diuque imitari
Te Regem & Medicæ plurima ferre bona
Arti, at certò non datur omnibus ire Corynthum,
Omnibus at non ſunt omnia, noſſe cupis
Quem fortuna ferat ſeu ſumma ſcientia ad Aſtra,
Splendentem librum hunc inſpice tolle, lege

Digitized by Google

Inveniesque datum conceſſumque, ire Corynthum
Auctori libri, hic per ſua ſcripta probat,
Quod Regis nomen Medicâ mereatur in Arte:
Arti (ut Rex maneas) perge favere, Vale.

Honoris & amoris ergò appoſuit

BEATUS FRANCISCUS ZUM BACH,
Philoſ. & Medic. Doct. Tugienſis.

IV.

DUm nobis ignota priùs ſecreta recludis
Plantarum, ingenio gentis & orbis honos;
Nominis æternâ victurus laude paraſti
Immortale tibi, perpetuumque decus.
Plus aliis totâ de poſteritate mereris,
Quòd ſenſus omnes tu ſapientis habes.
Quare magnificis te extollit laudibus orbis,
Orbis, quem tantâ dexteritate doces.
Perpetuamque tuis famam virtutibus addit,
Quam poterunt nulli diminuiſſe dies
Quæ Tibi venturos ſemper durabit in annos
Donec erunt docti, qui tua ſcripta legent.

Sic Celeberrimo quondam ſuo PRÆCEPTORI optimè de ſe merito Helvetiæ Vegetabilium Virtutes extollenti acclamat

FRANCISCUS XAVER. KÖFERLIN,
Med. Doct. Zurzachenſ.

V. In

Digitized by Google

V.

IN REGNI VEGETABILIS

PARTEM ALTERAM

DE PLANTIS HELVETICIS ET PRÆCIPUE circa BASILEAM naſcentibus in ſpecie tractantem,

VIRI Clariſſimi atque Doctiſſimi

DN. EMANUELIS KÖNIG,

Medicinæ DOCTORIS Famigeratiſſimi.

Οὐδὲν ἀδήλητον καὶ ἀνύβριστον πέλει ἔργον,
Πᾶν τε λέλογχ' ἐχθρὸν δυσμενέα, στυγερὸν
Ναύτας ἀμαιμακέτων ἀνέμων ἀμέγαρτος ἀϋτμὴ
Τείρει, ἐγειρόντων κύματα πορφύρεα:
Κηφῆνες δ' ὀλοοὶ διαδηλήσαντο μελίσσας
Οἴκαδε ἱπταμένας, βριθομένας μέλιτος.
Ἴρηξ ὠμοβόρος ἢ πελειάδα δοῖσιν ὄνυξιν
Εὔχετ' ἔμεν γναμπτοῖς κύρμα τε ἠδὲ ἕλωρ·
Ἀνδράσι πυγμαίοισι φόνον καὶ κῆρα φέρουσι.
Ἔθνεα κραιπνάων ὑψιπετῶν γεράνων.
Τί δὲ δέμας θνητοῖο πέλει πολυώουσον, ἀκιδνόν;
Οὐχὶ ἀπειρεσίους τέτροφε δὴ θανάτους;
Οὐχ' ἔξω πολιορκεῖται μυρίοισι νόσοισιν,
Ἄλγεσιν, ἠδὲ ἄτης, πήμασι παντοδαποῖς;
Χνοῦς πέλομεν, πέλομεν κόνις, ἀτμίς, πνοιὴ, ὄνειρος.
Τειρόμενος μόχθοις ἠδ' ἀνιῶντι πόνῳ.

Κάλλις

Κάλλις' ὖν πράξασθαι ἰητρῶν παῖδας ἀγαυοὺς,
Οὔτις ἀπαρνήσαιθ', ὅς σοφός ἐστι νόον,
Χρήσιμα τῶνδε νόσων δὴ ἀκέσματα ἐκζητοῦντας,
Τάων μὲν δωτὴρ ἰατρὸς ἐστι θεὸς,
Τηλεθόωσιν ἐνὶ δένδροις, βοτάνῃσι, πόῃσι,
Φύμασι τ' ἀλλοίοις γαῖα τὰ τίκτε φίλη.
Ὡς δ' ὅτ' ἐν οὐρανῷ ἄστρα φαεινὴν ἀμφὶ σελήνην
Φαίνετ', ἀμαυροῦται, καί τοι ἀριπρεπέα.
Τῆσδε φόως ἐκέκαστο καὶ ἔξοχόν ἐστιν ἁπάντων
Ὡς τόδε μοῦσα φίλη εἰπὲ καὶ οὐκ ἀλάσῃ.
Ἔργον ἄριστον ἔμμεν πολλῶν τ' ἀντάξιον ἄλλων
Τὸ πράξω ΒΑΣΙΛΕΥ, κῦδος αἴας πατρίδος.
Σπουδῇ ὑπερβαλλούσῃ ἀναπτύξας τὸν ἀριθμὸν
Ἠδ' ἀρετὰς βοτανῶν καὶ φυτάδων ἁπασῶν
Ἑλβετίων γαίης ἐριβώλακος, αἰθοφόροιο·
Ὡς σεο μὲν πράττεις ἄξια οὐνόματος·
Εὐρὺ δέ σεῦ κλέος ἔσται, ὅσον ῥ' ἀποκίδναται ἠώς.
Σοὶ Βασιληϊάδαι δοῖεν, ὅσων ὀρέγῃ.

Plauſus ſunt

SAMUELIS KOENIG, HBernatis.

EMA-

EMANUELIS KÖNIG, M. D.

REGNI VEGETABILIS PARS ALTERA,

Seu

DE PLANTIS IN SPECIE.

CAPUT I.

De Vegetabilium Claſſibus ſeu generali Plantarum Diviſione.

ARduum eſſe negotium, remq́ue ſanè momenti maximi diſponere decenter & cōmodè Vegetabilium ingentem numerum illaque ad ſuas certas claſſes reducere, in *Part. I. Regni Vegetabilis Cap. XX.* abundè diximus. Propoſuimus illic Celeberrimi D. Caſpari Bauhini noſtri Methodum, qui in Pinace ſua, opere XL. annorum, Hortum Vegetabilium ſpatioſiſſimum hujus mundi in pulvinos XII. Areolas 72. totidem Libris & Sectionibus diviſum ſiſtit, ceu hoc *Paulus Flemmingus in Corculis* ſeu *Epigrammat. Lib. III.* poſtquàm in Itinere in Perſiam cum *Oleario* plantas exteras perluſtraſſet, ſequenti carmine, Inquilinarum Plantarum Virtutes ingenioſè inſimul, nimirum

Semper ut extremos Medicus non currat ad Indos,

extollente agnoſcit:

Quid mihi me ſimulem; fatuus cum pluribus illis
Qui peregrè niſi ſint; nil ſapuiſſe putant.
Non mihi perfectum viſa eſt Europa Medentem
Gignere, cùm tellus omnia nulla ferat.
Hinc Aſiam petii nec erat procul Africa nobis.
Juro nihil Patriâ plenius eſſe meâ.
Quas vidi, quas non, liber unus hic exhibet herbas,
Munde, vale, liber hic floreus orbis erat.

Nec etiam neglexımus in *cit. Regn. Veget. P. I.* quoque ſiſtendi novam Celeberrimorum Botanicorum Anglorum *Moriſonii* & *Raji* Vegetabilium Diſpoſitionem. Laudatus verò *D. Caſparus Bauhinus* confuſam Veterum Plantarum traditam ſeriem in ordinem reduxit obſervando Plantarum affinitates ab externo Foliorum præprimis aſpectu & figurâ deſumptas. *Moriſonius* & *Rajus* autem Seminum inſuper & Florum configurationem attenderunt, quos ſecuti ex Recentioribus alii, qui itidem characterem plantarum naturalem à fine ultimo, videlicet Fructificatione deſumptum pro methodo genuinâ cognoſcendi plantas habuerunt. Laudavimus abundè utrorumque induſtriam & indefeſſum ſtudium, quo Plantas ad certas claſſes commodè ſic reducere voluerunt, quò Creatoris Majeſtas in qualibet plantulâ tantò luculentius effulgeat; Noſtra verò ſententia erat non ſaltem hîc Folia, nec ſola Semina, nec ſolos Flores hoc in negotio Diviſionis Plantarum (quæ ſunt

Δένδρον ϗ θάμνον, φρύγανον ἠδὲ πόα)

reſpicienda eſſe, ſed omnia ſimul, nimirum ex Harmonia & Symmetria configurationeque externâ omnium ejusmodi partium ſenſui occurrentium Diſpoſitionem & Locationem velut Plantarum eſſe inſtituendam, notitiamque ejusmodi intuitivam definitionem hac in re eſſe optimam, non ſecus ac Aſtrologi & Phyſiognomi ex indiciis exterioribus ſignisque inter ſe collectis Hominem eſſe vel Saturninum vel Jovialem, &c. (taceo quòd eadem magna mundi medicina ſit, quâ morbi humani ex ferreis, æneis, ſtanneis, plumbeis, antimonialibus & mercurialibus aliis mutantur in ſanitatem auream vel argenteam, quâ imperfecta metalla ferrum, cuprum, plumbum, &c. in aurum vel argentum, quarum ſcilicet Lepræ medetur Lapis magnus priſcorum ſapientum, ut ait *Baſil. Val. Oper. p. 23. & Clav. 1.* Leproſi decem ſitiunt ſanguinem Regis Vid. *Theophr. de Transmut. Metall. pag* 100. *& ſeq.*) & ſub hoc vel illo potius planetâ militare inferunt; quapropter reſpicienda judicamus tum Folia & varias in iis, more Chiromantarum, lineas & peculiaria ſigna phytognomica tum Flores eorumque petalorum configurationem & colorationem ſummè variantem, tum Semina & Fructus pro variâ plantæ internâ diatheſi protruſos varios

miroque

miroque artificio Geometrico differentes. Neque in hoc contrariari videbimur *Excell D. Ammanno*, qui in *Charact. Plant. nat. p.* 93. Duplicem denominationem Plantarum agnoſcit, nimirum tum extrinſecam, quæ includit accidentia vel adjuncta varia, cui non ſoli & ubique fidendum dicimus, vel intrinſecam quæ præſupponit characterem eſſentialem ex flore, fructu & ſemine, ceu in quibus elaborandis præcipuè ſpiritus vegetabilis occupatus eſt, hauriendum. Chriſtophorus Merrett M. D. Anglus utriuſque Societatis Regiæ, inibi Socius primusque Muſæi Harveani Cuſtos in Pinace rerum Naturalium Britannicarum, ſequutus D. Caſparum Bauhinum, Johannem Bauhinum, Jonſthonum & Spigelium Methodum ſequentem pro tradendis plantarum Claſſibus (in qua ſi occurant plantæ ſub aliis etiam claſſibus, ſub propriis Romano, ſub alienis Italico charactere reponi Lector meminerit) ad notitiam eorum ritè comparandam obſervavit. Ubi primò

Gramina. His folia leptomacra & caulis geniculatus; Alopecuroidea, Anthozanthum Aquat. Arundinac. Avenac. Brizæ ſpica, Bromoides, Bulboſa, Canina, Caryophyllata, Criſtat. Cyperoidea, Dactyloid. Echinat. Feſtuca, Geniculata, Glumis variis, Hirſuta, Hordeacea, Juncea, Junci, Loliacea, Marina, Montan. Miliac. Murorum Paluſtre, Nemeroſ. Nodoſ. Panniculat. Phalaroid. Plumoſum, Piperinum, Pratenſ. Secalin. Segetal. Sorghin. Stellat. Spartea, Spicat. Striat. Sylvatica, Toment. Tremul. Triticea, Typhoid. Uſtilagines.

Cerealia. Habent geniculatum culmen & fol. harundinaceis conſtant ſemenque panificio aut pultibus aptum in ſpicis aut jubis ferunt, ſuntque cavicaulia, quarum partes Culmus, Vagina, Spica in qua ariſta. Aruncus, Frit. Granum, Gluma, ſuntque Avena. Ægilops, Bromos, Hordeum, & ſpurium, & Gram. hordeaceum, Triticum & gramm. Triticea, Secale, & Gr. Secalinum, Lolium, Phalaris, Tragopyrum, Melampyrum.

Leptomacris foliis & flore pulchro. Hæ præter Typham & Gladiolum, bulboſam habent radicem. Aſphodelus, Colchicum, Crocus, Cynoſorch, Gladiolus. Hyacinth. Iris. Nidus avis, Ornithogalum, Orobanche, Orchis, Palma Chriſti, Serap. Tragorchis, *Tragopogon*, Triorchis, Typha, Zyris.

Allium spirant. Allium, & Urſinum, Alliaria, Scordium.

Siliquosæ. Hæ acres & mordaces pleræque flores quadripetali; *Alliaria*, Barbaræa, Braſſica, Bunias, Cardamine, Chamænerion, Camælina, Chelidonium majus, Eruca, Eryſimum, Geran. Lampſana, Lepidium, Leucoium, Lyſimachiæ quædam, Naſturt, *Oxys*. Pecten Veneris, Perfoliata, *Piloſella ſiliquoſ*. Raphanus, Rapiſtrum, Rapum, Sinapi, Sium aquat. Sophia Chirurg. Turritis, Trifolia quædam.

A 2 Capsu-

CAPSULATÆ. His vaſcula rotunda pro ſeminis theca ſeu burſula, flores quadripetali: Burſa paſtoris, Cochlearia, Criſta Galli, Draba, Iberis, *Lupulus*, Myagrum, Naſturtium petræum, Pedicularis, Thlaſpi.

LEGUMINOSÆ. Anthyllis, Aphaca, Aſtragalus, Catanance, Cracca, Faba, Ferrum Equinum, Glaux, Lathyrus, Lens, Ochrus, Onobrychis, Ornithopodium, Piſum, Terræ gland. Vicia.

BACCIFERÆ. Baccæ ſunt minores fructus, nec admodum conferti, molliori cortice præditi. Androſæmum, Aſparagus, Bryon. Clymen, Dulcamara, Hedera, Herba Paris, Polygonat. Solanum.

CAMPANIFORMES FLORES. Quorum floſculi inſtar Campanæ rotundi continui in mucronem, vel turbinatum conum deſinunt. Campanula, Convolv. Gentianella, Helleboraſtr. Hyacinth. Hyoſcyam. Lilium convall. Rapunt. Soldanella, Trachel. Umbilicus Veneris. His annecte, quibus flos indiviſus Antirrhinum, Ariſtoloch. Digitalis.

RHODOFLORÆ. Quibus flos patulus quinque conſtans foliis roſarum inſtar. Adonis, Alcea, Althæa, Anemone, Argentina, Argemon. Blattaria, Linaria, Linum, Lyſimach. Malva, Nummularia, Pæon. Papaver, Pulſatil. Ranunculus, Verbaſcum. His Junge Aſcyrum, Hyperic.

CORYMBIFERÆ. Corymbi ſunt extremitates latiores florum. His flos denſus & in capitulum aggeſtus, multis ſtaminibus minutiſſimis ſtipatum. Abſinth. Artemiſia, Baccharis, Bellis, Chamæmel. Conyza, Cotula. *Crithmum*, Chryſanth. Doronicum, Gnaphal. Helen. Jacobæa, Millefol. Parthen. Piloſella, Ptarmica, Tanacet. Tripol.

CALICULATÆ. Quarum flores calici inſiſtunt, & harum plerumque pedamentum longius eſt. Armer. Armorar. Ballote, Behen. Caryophylli. *Convolv.* Centaur. minus. *Gentianella.* Gratiola. Meliſſophyllon Fuchſ. Muſcipula, Paralyſ. Pneumonanthe, Primulæ, Pſeudomel. Saponaria, *Soldanella*, Speculum veneris.

VERTICILLATÆ. Harum flores inſtar verticilli caulem ad alas ambiunt, interſperſis foliolis, qui inſuper ſunt galeati, videlicet qui galeam referunt conſtantq; ex ſupremo petalo galeam referente, duobus lateralibus velut labiis & quarto mento aſſimilando galeæque oppoſito. Hæc quatuor florem conſtruunt, omnesque fortem ſpirant odorem. Acinus, Alſine Hederac. Ballote, Beton. Bugul. Calaminth. Cannab. Chamædr. Chamæpitys, Clinopod. Gratæog. Cuſcuta, Euphrag. Galeopſis, Hormin. Lamium, Marrub. Melampyr. Meliſſ. Menthæ, Mentaſtrum, Origan. Panax colon. Prunella, Puleg. Scord. Scoridon. Scrophular. Serpyll. Sideritis, Stachys. Urtica.

UMBELLIFERÆ. Sic dictæ ab umbella mulierum, quam referunt, quoad latitudinem & rotunditatem: harum pleræque tenuifol, ſeminaque apparent

apparent ſingula cum bina fuerint nudaque. Aneth. Angel. Aniſum, Apium, Bulbocaſt. Bupleurum, Carum, Caucalis, Chærefol. Cicuta, Cicutar. Coriandr. Delphin. Fumar Filipend. Herba Ger. Hipposelinum, Meum, Millefol. Myrrhis, Paſtinaca, Peucedanum, Percepierre, Petroſelinum, Maced. Pimpin. Radix cava, Scandix. Selin. Seſeli prat. Sium, Sphondil. Valerian. Ulmar.

SPICATÆ. Quarum flores à latiore baſi in mucronem deſinunt. Agrimonia, Biſtorta, Blattaria, *Blita*, Cauda mur. Circæa, Cornu cervi, Coronopus, Holoſt. Luteola, *Lyſimach.* purpurea, *Mentha*, Perſicaria, *Plantago*, *Potamogeton*, Reſed. Serpentar. Seſamoides, Thapſus, *Typha*, Verbaſcum, Verben. Veron. *Umbilicus Veneris.*

PAPPOSÆ. Hæ poſt flores lanoſos, villoſitates quæ vento defluunt, acquirunt, pleriſque flos luteus, & ſemini plurimi villi adhærent. *Baccharis Monſpel. Carduus, Crithmum, Dens Leonis*, Helenium; Hieracia, Hypochæris, Hyoſeris, Lactuca, Piloſell. Senecio, Sonchi, Tripol. Virga aur.

TRIPETALA. Quorum flores tribus foliis conſtant. Hoc ſenſu utitur voce Petalon peritiſſimus Botanographus Fab. Columna. *Gallium, Militaris, Morſus Ranæ; Plantago aquat. Rubeola arvenſ. Sagitta, Stellaria.*

CARDUI ET SPINOSÆ. Acanthium, Bardana, Carlina, Card. vulg. Globoſus, Eriocephalus Mariæ, Stellatus, Solſtitialis, Cirſium, Dipſacus, Eryngium, Virga paſtoris.

ECHINATO CAPITE. His caput minus ex ſemm. aſperiuſculis conſtans. Agrimonia, *Aparine*, *Caryophyllata*, *Caucalis*, Circæa, *Coronop.* Cynogloſſ. Dipſacus, *Echium*, *Medica*, Myoſitis, Plantago aquat. *Ranunc.* Sagitt. Scorpioides, Sanicula, Sparganium, Symphyt. Tribulus terreſt. Urtica.

CAPITE SQUAMMOSO. Capitatæ quæ capitibus majoribus craſſioribuſque ſunt præditæ rotundis vel ad rotunditatem accedentibus. Baccharis, *Cardui*, Cyanus, Eupator. atque Jacea, Jacob. Lactuca, Morſus diaboli, Prunella, Scabioſa, Senecio, Serrat. Succiſ.

CRASSÆ ET SUCCULENTÆ. A foll. conſtitutione appellantur, quæ carnoſa pinguia, ſucco turgentia quæque radice ablata diu vivunt, perdurantque ſucculenta. Acetoſa, Atriplex, Beta, Blitum, Cepea, *Cochlearia*, *Cotyledon*, Craſſula, *Crithmum*, *Fucus*, *Halimus*, *Kali*, Paronychia fol. rutaceo, Pinguicula, Portulaca, *Rhodia radix*, Saxifraga alba & aurea, Sedum, Spongia, Teleph.

CONVOLVULI ET SCANDENTES. Hæ non niſi alterius fulcro & ope ſuſtinere ſe commodè poſſunt. Alſine baccifera, Bryonia alba & nigra, Clematis, Convolvuli, Cuſcuta, Dulcamara, Hedera, Helxine, Lupulus, Periclymenum, Polygonum, Polygonatum, Viorna, Volubilis, Vinca pervinca.

Digitized by Google

LACTESCENTES. Quæ lacteum ſuccum fundunt. Cichorium, Dens Leonis. Eſula, Lactuca, Peplus, Rapunculus, Sonchus, Tithymalus, Tragopogon, ſolum *Chelidon. majus* emittit ſuccum luteum.

HUMILES, & humi ſerpentes. *Acinos*, Alſine, Anagal. Anthyll. *mar. Cauda muris*, Elatine, Euphrag. *Gentianell. Glaux. Gratiola, Kali, Knavvel. Lunar. Muſcus*, Millegrana, Nummularia minor. *Ophiogloſſ. Ornithopod.* Paronych. Percepierre, Pneumonanthe, Polygala, *Polygonum, Rubia, Ruta muraria, Rubia Cynanch. Saxifrage. Seda minora, Serpyllum, Spergul. Tribulus terreſtr. Veronica minor, Vermicularis.*

MOLLES ET UNCTUOSÆ. His folis mollia, unctuoſa, & glabra. Acetoſa, Althæa, Atriplex, Beta, Blitum, Bonus Henricus, Cynocrambe Glaſtum, Lapatha, Malva, Mercurialis, Parietar. Portulac.

CAPILLARES. His radices plerumque numeroſæ capillaceæ fol. ſæpe tenue & multiplex, & ſine flore ſeminevé manifeſto, quod foliorum inferiori parti inſtar pulviſculi adhæret. Adianth. Aſplen. Adianth. aur. Capill. ven. Dentaria, Dryopt. Filix, Filicula, Hepatica. *Lichen & mar.* Lonchitis, Lunar. Muſcus, Onopteris, *Opuntia mar.* Oſmunda, Phyllitis, Polypod. Rorella, Ruta murar. Trichomanes.

CERTO FOL. NUMERO CONSTANT. Monophyll. Ophiogloſſ. *Bifol. Trifolia* ſunt Fragaria, Lagopus. *Lilium convall.* quod eſt vel Trifol. vel Bifol Medicæ, Melilotus, Oxys. His accedunt, quæ folia ſingula tripartita habent. Aquileg. Crithmum Ruta, Thalictrum, Peucedanum, Paronych. fol. Rutac. *Quadrifol.* Lotus, Herba Pariſ. *Pentaphyll.* Tormentill.

ASPERIFOL. Aſperum lanuginoſum vel hirſutum fol. habent. Anchuſa, Bugloſſ. *Carduus*, Cichor. ſylv. *Cynogloſſ. Echium, Hieracia quadam.* Lithoſperm. Lycopſis, *Piloſella*, Symphyt.

NERVIFOL. Quibus inſignes conſpectuique evidentes nervi inſunt, vel per longitudinem paralleli, vel liratim exarati. *Allium Urſinum, Bifol.* Calceolus Mariæ, *Colchic. Gentianell. Lilium convall. Monophyll. Plantago, Polygonat. Saponar.*

STELLATÆ. Quarum fol. caulem vel inſtar ſtellæ vel crucis forma ambiunt. Aparine, Aſparagus, Aſperula, Cruciat. Equiſet. Gallium, *Herba Paris. Lyſimachia lut.* Mollugo. *Pyrola Alſines fl.* Rubia, Spergula.

ROTUNDIFOLIÆ, vel fol. rotunda habent, vel ad rotunditatem accedentia ſive incidantur vel integra fuerint. Alchimilla, *Alliaria*, Ariſtolochia, *Arum*, Caltha, *Cochlear. Cotyledon.* Chelidonium minus, *Geran.* Gram. Parnaſſi. Hedera terr. *Morſus Ranæ, Nummularia, Nymphæa, Percepierre*, Petaſit. Pyrola, *Rorella, Ranunculus, Sanicula.* Saxifrag. alb. & aurea, *Soldanella, Tragopyrum, Tithymalus Helioſcopius, Tuſſilago*, Umbilic. ven.

NUDICAULES. Quarum caules nullis veſtiuntur foliis. *Allium & Urſin.*

Bellis

Bellis minor. Caltha paluſt. Caryophyll. mar. Cauda muris, Chelidon. min. Colchicum, Crocus, Gladiolus, Hyacinth. Holoſtea, Limon Oxys, Paralyſ. Petaſit. Plantago, Primula, Rorella, Sagitta, Tuſſilago, Typha, & inter *gramina* Tomentoſum, Hirſutum nemoroſ. Marinum ſpicat. Junceum Marit. Paluſtre Cyperoid.

AQUIS INNATANT. Conſerva, Cotyledon. *Gram. fluviat.* Lens paluſtris, Millefol. Militaris, Morſus Ranæ, Nymphææ, Potamogeton, Sagitta, Stellaria, Tribuli, Viola paluſt.

AQUATICÆ ALIÆ. *Alſine, Anagal. Angel. Apium, Arundo, Aſphodelus, Calaminth, Cardamine, Eruca, Eupator. Gladiol. Hyerolap. Lapath Lyſimach. Marrubium, Mentha, Menthaſtr. Naſturt. Oenanthe, Panax Colon. Plantago, Ranunculus. Raphanus, Saxifraga, Sium, Sparganium, Symphit. Typha, Vaccin. Valeriana.*

MARINÆ. Abies, Alga, Aſparagus, *Cochlearia,* Corallina, Corallium, *Crithmum, Eryngium,* Fucus, Glaux, Halimus, Kali, Limon. Opuntia, Quercus, Soldanella, Spongia. Tripolium, Vermicularis Frutex.

MARINÆ aliæ. *Abſinth. Altaa, Alopecuros, Alſine, Althaa, Arthemiſia, Braſſica, Caryophyllus, Cyperus, Echium, Eruca, Filix, Gnaphalium, Gramina, Holoſt. Jacob. Lychnis, Medica, Malva, Muſci, Papaver, Piſum, Sedum, Spergula, Tithymalus.*

EXCREMENTA TERRÆ, ex putridis lignis vel herbis orta, quæ malè dicuntur ſemine & radice deſtitui. Fungi, Muſci, Tubera.

ARBORES & FRUTICES.

BACCIFERÆ. Alnus, *Agrifol.* Arbutus, Aria Theoph. Berberis, Buxus, Cornus Erica baccif. Ebulus, Enonymus, Frangula, Junip. Laureola, Liguſtr. Morus, Myrtus, Ornus, Oxyacanthus, Periclymen. Rhamnus, Ribes, Rubus, Ruſcus, Sambucus, Sorbus, Taxus, Vaccinia, Viſcum, Viburnum.

CONIFERÆ. Abies, Larix, Pinus, Pinaſter.

GLANDIFERÆ. Caſtan. Fagus, Quercus.

JULIFERÆ. Acer, *Alnus,* Betulus, Carpinus, *Caſtanea, Populus,* Salix & inter Plantas Acorus.

MALUS Malus ſylveſtr. Pyrus, Roſa.

OSSEI INTUS Fructus: Ceraſus, Cornus, Prunus.

NUCIFERÆ. Corylus, Juglans, Nux veſicar.

RHODOFLORÆ. Ciſtus, Helianth. *Roſa,* Roriſmarinum, *Rubus.*

SILIQUOSÆ. Anonis, Geniſta, Geniſtell. Glycyrrhiz.

SPINOSÆ. Arifol. *Anonis, Berberis, Geniſt. Juniper.* Prunus ſylv. Oxyacanthus, Rhamnus, Roſa, Rubus.

ECHINOPHORÆ. *Caſtan.* Fagus, Myrtus Brabant.

ROTUN-

ROTUNDIFOLIÆ. *Buxus, Bruſcus*, Morus, *Popul. Salix Caprea*, Tilia, Ulmus.

TENUIFOLIÆ. Erica, *Juniperus, Taxus*, vide Coniferas.

Supra laudatus autem *Johannes Rajus M.A.* è ſocietate Regiâ, in Methodo plantarum novâ ſummorum Herbarum Generum Notas characteriſticas ſequentes ſiſtit:

I. Imperfectarum, *Flore & ſemine carere.*

II. Earum, quæ florem nullum vel imperfectum, ſemen minutiſſimum producunt in caulibus, *Flos nullus aut imperfectus, ſemen minutiſſimum in caulibus aut pediculis.*

III. Capillarium ſeu acaulωn Epiphylloſpermωn. *Caule carere, ut tota plantæ ſuperficies ex meris foliis conſtet: ſemina averſa foliorum parti adnaſci.*

IV. Earum, quæ flore ſunt ſtamineo, ſeminibus majuſculis, *Titulus notas exhibet.*

V. Γυμνοσπέρμων monoſpermωn. *Flos petalodes; ſemina nuda ad ſingulos flores ſingula.*

VI. Umbelliferarum, *Flores pentapetali, quorum ſingulis ſuccedunt bina ſemina ſimul juncta.*

VII. Verticillatarum, *Flolia in caulibus ex adverſo bina; ſemina ad ſingulos flores quaterna, nuda.*

VIII. Aſperifoliatum, *Folia in caulibus alternatim ſita; Flores monopetali margine quinquepartito, & ad ſingulos flores ſemina nuda, plurimùm quaterna, in quibus cor exteriùs vergit.*

IX. Stellatarum, *Folia caules ad nodos ſtellæ radiantis in modum ambientia: Flores monopetali quadripartiti, & ad ſingulos ſemina plerunque bina.*

X. Pomiferarum, *Fructus maximus, pericarpio ſeu pulpâ molli humidâ ſemina ambiente conſtans, cortice craſſo tectus: Flos monopetalos ſummo fructui inſidens.*

XI. Bacciferarum, *Fructus pericarpio ſeu pulpâ molli humidâ ſemina ambiente conſtans, minor, membranâ tenui tectus.*

XII. Multiſiliquarum, *Flores perfecti; loculamenta ſingulis ſuccedentia plura disjuncta, cum pluribus in ſingulis ſeminibus.*

XIII. Monopetalωn flore uniformi: & XIV. Monopetalωn flore difformi, *Notæ in Titulis rectè intellectis continentur: ſuppoſito ſemper horum ſemina vaſculis incluſa eſſe.*

XV. Tetrapetalωn ſiliquoſarum, *Flores tetrapetali, uniformes, plures ſimul in ſummis caulibus & ramulis ſucceſſivè ſe aperientes; nullis ad pediculorum baſes appoſitis foliolis aut ligulis: vaſcula ſeminalia in longitudinem producta; calices quadripartiti unà cum florum petalis decidui.*

XVI. Te-

XVI. Tetrapetalōn capſulatarū ſeu ſiliculoſarum, *Notæ reliquæ his communes ſunt cum præcedentibus, vaſculi ſeminalis brevitate & figura ab iis differunt.*

XVII. Papilionacearum, *Flos tetrapetalos difformis, è folio lato erecto, huic inferiùs oppoſito anguſto & carinato, & duobus lateralibus compoſito: ſapor ſeminis leguminoſus.*

XVIII. Pentapetalōn verarum & apparentium, *Titulus his pro nota characteriſtica ſufficit.*

XIX. Frumentorum, *Caulis cavus geniculatus,* culmus *dictus, Flores ſtaminei: grana majuſcula.*

XX. Gramina, *Notis reliquis cum præcedentibus conveniunt, granorum tantùm parvitate differunt.*

XXI. Graminifoliarum, *Folia graminea, flores imperfecti ſeu ſtaminei, caules vel farcti vel enodes.*

XXII. Bulboſarum, *Radix craſſa, carnoſa, ſimplex, fibras ex ima ſede ſeu baſi emittens; flos vel hexapetalos vel monopetalos margine in ſex ſegmenta diviſo, vaſculum ſeminale tribus loculamentis compoſitum: folia ad graminea accedentia.*

XXIII. Bulboſis affinium, *Vaſculum ſeminale tripartitum, ſi Aron excipias quod ad Bacciferas referri poteſt. Nonnullis flos hexapetalos; Aliis radices tuberoſæ, plerisque omnibus folia graminea.*

Nos non abſurdè acturos confidimus, ſi Methodum tum Bauhinianam tum Moriſonianam & Rajanam conjunxerimus, Bauhiniique claſſes retineamus, quouſq; error notabilior haud ingruet, quin potius ubi ille alicubi fortè hallucinationem committere videtur, magis illuſtremus & corrigamus; Viſum igitur nobis fuit Plantarum Helveticarum, præprimis & earum, quæ circa Baſileam ſponte naſcuntur (quas toties indefeſſo ſtudio inquiſivimus & oculis his noſtris conſpeximus) Deſcriptioné & Claſſes cum Virtutibus earum, ex notatis ſaporibus & odoribus, pro hac Regni Vegetabilis parte alterâ, juxta Methodum Bauhinianam, Duodecim Capitibus hîc tradere & quo pacto hæc methodus ab Illuſtribus iſtis Botanicis Anglis Moriſonio & Rajo magis adaucta illuſtrata & emendata ſit, ex illorum præclaris monumentis publico ſiſtere.

CAPUT II.

De Graminibus, Junco, Equiſeto, &c.

GRAMEN, Graſ. Gramen à gradiendo dictum, quòd geniculatis ramulis ſerpat, folia leptomacra habet ideam ſegetū referentia: ubi neminem

 minem

minem latere arbitror, ullum aliud occurrere plantæ genus, quod plures ſpecies habeat quàm Gramen. Sunt autē omnes Graminum ſpecies *Joh. Rajo in Meth. Plant. Tab. XLI.* herbæ Culmiferæ grano minore ſeu flore imperfecto aut ſtamineo graminifoliæ flore vel *Spicato*, ut Gramen Canin. arvenſe, Paniceum, Secalinum, Triticeum, Hordeaceum, Phalaroides, Loliaceum, Typhinum, Alopecuroides, &c. vel flore *paniculato*, ut Gramen paluſtre paniculatum altiſſimum; Gramen montanum avenaceum locuſtis candidis piloſis; Gramen Cyperoides, ſparteum, nodoſum, Feſtuca, Pratenſe, Miliaceum, Avenaceum, nemoroſum aquaticum, &c. Botanicorum Coryphæus & Princeps dictus, magnus *Caſparus Bauhinus* noſter refert ad gramen *Bromi, Phœnicis, Lolii & Avenæ ſterilis* ſpecies, ut ex ſequentibus Graminum ſpeciebus patebit, quas recenſet in *Catalogo Plantarum circa Baſileam naſcentium numero XXV.*

α. Gramen caninum arvenſe, Queckgraß/quod Gramen Dioſcoridi: Gramen, Dod. Gram. canarium medicatum, Lob. Caninum, Tab. quòd Canibus vomitum cieat. Paſſim in agris arido maximè fundo. Majo floret.

Gramen caninum vineale: quod primum in Prodromo deſcribitur: in vinearum viis, ſolo aliquantulum duriore.

Gramen caninum ſupinum minus: caninum ſupinum, Lob. ſecundum, Tab. In areolis hortorum, & paſſim in viis: ad mœnia; ad parietes.

Gramen murorum radice repente: quod 5. in Prodromo. In muris foſſarum interiorum urbis: aliquando in tectis.

β. Gramen nodoſum avenaceâ paniculâ, Knollengraß: bulboſum, nodoſum, Lob. bulboſum, Tab. Agroſteos alterum genus, Dod. à radicis formâ ſic nodoſum dictum. In agris ad patibulum Crentzacenſe, & partis montoſis circa Waſſerfall.

γ. Gramen *tremulum majus*, Zittergraß: Lolium 10. Trag. & Ægilops Plinii. Gramen leporinu. Tab. Phalaris pratenſ. minor, Lob. Variat paniculæ colore viridi, ſpadiceo, unde elegans valde eſt graminis ſpecies. In pratis.

Gramen tremulum *minus*, paniculâ parvâ: quod 9. in Prod. In pratis montoſis & ericetis.

δ. Gramen pratenſe *paniculatum* molle: lanatum, Lugd. In pratis aridioribus, & montibus.

Gramen pratenſe paniculatum majus latiore folio, Graß: Gramen vulgò cognitum, Trag. pratenſe vulgatius, Lob pratenſe 1, Dod. alterum & vulgare, Tab.

Gramen pratenſe paniculatum majus anguſtiore folio: quod 10. in Prod. Variat paniculâ & glumis longioribus. In pratis & dumetis ad ripam Wieſæ fluminis.

Gramen pratenſe paniculatum medium: minus, Lob. Tab. pratenſe

ſecundum,

ſecundum, Dod. Variat latiore & anguſtiore folio: eſt majus & minus. In pratis aridioribus.

Gramen arvenſe paniculâ criſpâ: Gramen, Matth. minimum Xerampelinum, Lob. Paſſim in agris, locis ſiccioribus: ad ripam Rheni, Wieſæ & circa Mönchenſtein.

Gramen ſegetum altiſſimum paniculâ ſparsâ: ſegetum, paniculâ ſpecioſâ latiore, Lob. ſegetale ſive arvenſe paniculatum, Tab. Inter ſegetes paſſim: & in dumetis circa Kliben.

Gramen ſegetum paniculâ arundinaceâ, Ackerriedtgraß: Gramen loliaceum 8. Trag. pratenſe 3. Dod. Agrorum venti ſpica, Lob. Gram. harundinaceum arvenſe, Tab. Inter ſegetes & Michelfeldæ in pratis paludoſis. Paniculâ flavente & ſpadiceâ variat.

Gramen montanum panicula ſpadicea, delicatiore majus & minus: quod 12. in Prod. majus in Crentzachi montis ſaxoſis: minus in monte Waſſerfall.

Gramen paluſtre paniculatum altiſſimum, Waſſerriedtgraß: aquaticum harundinaceum paniculatum, Tab. Michelfeldæ & Crentzachi.

Gramen paluſtre paniculatum minus: quod 16. in Prod. in dumetis humidis circa montem Crentzacenſem provenit: & in udis Michelfeldenſibus altius exſurgit.

Gramen aquaticum paniculatum latifolium: Lolii 9. genus: Trag. Gramen majus aquaticum, Lob. harundinaceum paniculatum, Tab. ad ripam Wieſæ.

Gramen aquaticum fluitans multiplici ſpicâ, Endtengraß: Gram. anatum, Trag. aquis innatans, Lob. fluviale: Tab. In aquis ſtagnantibus.

Gramen pratenſe criſtatum, ſive ſpicâ criſtatâ læve, Kamgraß: quod 18. in Prod. Creſcit in pratis infra patibulum: aliquando ad mœnia: in monte Waſſerfall ſpicâ elegantiore & denſiore reperitur.

Gramen ſpicâ criſtatâ ſubhirſutum: quod 19. in Prod. In dumetis circa Cliben copioſè provenit: & in ripa Wieſæ prope pontem.

Gramen pratenſe ſpicâ flaveſcente: anthoxanthon, Lugd. In pratis ſiccioribus.

Gramen ſpicatum folio aſpero: ſpicatum, Lugd. Variat, folio nonnunquam articulato, & floribus, qui apud nos pallidè, in pratis montium frigidorum ſubrubei ſunt.

Gramen caryophyllatæ foliis ſpicâ divulsâ, Nägelingraß: ſpicatum foliis Veronicæ caryophyllatæ, Lob. caryophyllatum, Tab. Comuniter ſpicâ divulsâ, rarius ſimplici. Reperitur majus in pratis humidis, minus in ſiccis.

Gramen ſpicatum anguſtifolium montanum: quod 20. in Prod. In montoſis Majo menſe floret.

Gramen ſylvaticum anguſtifolium ſpicâ albâ: quod 21. in Prod. In ſylvis humidis Hüningenſium.

Gramen caryophyllatum nemoroſum ſpicâ multiplici: quod 22. in Prod. In dumetis umbroſis & humidis ad Birſam & Wieſam. Huic non multum diſſimile, ſed radice magis geniculatâ, in via Riehana ad ſepes.

Gramen caryophyllatum montanum ſpicâ variâ, quod 23. in Prod In vicinis collibus & montibus, præſertim in Mutteto, locis ſaxoſis.

Gramen ſpicatum foliis & ſpicis hirſutis mollibus: 24. in Prod. In dumetis quibusdam ad agros Hüningenſium, & in ſalicetis Michelfeldæ & in ſalicetis Hüningam verſus copioſè.

ζ. Gramen typhoides maximum ſpica longiſſima, groß Kolbengraß: quod 25. in Prodromo. In dumetis quibusdam ad agros Hüningenſium: Michelfeldæ Hüningam verſus copioſè.

Gramen typhoides molle: alopecuroides. Lob. alopecurinum 1. Tab.

Gramen typhoides aſperum primum: typhinum 1. Tab. In arenoſis: non rarò in vineis.

Gramen typhoides aſperum alterum; typhinum, Lob. typhinum 2. Tab. pratenſe 7. Dod. In montoſis.

Gramen typhoides ſpicâ anguſtiore & longiore: alopecuroides minus alterum, Lob. alopecurinum 2. Tab. In agris uliginoſis circa pagum Bencken prope Landskron.

Gramen typhoides calamo reclinato: alopecuroides minus, Lob. alopecur. 3. Tab. Alopecuroides dicitur à ſimilitudine caudæ vulpinæ, quam parte ſuperiori ſeu in cacumine eleganter refert.

Gramen typhoides ſpicâ multiplici: Calamogroſtis prima, Trag. typhinum 3. Tab. In humidis.

κ. Gramen tomentoſum paniculâ ſparſâ, Flachsgraß: Juncus bombycinus, Lob. Gram. eriophorum, Dod. Gram. toment. Tab. Tab. In pratis paludoſis Michelfeldæ, in Alpibus Rhætiæ, ut & D. Bernhardi Helvet. monte ad lacum provenit. Reperimus nos in pratis propè Dornacum copioſè & judicamus ex ejus ſatione lanuginem ſericeam German. Watten obtineri poſſe, ut ex materia pappoſa ſeminibus apocyni intermixtâ: Turcæ & aliæ nationes Togas cubiculares pretioſiores parant. Verùm de ſerico arboribus depexo apud Sinenſes videantur *Martinius, Kircherus* & *Neuhofius*. Cleopatra Chymicarum non minus rerum (ut ex unionis diſſolutione conſtat, quæ non aceto ſed liquore alio chymico dulci & tamen efficaci ſeu menſtruo blando alcaheſtino ſine noxâ potabili præparato peracta fuit) quam Coſmeticarum peritiſſima in Gynecæo ſuo artes ejusmodi & inventiones exercuit, notante Welſchio Hecatoſt. I. pag. m. 83.

Gramen

Digitized by Google

Gramen ſparteum Baſilienſe capillaceo folio: quod 29. in Prodromo Pfriemengraß. In paludibus Michelfeldæ ad ceſpites.

8. Gramen foliolis junceis brevibus majus radice nigra: quod 34. in Prod. klein hart Graß. Ad mœnia: & paſſim in muris: Michelfeldæ in pratis.

Gramen foliolis junceis brevibus minus: exile durius, Lob. minus duriuſculum, Tab. Ad ripam Rheni versùs Crentzachum.

Gramen junceum polyſtachion: junceum 2. vel junceum aquaticum majus, Tab. In paludoſis.

Gramen junceum folio articulato ſylvaticum, Binzengraß: junceum 1. vel junceum nemoroſum, Tab. Ad Birſam in arenoſis.

Gramen junceum folio articulato aquaticum: aquaticum alterum, Lob. aquaticum, Tab. Habetur majus & minus, Thalio monente: in majore, poſt fœniſecium caulis novus palmaris excreſcit, cui non ampliùs capitula corymbacea inſident, ſed utriculi unciales paleacei in capillamenta fiſſi, modò virides, modò purpuraſcentes: rariſſimè cum corymbis utriculi reperiuntur. In arenoſis ad Birſam & Rhenum circa Hüningen: & Michelfeldæ in pratis.

Gramen junceum foliis & ſpicâ junci minus: junceum marinum denſè ſtipatum, Lob. junceum 5. vel aquaticum minus, Tab. In umbroſis & humidis montis Crentzacenſis.

Gramen junceum ſpicatum ſeu triglochin: Calamagroſtis 2. quoad icon. Trag. Gram. marinum ſpicatum 2. Lob. junceum 4. vel ſpicatum, Tab. In paluſtribus Michelfeldenſ.

Gramen cyperoides latifolium ſpicâ ruffâ, ſive caule triangulo, Waſſer-Eyvergraß: Graminis 4. genus, Trag. cyperoides, Lob. Tab. In aquoſis paſſim; præſertim in paluſtribus Michelfeldenſ.

Gramen cyperoides anguſtifolium ſpicâ ſpadiceo-viridi minus; quod 41. in Prod. In arenoſis ad Birſam.

Gramen cyperoides anguſtifolium ſpicis longis erectis: paluſtre majus, Lob. In paludoſis ad Birſam circa D. Jacobum & Briglingen.

Gramen cyperoides ſpicâ pendulâ breviore: Pſeudocyperus, Lob. Dod. Majus & minus habetur.

Gramen cyperoides paluſtre majus ſpicâ compactâ: paluſtre cyperoides Lob. cyperinum paluſtre, Tab. In paludibus Michelfeldenſ.

Gramen cyperoides ſpicis minoribus, minis compactis: quòd 43. in Prod. Ad rivulum molendinarium trans Rhenum, quod latioribus & longioribus foliis, ſpicis majoribus: & non procul Riehâ in via ad ſepes, à priore ſpicis rarioribus & minoribus differens.

Gramen cyperoides paluſtre majus ſpicâ diviſâ: cyperoides parvum aquaticum, Lob. cyperinum paluſtre minus, Tab. In palud. Michelfeld.

B 3 Gramen

Digitized by Google

Gramen cyperoides minus paniculâ ſparsâ ſubflaveſcente: Calamagroſtis 3. Trag. quoad icon.

Gramen cyperoides minus paniculâ ſparsâ nigricante. Utrumque in paludoſis pratis Michelfeldæ.

Gramen cyperoides miliaceum: Cyperus graminea ſive miliacea, Lob. In pratis humidis ad rivulos.

λ. Gramen arundinaceũ ſpicâ multiplici, groß Riedtgraß: Calamogroſtis vel harundinaceum, Lob. arundinaceũ majus, Tab. In arenoſis ad Birſam reperitur ſpica craſſiore. in dumetis humidis montis Muteti ſpica tenuiore.

Gramen arundinaceum panicula molli ſpadiceâ, Waſſerfedergraß: tomentoſum & aceroſum, vulgi Gram. plumoſum, Lob. In aquis circa Michelfelden & monte Crentzach.

Gramen arundinaceum enode minus ſylvaticum: Scirpi alterum genus, Trag. In monte Waſſerfall. & ſylva Wilenſi.

Gramen nemoroſum paniculis albis capillaceo folio; quod 45. in Prod. In Querceto non longè Michelfelden.

Gramen nemoroſum ſpica ruffeſcente molli: ſylvaticum, ſive nemoroſum 1. Tab. In paludoſis Michelfeldenſ. ad ipſos ceſpites.

Gramen nemoroſum ſpicis parvis aſperis; ſylvaticum 3. Tab. Variat latiore folio, in dumetis circa Hüningam; anguſtiore, in pratis Michelfeld.

Gramen nemoroſum caliculis paleaceis: Holoſtium Matthioli, Lob. Gramen junceum 6. vel bufonium, Tab. Krottengraß: Repens & erectum circa Mönchenſtein & Michelfelden. His meritò adjicitur

Gramen holoſteum alpinum minimum, quod copiosè in Helvetia ad montem S. Bernhardi monte minore provenit.

Gramen hirſutum latifolium minus junceâ panicula. Majus & minus: in montibus Muteto & Crentzacho.

Gramen hirſutum capitulis Pſyllii: hirſutum cyperoides, Lob. cyperinum piloſum, Tab. In monte Crentzach & Muteto.

Gramen hirſutum capitulo globoſo: lucidum, Tab. In Crentzacho.

Gramen hirſutum anguſtifolium majus: quod 27. in Prod. In paludoſis pratis Michelfeldenſibus & monte Muteto.

μ. Gramen paluſtre aculeatum Germanicum, vel minus: paluſtre echinatum, Lob. Variat ſpicis longioribus, rotundioribus, ſæpè in eadem planta. Locis aquoſis & arenoſis ad Birſam: & Michelfeldæ: Tiguri ad fluvium Sylam.

ν. Gramen dactylon folio arundinaceo majus Germanicum: In arenoſis ad Rhenum.

Gramen dactylon folio latiore, Blutgraß: Sanguinaria, Tragi: Iſchæmon vulgare, Lob. Iſchæmon & Gramen ſanguinarium, Tab. In areolis hortorum: fimetis & agris paſſim.

Gramen

Gramen dactylon anguſtifolium ſpicis villoſis : Iſchæmon 2. Tab. Locis incultis paſſim : in via verſus Crentzachum ad Rhenum.

Gramen dactylon eſculentum : mannæ, Matth. primum, Dod. & Tab. mannæ eſculentum, Lob. In vineis quibusdam. Seritur hoc copioſè in Marchionatu Brandenburgenſi, fiuntque è ſemine ejus pulmenta non ſecus ac ex milio & panico.

ξ. Gramen paniceum ſpica divisa, wilder Fench : Panicum ſyl. Matth. Lob. Tab. Gramen mannæ alterum, Dod. Locis incultis & fimetis.

Gramen paniceum ſpica ariſtis longis armata : Panici effigie gramen ariſtis circumvallatum, Lob. paniceum 2. Tab. Iisdem, quibus prius, locis.

Gramen paniceum ſpica ſimplici : ἐλυμάγρωστις : Lolium 6. Trag. Panici effigie gramen ſimplici ſpica, Lob. Gram. paniceum 1. Tab. In agris & locis incultis.

Gramen paniceum ſpica aſpera : Lolium 7. Trag. Gram. geniculatum, Tab. Circa Mönchenſtein & in agro propè montem Dornacenſem.

ο. Gramen montanum panicula miliacea ſparſa, Hirßgraß : quod 50. in Prod. In monte Crentzach.

π. Gramen Sorghi panicula erectum, Sorggraß: Gramen prat. 5. Dod. Sorghi effigie, Lob. Sorghinum, Tab. nimirum à ſimilitudine Sorghi ſeu milii Indici, quod frequens eſt in Italia pro avium domeſticarum nutritione. In agris circa Hüningen.

ρ. Gramen latifolium ſpica triticea latiore compacta ; quod 53. in Prod. Variat latiore & anguſtiore folio. Ad agrorum margines.

Gramen anguſtifolium ſpica triticea compacta : quod 55. in Prodr. Ad ſepes locis aridioribus extra portam Blaſianam.

Gramen anguſtifolium ſpica tritici muticæ ſimili : quod 56. in Prod. Weitzengraß.

Gramen ſpica ſecalina : quod 57. in Prod. In agris frumentaceis.

σ. Gramen ſpica brizæ majus, quod 58. in Prod. Locis acclivibus ad Rheni ripam; & montis Crentzacenſis aſcensû: & propè Cliben in dumetis.

τ. Gramen Hordeaceum montanum ſive majus, Gerſtenwaldt: Gram. loliacei tertium genus majus, Thal. In monte Walſerfall.

Gramen hordeaceum minus & vulgare : Lolium 3. Trag. Hordeum ſive Triticum murinum, Dod. Hordeum ſpontaneum ſpurium, Lob. Tab. Paſſim ad parietes & vias.

υ. Gramen loliaceum ſpica longiore, Lulch : Lolium, Matth. Tab. ſimpliciter dicitur : Græcis αἶρα, unde Horat. *Quid diſtent æra lupinis.* Quare & citra rationem ab æra à Plinio diſtinguitur. Vocatur & Triticum temulentum, Lob. Aliàs eſt ζιζάνιον, quo tamen aliàs quævis herba inutilis, German. Unkraut, indigitatur. Rajus in hoc notat ſpicam ſtrigoſam, com-

preſſam,

Digitized by Google

preſſam, grana cum glumis utrinq; ad ſcapum in eodem plano alternatim ſita cum oblongo foliolo ſingulas ſpicas ſinu ſuo excipiente, deſinentes in acutam & tenuem ariſtam. Hoc non fruſtra temulentum nominari notat *Excell. D. D. Camerarius Dec. II. Ann. VIII. Miſcell. Cur. p. m. 432.* quia in pane celerrimè vertiginem torporis & ſomnolentias faciat, & frugibus è quibus cerevisia paratur permixtum, ebrietatem promoveat, uti in pluribus perſonis Tubingæ ſe obſervaſſe refert loc. cit. Vide *Excell. DN. D. Wagner. in Dec. II. Ann. III. Miſcell. Cur. pag. 365.* Inter ſegetes, præcipuè illas quæ pluribus tectæ ſunt involucris, ſub quibus ſcil. aqua hærere atque adeò vitium capere & frugi inducere poteſt Lolium aliàs provenit.

Gramen loliaceum latifolium ſpica anguſtiore: quod 60. in Prodr. Variat foliis longioribus & brevioribus. Circa Cliben.

Gramen loliaceum anguſtiore folio & ſpica; Lolium 4. Trag. Phœnix (à ſeminis colore puniceo) Dod. Hordeum murinum, Lob. Tab. In viis ſolo duriore paſſim.

φ. Feſtuca graminea glumis hirſutis, Lolium 1. Trag. quoad icon. at 2. deſc. Bromos ſterilis altera, Lob. Feſtuca altera, Dod. Syphonium, Bromos herba, Tab. Variat ſpicis aliquando in faſciculum compactis: aliquando diſperſis: ſic aliquando glabris, aliquando hirſutis. In hanc ſpeciem facilè degenerat ſecale, vulgò Dort/ unde panis aſperior fit, linguam ſcabens. *Welſchius* refert *in Mictomimem. §. XVII. in Miſcell. Curioſ. Dec. I. Ann. IV.* Empiricum quendam hæmoptoen diuturnam feſtucis ſecalinis ſeu Ægilope hocce ſanaſſe.

Feſtuca graminea glumis vacuis: quod 64. in Prod. Utraque inter ſegetes: hæc non rarò etiam in muris & tectis.

Feſtuca avenacea ſterilis elatior, Gauchhaber: Lolii 1. genus, Trag. deſc. Ægilops prima, Matth. Bromos herba, Dod. Bromos ſterilis, Lob. Ægilops 1. & Avena fatua, Tab. In pratis.

Feſtuca avenacea ſterilis humilior: Lolii 5. genus, Trag

Feſtuca pratenſis lanuginoſa: 68. in Prod. Paſſim in pratis.

Feſtuca dumetorum: 69. in Prod. In dumetis circa Birſam & alibi in vepribus, locis ſiccioribus.

Eeſtuca dumetorum anguſtiſſimis & piloſis foliis: 70. in Prod. In dumetis circa Cliben. Huc refertur

Feſtuca junceo folio, quæ in Valeſia ad paludes urbis Sedunenſis copioſè creſcit.

♆. Gramen montanum avenaceum locuſtis rubris, Habergraß: quod 71. in Prod. In monte Muteto & Crentzacenſi; in dumetis etiam ad Birſam & Wieſam Junio.

♂. Gramen glumis variis, quod 73. in Prod. In valle montis Muteti ad radicem primæ arcis.

Ex

Ex tot Graminum ſpeciebus ſolum *Caninum* officinale eſt, quamvis & reliquis ſua minimè deneganda ſit virtus Medica, ob alcali enim volatile nitroſum ſeu tenuem & incidentem ſubſtantiam, quâ pleraque ſcatent, vim habent reſolvendi, deobſtruendi & acidum ligans enervandi, id quod præprimis obſervavit *Fr. de le Boë Sylvius* in concretionibus calculoſis in Bobus & Vaccis tempore hyemali factis, quæ eſu graminis ſuccedente Vere à Laniis ampliùs in Hepate haud obſervantur. Sic *D. Hünerwolf, in Anat. Pœon.* ad mentem Natur. Cur. deſcript. *p.36.* copioſam & limoſam urinam cum tribus calculis albis ſquammoſis & friabilibus hordei magnitudine expulit ſeq. Potione: ℞. *Succ. gram. rec. expr. Aq. petroſ. cereſol. pœon. aa. ℥j. Syr. byzant. ℥ß. Ocul. cancr. ppt ʒß. Extr. veronic. ℈ij. ſpir. ſal. dulc. gut. viij.* mſ. *Saporem* habent *Gramina maximè Caninum*, præcipuè ejus radix, ſubdulcem & ſubadſtringentem, ex ſucco, quo ſcatent temperato & tantùm non lacteo, hinc in Ventriculo Vaccarum ſemialcaheſtinâ velut, ut *D. Daniel Ludovicus* loquitur, diſſolutione Gramina chylum ſummè dulcem & mitem in Lac copioſum abeuntem formant, quale Lac divini certè quidpiam, juxta *Excell. D. Wepferum*, in ſe fovet, ob ſtupendas Vires, quas exerit in corrigendis exaſperatis & acrioribus Corporis humani ſuccis. Hinc & pro *Fœni* à Vaccis devorati ſoliti diſpoſitione, dum vel recens ſuccoſum adhuc eſt vel exiccatum, Butyrum ex Lacte paratum, in colore quoque variat, ſic enim hyeme butyrum pallere & albeſcere, Maji verò tempore, quo gramina ſunt pinguiora, magis fulvum videmus, id quod tamen & ex herbis flavis floribus præditis eveniet, verb. gr. à comeſtis floribus calthæ paluſtris, ranunculis, &c. Colores enim ſuccos corporis intimius inficere vel Rhabarbari potio, allium à vaccis commeſtum, &c. edocet, id quod, notante *Boylio de ſpecif. Remed. cum Philoſ. corpuſc. Concord.* indicio eſt ſpecificorum vim à ventriculo non deſtrui & penitus immutari, ſed potiùs decenter elici & ad operandum exuſcitari. Dicimus ergo Ventriculum Lac non ut novum ens producere, ſed id elicere potius ex graminum ſucco lacteo dulci, & in maſſam hanc lacteam albam coagmentare charactereque animalitatis imbuere. Hinc & *Stercus Vaccinum* ob paſturam graminum & omnium florum, ut dicitur, vim detergendi habet inſignem pro uſu coſmetico non ſaltem, ſed & ad ulcera venerea putrilaginoſa & exedentia (taceo vim ejus anodynam in podagrâ, & quod Cataplaſmatis inſtar abdominis impoſitum ſecundinas certò pellat) ſi aqua inde deſtillata externè & internè uſurpetur, ubi tamen dicendum erit, quòd non parum Vires has mutuetur ex fermento ventriculi & inteſtinorum cum ſucco pancreatico & bilis aliquâ portione. Ex prædictâ Graminum aperiendi & reſolvendi vi, Graminis canini radix utiliſſima eſt in *Decoctis*, v. g. in Febri tertiana & arenulis renum cum intemperie hepatis, potius ſanguinis, calidâ; ℞. *Rad. gramin.*

ʒiij. liquir. ʒj. *Paſſul. min.* ℥j. *ſem. aniſ.* ʒj. *Nitr. depur.* ʒß. F. Decoct. ad 2. menſ. Aq. font. pro Potu ordinario, qui ſuaviſſimus erit: Aqua ad Ictepum & Lumbricos Infantum laudatur, hinc in lipothymiis à lumbricis ſequens Potio utiliſſima: ℞. *Aq. gramin.* ℥iij. *portulac.* ℥j. *Conf. de hyacint.* ʒß. *pulv. lumbricor. terr.* ℈j. *Corallin. C. C. phil. præpar. aa.* ℈ß. *Syr. de limonib.* ℥j. Fiat Potus. Ut autem hoc Gramen aperit, ſic contrà adſtringit *Gramen dactyloides folio latiore*, Iſchæmon hinc dictum & in hæmorrhagiis laudatum, ſi referente *D. Bauhino in Theatr. Botan. Part. I. p.* 116. herba trita naribus inditur ſive vulneribus imponitur; quin & Plinii jam ætate ſpicas ejus in globum convolutas Pueri naribus indebant, vellicabant, ſicque ſanguinem eliciebant, adeò ut pro diverſo utendi modo herbâ hac & ſanguis ſiſti ac etiam elici poſſit, id quod & de aliis plantis earumque variâ applicatione & internâ maximè diſpoſitione, dum ſcilicet partes earum componentes variant, & vel tenuiores vel craſſiores ſunt, intelligendum.

JUNCUS, Binß: Ob ſimilitudinem cum gramine ſparteo Gramina mox ſequitur. A' jungendo nomen habet, Græcis σχοῖνος à loris & funibus, qui ex eo fiunt, unde & Germ. Binßen à vinciendo & vox σχοινοβάται, i. e. Funambulorum. Eſt planta, cujus *folia & caules* à radice Hellebori modo capillari oriuntur teretes glabri & ſine nodis, interdum anguloſi intus cavi, medullâ molli & alba, pro Ellychniis experita, pleni aut ſpongioſi, deinde flexiles. Exinde *Rajo Meth. Plant. p.* 150. Junci ſunt herbæ graminifoliæ non culmiferæ flore ſtamineo imperfecto, foliis teretibus medulla farctis, ſemine triquetro. E' *D. Bauhio* ſeq. ſiſtimus ſpecies in Helvetia noſtra & circa Baſileam creſcentes:

Juncus maximus, ſive Scirpus major, groſſ Weyerbinß / vel Mariſcus Plinii: Juncus aquaticus maximus, Lob. Juncus paluſtris major, Trag. & Tab. In paludibus ad Rhenum infra Hüningen primo vere floret.

Juncus lævis panicula ſparſa major: Juncus vulgaris alter, Trag. Juncus lævis, Dod. lævis vulgatus panicula ſparſa, Lob. Michelfeldæ: & ad Birſam, & Birſecum.

Juncus lævis panicula non ſparſa: Juncus, Matth. lævis glomerato flore, Lob. Juncus paluſtris minor, Tab. ad Birſecum extra portam lapideam.

Juncus acumine reflexo major, Glatbinßen: Juncus lævis, Tab. In paludoſis Michelfeldæ.

Juncus acumine reflexo minor vel trifidus 5. in Prodr. In Paluſtribus montis Pilati Helvetiorum reperitur, item in monte Fracto Lucernatum.

Juncus alpinus capitulo lanuginoſo 7. in Prodr. ibidem, ut & prope montem Gothardum reperitur. *Bauhinus* refert ſe eum ex locis udis vallis Grindelwalt Bernatum habuiſſe.

Juncus

Juncus capitulis Equiſeti major, klein ſolblicht Binzen: Juncus aquaticus minor capitulis Equiſeti, Lob. In aquis ſtagnantibus ad Birſam, ubi latiore eſt folio: ut in pratis paluſtribus Michelfeldæ anguſtiore eſt folio.

Juncus floridus major, leibfarb Waſſerſchwertel: Calamagroſtis 2. Trag. Juncus floridus, Matth. cyperoides floridus paludoſus, Lob. Tab. Gladiolus aquatilis, Dod. In paludoſis Michelfeldæ. Refertur hic inter Herbas flore perfecto ſimplici tripetalo conceptaculis ſeminalibus ſiccioribus pluribus disjunctis uni flori ſuccedentibus, quas ſiliquiferas ſeu corniculatas vocant Moderni.

Juncus floridus minor: In paludibus Helveticis circa Cœnobium Eremitanorum & in monte Fracto ad Lacum Pilati Lucernatum.

Juncellus inutilis ſeu Chamæchænos. Tiguri propè lacum Felinum. Quoad *Vires* Juncus ob *ſaporem* adſtrictorium vim poſſident vulnerariam, quâ alcali occulto acidum ulcerum corrigit, ſpecialiter autem medulla ex juncis turundas præbet pro dilatandis fiſtulis, quorum acidum corroſivum imbibit & corrigit. Ob eandem vim Juncorum Decoctum præſertim radicis, diarrhœam curat.

CYPERUS ſylvaticus longus inodorus, wilder Galgant. Juxta *Bauhin. Th. Botan. L. I. Sect. II. C. XVI. p* 222. radices habet oblongas, geniculatas, rufeſcentes, folia plura palmaria viridia anguſta, ſubaſpera ad principium membranâ rufeſcente ſimul veſtita: Caulem verò hactenus nullum obſervaſſe ſe refert *D. Bauhinus*: nimirum aliàs Cyperus Junco affinis planta eſt, & *caulem* ei ſimilem gerens intus cavum medulloſum: Quoad *Vires* aperit, mundificat, movet menſes in vino ad ʒj. aſſumptus: ad calculum & hydropem utilis: quare etiam ſiccat, calefacit, & ob partes intermixtas aromaticas ramoſas ſtomachicus eſt, præcipueque ejus radix uſurpatur, & refertur inter *Pituitam præparantia* & *Diuretica* id quod tamen magis de Cypero officin. intelligendum. Ratione ſiccitatis & alcali occulti inſperſus depaſcentis oris ulcera conſolidat, ut & veſicæ, ceu quæ ex *Obſervat. Pauli in Quadrip. Botan. p. m.* 253. intus aſſumpta ſanat. In Helvetia ſponte creſcit

Cyperus longus inodorus ſylvaticus, qui in Prodr. deſcribitur. In humidis montis Muteti.

SPARGANIUM, Schwertelriedt: A' faſciis ſic dictum, σπάργανον Theophraſti, quod commodiſſimè boum pabulo ſecetur: radicibus eſt nigricantibus fibroſis, foliis verò à radice ſurrectis utrinque inſtar gladii acuminatis Cyperi latioribus, dorſo ſic prominente elato, unde eo pro faſciis nu-

trices olim utebantur,lenta enim lataq; admodum folia poſſidet. Juxta *Galenum* eſt planta,quæ multum *deſiccat*,& ob alcali vi vulneraria &exeſorum conſolidativâ pollet.

Sparganium ramoſum, groß Riedgraß: Sparganium, Trag. Matth. Lob. Tab. Plantaria, Dod. In paludoſis Michelfeldæ: & aquis ſtagnantibus ad Wieſam,& Novam Domum. Julio. Hoc juxta *Rajum* eſt herba flore imperfecto ſtamineo non culmifera ſeminibus in pilulas ſpæricas platani pilulis ſimiles diſpoſitis. Ad Sparganium vel Equiſetum quidam etiam referunt Polygonum bacciferum ſeu Uvam maritimam, quam Monſpelii, comite Exercitatiſſimo Botanico *DN. Magnol* 1684. reperimus.

EQUISETUM, Schaffthew: Græcis Hippuris,vulgò Cauda equina, quam refert: Oritur autem primùm brevi nudo & concreto aſparago & ſcapo, ſed mox procedente tempore ille panditur, pandensque ſe per intervalla & inter ea certis ſpatiis folia juncea & quaſi capillamenta quædam profert. quæ dum augentur,inſtar caudæ equinæ,ad terram feruntur, unde & formâ parùm diſſimile eſt junco, caule enim & folio eſt junceo, i. e. rotundo geniculato, & in ſe infarcto. Aſpera eſt herba, quâ collectâ & ſiccata abſtergunt mulieres pocula & patinas. Ex notata autem deſcriptione, Equiſeti genera juxta *Rajum* ſunt ex Herbis flore vel imperfecto vel nullo ſemine minutiſſimo nudis oculis in conſpicuo caule donatis, uti aliàs ſunt Polytrichi, Muſci genera, Lichen, Lunaria, Ophiogloſſum,&c. Juxta *Spigelium* ſunt Juncus geniculatus, & juxta *Moriſonium*, Polygonum fœmina. Ejus varias ſpecies circa Baſileam naſcentes ſequentes ſiſtit *C. Bauhinus*:

Equiſetum paluſtre, Katzenwadel: Linaria ſcopariæ folio: quod 1. in Prod. In paludibus Michelfeldæ.

Equiſetum paluſtre longioribus ſetis: Equiſetum 1. Matth. 2. Tab. Hippuris, Lob. major, Dod. Hippuris 1. Dioſc. Tab. Michelfeldæ.

Equiſetum paluſtre brevioribus ſetis: Equiſetum paluſtre, Lob. Michelfeldæ.

Equiſetum paluſtre brevioribus foliis polyſpermon: Polygonon fœmina, Matth. Dod. Tab. ſemine vidua, Lob. Michelfeldæ.

Equiſetum paluſtre minus polyſtachion: quod 2. in Prod. Michelfeld.

Equiſetum paluſtre tenuiſſimis & longiſſimis ſetis: quod 3. in Prod. Michelfeldæ.

Equiſetum pratenſe longiſſimis ſetis: Hippuris altera, Trag. Equiſetum Fuch. alterum, Matth. Hippuris fontalis & Equiſetum 2 Dioſc. Lob. Equiſ. paluſtre majus. Tab. In pratis uliginoſis Muttetæ & aliis paſſim.

Equiſetum arvenſe longioribus ſetis: Hippuris minor, Trag. Dod. Poly-

Polygonum fœmina. Fuch. Equiſ. alterum, Lob. Hippuris arvenſis major, Tab. Inagris cœnoſis & uliginoſis ad pratum Sclopetariorum.

Equiſetum foliis nudum non ramoſum: Hippuris major, Trag. Hippuris ſine foliis & nuda, Tab. Michelfeldæ & ad Birſam.

Equiſetum foliis nudum ramoſum: Equiſetum 3. Matth. Hippuris minor, Lob. & Dod. Iisdem cum priore locis.

Equiſetum nudum minus variegatum Baſilienſe: quod 4. in Prod. Ad Rhenum bey der Baar.

Equiſetum fœtidum ſub aqua repens: quod 5. in Prod. Equiſeti 5. genus minimum, Lugd. Cis pontem Birſæ, Michelfeldæ, & Huningæ in foſſis.

Inter hæc *officinale* eſt *Equiſetum pratenſe longiſſimis foliis ſeu ſetis*, quod ſaporem habet herbaceum, ſiccum terreum; unde vulnerarium eſt inſigne & adſtringit cum amaritudine, exulcerationemque inteſtinorum tenuium, renum & veſicæ (vide *Pauli Quadr. Bot. p.* 60.) curat, prædominatur ſcilicet in eo alcali potens acidum imbibens & enervans, quod nimirum in partibus his læſis ex degeneratione ſanguinis ſeu deſtructione nutrimenti præſens eſt. Hinc & adſtringendo & renum tonum roborando calculoſis prodeſt. Aqua curat exulcerationem pudendorum, linteolis ſi lavetur & adhibeatur: valet eodem modo ad inflammationem penis; intus ſanat narium ſtillicidium (ſi v. g. pulvis ejus cum ſanguine è naſo ſtillante miſceatur & in naſum intrudatur) ſputum & mictum ſanguineum curat, aphtas, anginam & oris ulcera tollit. Equiſetum humida loca amat, ac Martio floret. Mirum eſt, quod *Comelinus in Catal. Plant. Holland. Præf.* refert de Equiſeto pratenſi Belgis Hermes dicto, quod ſi id comedant Friſicæ Vaccæ, ùt ab aſſumpto veneno marceſcere & lentâ perire morte, Indigenæ autem inde optimè ſe habeant.

ARUNDO, Gemein Rohr/Demriedt: Arundo vulgaris paluſtris eſt calamo tenui, geniculato, lævibus internodiis inani ac fragili, foliis longis & aſperis. Matthiolus guſtu comperit eam abſtergentem facultatē poſſidere non paucam, minimeque acrem. Aſparagi ſati ubi arundines creſcunt, lætius proveniunt, unde radix hujus, ut Aſpargi, menſes & urinam ſimiliter ciet. Vid. *Bauh. Theatr. Vol. I. pag.* 279.

Arundo vulgaris, Gemein Rohr/ ſive *φραγμίτης*, Dioſcoridis: Harund. 5. genus, Trag. vallatoria, Lob. paluſtris, Matth. Tab. In aquis, præſertim Michelfeldæ, & piſcinis. Auguſto. *Rajo* eſt Herba culmifera major flore imperfecto ſtamineo elatiori. India ad nos mittit aliam Arundinē ſacchariferam dictam, quæ nodoſa eſt, ex cujus ſucco coquitur ſaccharū, cujus Purgationem Maſſiliæ & Venetiis ita vidimus: Fiat Lixivium ex ſola calce viva puriſſimum, hoc ſolvatur Saccharum impurum in Cortina, coquitur,

 deſpuma-

deſpumaturque ita, ut portio albuminum in ſpumam concuſſorum injiciatur, & ſpuma ſordibus infecta tollatur, iterumque alia portio, quæ itidem polluta ejicitur, & ſic porro uſq; dum ſit purum, colatur per ſetaceum trajectorium, coquitur ad coagulationem. Si eveniat, ut exudet ſaccharum, butyri momento injecto ſtatim compeſcitur, & ſubſidet fervor. Hinc dividitur in metas, ex quarum foramine, quod in apice eſt, profluit ſordidus liquor, reſiſtente parte pura. Hæc poſtea bis tervé aqua pura diſſolvitur, filtratur, coagulaturque denuò. Si Cryſtallos requiris: ſolve ſaccharum finiſſimum aqua pura pauca, ne ſit diutius coquendum, unde ruffeſcit, fiatque Syrupus craſſus, quem colando purga; vel potius ſolutionem amplius ovorum albo rectifica & cola; poſtea coque ad regulum. In decoctum effuſum in dolia bacilli vel arundines imponuntur, ut circa eas conſiſtat. Si aromata præparata injiciantur, hinc armantur ſeu ut loquantur, candiſantur: *Vide plura apud Lobelium.* Arundinem autem ſacchariferam Galeno & Dioſcoridi non planè ignotam fuiſſe, credibile eſt, prout & Plinius bene refert: Arundines belli paciſque experimentis neceſſarias atque in deliciis inſuper gratas eſſe; Orientales enim ex arundine naſto ſeu farcta ſagittas pro bellis conficiunt, & vulgare eſt ex aliis ejus ſpeciebus, ut Arundine vulgari noſtrâ, fiſtulas canoras & calamos ſcriptorios parari.

TYPHA, Kolben/Knoſpen. Nomen habet à τύφος, quod locum paluſtrem notat. Gallis *Maſſe de jonc*, quòd ſceptra Regum perpolitus ejus caulis lanosâ floccorum denſitate, ſummitate faſtigiatus æmuletur, quare hanc vel ſimilem ei calamum Judæi dederunt Chriſto, Regi Judæorum, cùm ad mortem crucis duci deberet. Hic autem Typhæ flos glires necat, & axungiæ porcinæ commixtus ambuſta curat. Typhæ puppis, ait *Matthiolus*, additis *betoniæ* foliis & gladiolis ac hippogloſſi radicibus omnibus in pulverem tenuiſſimum redactis & aſſatis ovorum luteis exceptis, utuntur quidam feliciter ad enterocelas, dum 30. diebus quotidie ʒj. aſſumitur. Sed unà Ligatura conveniens geſtatur. Verùm Bauhinus benè notat effectum hunc hippogloſſo & glutinantibus emplaſtris eſſe attribuendum non lanugini, quippe quæ ſuffocationis periculum minetur, prout & dictum, ipſam mures enecare. Pro pulvillis hinc expetenda. Eſtque herba ut Arundo flore imperfecto ſtamineo cum ſeminibus in capitula cylindracea clavata in ſummo caule tomento denſo conferta coagmentatis. Ejus duæ in Helvetia habentur ſpecies.

Typha paluſtris major, Liſchkolben: Typha, Matth. Fuch. Lob. Tab. aquatica, Trag. & Dod. In paludibus Michelfeldæ, & piſcinis. Auguſto & Septembri.

Typha minor. In paludibus Abbatiſcellanis reperitur.

CAPUT III.

De Frumentis, Phalangio, Iride, &c.

JUxta *Rajum Meth. Plant. Tab. XL. p.* 147. FRUMENTA ſunt Herbæ Culmiferæ grano majore eſculento, quæ caulem teretem geniculatum & plerumque concavum edunt foliis cinctum ad ſingula genicula ſingulis. Suntque vel *Spicatæ* aut grano majore oblongo vel turgidiore ſulcato ut Triticum vel ſtrigoſiori & fuſco ut Secale, vel cortice compactiori, ut Hordeum vel laxiore, ut Oryza in Italia creſcens, aut grano minore & rotundiore, ut Panicum; vel *Paniculatæ* ſeu jubatæ, ut Avena, Milium.

TRITICUM, Weizen, Triticum, Gr. πυρὸς, ob eſſentiam rubram velut igneam ex eo eliciendam, de qua *Tackius*, eſt frumentum, è quo panes in Europa conficiuntur, dum molendinâ in farinam molitur, aquâ ſubigitur & fermentatur, quali modo Chymici Elixir Philoſophorum itidem parant, aurum enim ſimiliter teritur, hoc eſt, calcinatur, & in farinam philoſophicam pinſitur, ut aquâ propriâ impaſtatum & fermento ſuo inbutum abeat in Elixir, quod in infinitum multiplicari itidem poteſt, ut ope fermenti panificium continuetur: Hinc & *Garlandius* ait, Lapis noſter vocatur etiam granum frumenti, quod niſi mortuum fuerit, ipſum ſolum manet. Triticum autem hocce vegetabile ſaporem habet farinaceum, dulcem, hinc multum nutrit, quæ autē vis ejus nutritiva uti aliarum frumenti ſpecierum conſiſtit in mucilagine temperatâ copioſâ, quæ chylum ſuggerit copioſè nutrientem: Ob viſcoſitatē hanc temperatam extus vulnerum conſolidativum eſt ſummum, hinc & expertiſſimum Balſamum Fabritii ab Aquapendente *Select. Remed. è III. Regn. pag.* 104. à nobis deſcriptum ingreditur. Inde paratum Fermentum veſicatoriis inſervit, verùm quia ſic dolorificum magis evadit, in locum ejus ſubſtituitur Emplaſtrum veſicatorium *D. Ludovici in Select. Remed. è III. Regn. p.* 547. à nobis deſcriptum.

Triticum hibernum ariſtis carens; Tritici 1. genus, Trag. Siligo, ſpica mutica (quaſi mutila, cùm ariſtis careat) Lob. Triticum, Dod. Tab.

ZEA, Speltz/ Latinis ſemen ſimpliciter: Tritico haud abſimili folio provenit, tenuiore tamen culmo firmioreque, verùm ſpica à tritico differt, quòd plana ſit, granis tantùm utrinque è lateribus ſimplicibus verſibus prodeuntibus, ariſtis longis ac tenuibus. Eſt ergò Frumenti peculiaris ſpecies,

Digitized by Google

ſpecies, quæ tenerior ſpelta dicitur; Ejus autem panis difficulter concoqui dicitur. Farina Zeæ in Annonæ caritate multiplicari poteſt juxta *Excell. DN. D. Bautzmannum in Miſc. Cur. Dec. II. Ann. VIII. p. 130.* ſi ſtramen ejus torrefactum & in breviſſimas particulas diſſectum molâ ſubigatur & toties comminuatur, uſque dum per excuſſorium ſilicinum in ſubtiliſſimam pollinem redigi, & cum reliqua farina miſceri poſſit. Species ſunt ſeq.

ZEA, Briza dicta, vel Monococcos Germanica: Spelta 1. Trag. icon. Zea ſimplex, Matth. altera, Fuch. Zea monococcos, Lob. Tab.

Zea dicoccos, vel major, Kern/ Baſil. Spelta 2. Trag. icon. Zea, Dod. dicoccos, Matth. Zeæ primum genus, Fuch. Zea ador, Tab.

Zea Amylæa, vel Zeopyrum Amyleum: Triticum 2. Trag. Fuch. Frumentum vel Triticum Amylæum, Dod. Tab. Hoc in pago Riehen unus vel alter ſerit, quod Emmeren & Emmerkorn vocant.

HORDEUM, Gerſten/ Græcis κριθή. Eſt frumenti ſpecies rotundior, panibus conficiendis (de quibus & in Evangelio) inſerviens. Eſtque

Hordeum polyſtichon hybernum: Hordeum, Matth. Dod. Lob. majus, Trag. polyſtichum, Tab.

Hordeum polyſtichon vernum: & Lob. Hord. polyſt. æſtivum, Tab.

Hordeum diſtichon: Hordeum minus: Trag. diſtichum, Fuch. Dod.

Quoad *Facultates*, quas in corpore noſtro exerit, dicendũ erit quòd Hordeum integrum abſtergat, decorticatum autẽ bene nutriat & potum Ptiſana dictum, ægris commodiſſimum præbeat cum C. C. præcipuè decoctum in Variolis, vel cum rad. Scorzoneræ in febribus malignis, vel cum rad. acetoſ. fragar. in ardentibus. Sylvius Emulſiones ex ſemine excorticato cocto parat & egregiã temperandi vim in eo comperiit, nam bilem enervat & mitigat, lac auget, Hecticis, Phthiſicis prodeſt, mundificat, aperit. maturat, emollit & lenit. Fit ex eo macerato & toſto cum Lupulo, Cereviſia, de qua vide *Meibomium Tract. peculiari, Dan. Ludov. in Miſc. Cur. Ann. IV. 275.*

SECALE, Roggen: Secale ſive Rogga eſt ſpecies frumenti, folio tritici anguſtiore, ſtipulâ tenuiore ſed firmiore, granum habens oblongum, prædictis nigrius eſt & ſtrigoſius, nec glumis tectum. Ejus ſpecies

Secale hybernum vel majus: Siligo veterum, Trag. Secale, Matth. Fuch. Lob. Tab. Rogga ſive Secale, Dod.

Secale vernum vel minus: Siligo æſtiva, Trag. Rogga ſive Secale æſtivum, Dod.

Secale luxurians: Clavi Siliginis, Lon. Secales mater, Thal.

Quoad *Vires* emollit, reſolvit, abſtergit, calefacit magis quàm

triticum

Digitized by Google

triticum, pus movet, hinc Farina ejus, quia emplaſtica & glutinoſa eſt Emplaſtris pus moventibus additur, & ad glutinum Bibliopegorum inſervit: In linteolo admota farina eryſipelas ſanat: Panis qui inde paratur ater & ponderoſus obſtructiones parit, ſtomachumque gravat & minus alit quàm triticum & hordeum. Fit autem hîc Panis ope fermentationis, dum per aquam affuſam excitantur ſalia farinæ & fermenti & mucilago reſolvitur & ſal cum aquâ abeunt in ſpiritum volatilem acidum, qui, dum torretur maſſa in clibano, in concreto remanet, unde ſtomacho gratiſſimus eſt Panis & nunquam nos ejus capit faſtidium. Panis hic ſi denuò fermentetur, dat ſpiritum volatilem, & ſi cruſtæ Vino infundantur, deſtillatione Oleum rubrum exhibet gratiſſimum; de quo Tackius videatur. Fermentum ejus apoſtemata maturat & rumpit. *Waldſchmidius in Panis ſecalini ſpiritu ℥iij.* ſolvit *Croc. metall.* ℈j. digerit per 24. hóras. filtrat & addit parum *Vitrioli cypr.* pro Suffuſionibus Oculorum.

AVENA, Habern. Sterilis eſt bromos herba, de qua ſuprà in Graminibus, ſed hîc Frumenti ſpecies eſt oblongo ſemine prædita, glumis operta & ſuperiori parte exiguis pilis hirſuta. Ariſtæ ipſius maturæ ſcilicet, Verulamio notante, torquentur ubi ſiccæ ſunt, retorquentur autem, ubi humore reſperguntur. Cui obſervationi hygroſcopiorum inventio ferè tota debetur. Aptum ea equorum nutrimentum eſt, quod tamen ne viſceribus eorum calorem nimium inducat, paleis temperari ſolet. Cataplaſma inde paratum inflammationem tollit, & exterius Infantum umbilico impoſitum eorum tormina ſedat, id quod vel ſimplex *Sacculus* avenaceus etiam præſtat. Ejus decocto & pulmento Angli quotidie utuntur, quia mediocriter nutrit & alvum liberam tenet, præprimis verò acrimoniam humorum mitigat, unde & in Raucedine utile eſt. Species ejus juxta *Rajum*, ut ex ſupradictis conſtat, ſunt Culmiferæ eſculentæ paniculatæ ſeu jubatæ grano oblongo. Suntque

Avena vulgaris ſeu alba: Avena, Matth. Fuch. Dod. Tab. ſativa, Trag. veſca, Lob.

Avena nigra. In pratis Rhætorum Helvetiæ propinquorum.

USTILAGO, Brandkorn. Eſt vitium frugum ſeu morboſa frumenti ſpecies, ſpicatis præcipuè infenſa, inprimis ſecali, hordeo & avenæ, nimium ex cœli inclementiâ creſcens, antequam è gramineis vaginis penitus ſeſe explicent & in culmum attollant, idque à ſole ardente, Aprili & Majo menſibus, ſpicas adhuc teneras & latentes humore madidas adurente, non ſecus ac hoc Vitibus etiam contingere ſolet. Uſus ejus hinc nullus eſt,

D niſi

niſi quod ejus pulvere quidam Pictores ad colorem atro-rubentem utantur, teſte *Baubino in Theatr. P. I.* Eſt ergo

Ustilago Secales: Uſtilago, Trag. Dod. Lob. Secalina, Tab.

Uſtilago Hordei; Uſtilago polyſtichi & diſtichi, Lob.

Uſtilago Avenæ; & Lob. Tab.

Frumentum Indicum, Türckiſch Korn. Hoc perperam Turcicum dictum, ſpicam habet craſſiſſimam ferentem fructum centuplum & ultra, cujus ſingularis quædam ſpecies Maiz diverſicolor. Dat ut Triticum farinam optimam in panem ſapidum, dulcem bene nutrientem excoquendam. Seritur hîc in Viciniâ.

MILIUM, Hirſs. Græcis κέγχρος. Hippocrati πανταλὶς. Eſt ſpecies frumenti numeroſiſſima & minuta grana tenens. Suntque ejus ſpecies, ut Avena, Culmiferæ paniculatæ grano ſubrotundo minore & ſplendente: Eſtque

Milium ſemine luteo vel albo: Milium, Trag. Matth. Fuch. Dod. Lob. Tab.

Milium ſemine nigro. In Agris Bernatum provenit.

Panis inde confectus non multum nutrit lacte coctum non nihil adſtringit, & trituratoribus (ubi obiter notandum Boves olim trituraſſe, i. e. excuſſiſſe pedibus ſuis ſegetum ſemina, unde *Bovi trituranti non obturabis os* in ſacris literis, quem morem adhuc hodie Monſpelii obſervavimus) ſolidum cibum præbet, quare in iis, qui minus ſe laboribus exercent, Nutritio è milio, hauſto deſuper vini generoſi poculo expectabitur melior. Diſcutit etiam, unde ſacculus ex eo Colicam curat, & cum ſale toſto mixtum capiti impoſitum, Dolorem ejus ſiſtit. Sic in Tympanitide: ℞. *Sem milii* ℥j. *bacc. laur junip. aa.* ℥j. conſperg. *Vin. alb.* & ſacculo include. Sudoriferâ hinc quoque vi pollet, unde Decoctum ejus cum *Ficubus*, in Variolis & Morbillis uſurpatur, & à Veteribus *Syr. Divi Ambroſii* in eum ſcopum præparabatur.

PANICUM, Welſcher Hirſs. Græcis ἔλυμος & μελίνη. Eſtque Culmifera ſpicata grano minore & rotundiore ut ſupra jam dictum. Eſtque

Panicum Germanicum, ſive paniculâ minore: Milium exiguum, Trag. Panicum, Fuch. Dod. Lob. Tab. Hoc Hüningæ potiſſimùm ſeri ſolet.

Dicitur ita à paniculis, quibus ſemen ineſt & innaſcitur: locisque humidio-

midioribus ſeritur: parum nutrit, refrigerat, ſiccat & adſtringit, curat dyſenteriam: grana potius avibus, quam hominibus, cibum ſubminiſtrant.

ERYSIMUM, Buchweitzen. Planta eſt, foliis hederaceis, locis aſperioribus creſcens, unde velut triticum fagorum dicitur: Molitum expetitur ad pultes, unde inſervit Hollandis pro bono nutrimento, & paſtæ eo gallinæ & alia animalia pingueſcunt, & ova copioſius ponunt, id quod ſignum eſt copioſi nutritii ſucci exinde eliciendi, qui dum in ſanguine abundat, in pinguedinem facilè peculiaribus cellulis compaginatur. Quia hæc planta triangulâri ſemine prædita eſt, juxta *Moriſonium* malè inter frumenta locatur, verùm quia ex ea panes & placentulæ formantur, hîc locum habebit.

Eryſimum Theophraſti folio hederaceo: Ocymum veterum, Trag. Frumentum Saracenicum, Matth. Fegopyrum, Dod. Eryſimum, Theoph. Lob. Ocymum cereale, Tab. In agris ad Otlingen & Riehen.

PSEUDO-ASPHODELUS Alpinus, Goldwurtz. Haſtula regia aliàs, plantula eſt radicem habens craſſam cum fibris tenuibus, caulem gracilem herbaceo palleſcentem. Refertur aliàs inter plantas hexapetalas tricapſulares.

Pſeudo-Aſphodelus alpinus: Pſeudo-aſph. pumilio foliis Iridis, Cluſ. In monte Crentzach, monte Fracto Lucern. magnitudine variantem ſe legiſſe *Bauhinus in Theatr Bot. P. I.* refert. Floret in Alpibus. In medendo *uſum* habet anticterícum & ſuccus radicis cum *Myrrhâ, Croco* in Vino coctis, Oculorum affectibus variis medetur.

PHALANGIUM, Erdſpinnenkraut. Ita dicitur, quòd *Galeno* auctore, demorſis à phalangiis, araneorum genere, auxilietur. In totum aliàs, exceptâ radice, *Aſphodelo* ſimile eſt, ramuli ei ſunt duo aut tres, pluresvè inter ſe diſtantes, flores candidi liliacis (hinc Lilago vocatum) ſimiles inciſuras multas habentes. *Vis* ei ineſt ſiccans & ſubtilis, flores in vino infuſi & poti inteſtinorum dolores & ſcorpionum & aranearum ictus curant, id quod tamen ſe haud expertum eſſe *Matthiolus* refert. Species ejus ſunt,

Phalangium parvo flore non ramoſum, Erdſpinnkraut: Phalangium non ramoſum, Lob. Dod. Tab. Michelfeldæ: & in monte Crentzacenſi, & Waſſerfall. Majo.

Phalangum parvo flore ramoſum, Groß Erdſpinnkraut. Phalangium ramoſum, Dod. Lob. Tab. Michelfeldæ & Crentzachi Junio.

Phalangium magno flore in montibus Helveticis provenit.

Digitized by Google

Phalangiorum hæ ſpecies, ut dictum, ut & ſequentes Iridis, Acorus adulterinus, Hyacinthi genera, Leucoji, Colchicum, Ornithogali, Allii ſpecies, Porrum, ſunt juxta *Rajum* Herbæ flore hexapetalo eisque affines, radicibus fibroſis tuberoſis, bulboſis & ſquammatis præditæ, fructu tricapſulari, ſive è tribus carinis capſulisvé conſtructo, ſeminibus rotundis aut rugoſis.

IRIS, Gilgen / Schwertel. Iris in genere eſt vel radice geniculatâ, vel bulbo â, de quâ alibi: illa eſt planta cujus flos 6. habet folia, 3. arcus modo deorſum reflexa, 3. verò contrà ſurſum inclinata, quæ magnitudine, colore, odoreque variant, unde bene notante *Dioſcoride*, à cœleſtis arcûs ſimilitudine nomen ſuum accepit. Eſtque vel

Iris vulgaris Germanica ſive ſylveſtris, Blaw Schwertel: Gladiolus cœruleus major, Trag. Iris ſyl. Matth. Tab. Iris Germanica, Fuch. cœrulea, Dod. Mönchenſteinii ad muros.

Iris pratenſis anguſtifolia humilior: Xiphion ſeu Gladiolus cœruleus minor, Trag. (variat tamen hic color, dum nunc eſt cœruleus ſaturatus, num violaceus purpureus) Iris minor, ſeu tenuifolia, Dod. Michelfeldæ in pratis paluſtribus. Præter has etiam alias vidimus ſpecies, nimirum Iridem Perſicam, Pannonicam, Belgicam, Biflorem, &c. quæ tamen in Hortis ſaltem creſcunt. Iridis radix *ſaporem* habet maxime auſterum cum calore adſtringentem, ſale inciſivo & fermentativo ſaponario, juxta *Pechlinum*, imprægnatum, hinc ſalivam prolicit, ſiccat & calefacit, *Hydragoga* eſt, ut de Purgantibus hydragogis prolixius alibi dicemus; impetigines & alias corporis maculas curat, hinc in uſum vocantur Radix ſicca, pro decoctis, vinis medicatis & balneis, ſuccus autem *Syrupo violarum* temperatur. Oleum per infuſionem paratum Irinum dictum cum guttulâ unâ vel alterâ *Ol. majoranæ errhinum* dat inſigne, ac etiam ſtrumis illitum eas reſolvit, & dicente *Ettmüllero*, per alvum ejicit, ut ſpecificum Remedium.

ACORUS Verus, Calmus, & Adulterinus, Waſſer-Gilge: Prior eſt planta *Iridis ſpecie*, radicem geniculatam habens nigram, vocaturq; *Calamus aromaticus*, qui tamen propriè eſt planta exotica, cujus in locum ſumitur hic Acorus julifer odoratus, qui eſt planta aquatica paniculata julos ferens & ſpecies cyperi rotundi videtur eſſe *Moriſon. in Hort. Bleſenſ.* Ad ripas aquarum creſcit. *Saporem* habet aromaticum: hinc *Uſus* ejus in ſtomachi & uteri affectibus nervorum doloribus, ventriculum roborat, appetitum excitat, de quo Vid. *Deſcript. Mat. Francofurt. Lit. C.* Paratur inde *Pulvis ſtomachalis Birckmanni*, & radix ſicca ſervatur. *Oleum* mirè dolores podagricos

Digitized by Google

gricos (ut in Rege Poloniæ Vladislao IV. expertus *Cnöphelius*) ſanans ex eo etiam parari poteſt: *℞. Rad. Calam. arom.* ℥j. *Cort. citri aurant. aa.* ℥iß. *Herb. abſinth. abrotan. gentian. aa.* ℥j. *rad. Enul. camp. Conſol. maj. fl. lavend. ſerpill. aa.* ʒij. *Vini opt. alb.* ℥vj. *Ol. veter.* ℔iß. Coq. ad conſumpt. humid. in fine adde *Reſin. alb. Ol. ſpic. aa.* ℥j. miſc. Poſterior autem Acori ſpecies ſeu *Acorus adulterinus* ſeu *Pſeudacorus*, Gelb Schwertel / radicem habet ſummè adſtringentem, unde Lipſiæ ſuccus ejus inſpiſſatus in Dyſenteriis & Hæmorrhagiis utiliſſimè adhibitus. *Externè* valet pro amuleto in Spaſmo collectus Majo die Mercurii ante ortum Solis, juxta *Paracelſ.* Vocatur comuniter Acorus Adulterinus, Gelb Schwertel & Trag. Acorum falſum, Matthiol. offic. Fuch. Acorus noſtras paluſtris, Lobel. Pſeudoiris, Dod. Iris paluſtris lutea, Tab. & Amanno. Imò videtur hinc *Bauhinum* etiam ad flores attendiſſe eò quod Acorum hunc mox poſt Irides locârit, dum Iridis flores gerit hic Acorus. Huc & refert *D. Bauhinus in Pinace*, Galangam, Zingiber, Zedoariam, Coſtum, Curcumam, de quibus tamen *in Deſcript. Plantar. Officin. Baſil.* infrà. In aquoſis paſſim, & Michelfeldæ.

CAPUT IV.

De Herbis bulboſis, Hyacintho, Leucojo, Colchico, Ornithagalo, Porro, Allio, Orchidibus, &c.

BULBOSÆ hæ plantæ id commune inter ſe habent, ut velocius ex bulbis, tardius autem ex ſeminibus propagantur. Sit primò:

HYACINTHUS, Hyacinth: *Petrus Pena & Matth. Lobelius in Stirp. Adverſar. pag. m.* 46. notant, τὰ ἴα, id eſt, Violas cognomento dictas fuiſſe Antiquis flores ſpecioſiſſimos quosque præſertim vernos & coronamentis innecti ſolitos, unde tot florum generibus diverſis Violæ vox q. ſ. hyolæ communis facta ſit, & proinde accommodata hyacinthis qui ob cœruleum colorem, *Plinio* notante, nigræ Violæ vocati fuere. Sunt autem plantæ bulboſæ caulem habentes dodrantalem, lævem, minimo digito tenuiorem, vel juxta Recentiorum accuratiorem Florum (qui ſcilicet ſunt ſpiritus velut ſubtiliſſimi nondum in fructum fixati) deſcriptionem, Hyacinthus eſt hexapetalos tricapſularis radicibus bulboſis propriè dictis prædita, folia producens anguſtiora flores minores narciſſinos, eſtque vel

 floribus,

Digitized by Google

floribus, clavatis, oblongis, campanulatis, urceolatis, ſtellatis, paniculatis, &c. *Bauhinus* ſequentes ſiſtit:

Hyacinthus racemoſus cœruleus minor juncifolius, Trauben-Hyacinth: Hyacinthus 1. Trag. racemoſus, Dod. botryoides vulgaris, Lob. Hyacinthus cœruleus minor, Tab. In agris ad pontem Wieſæ: & agris Hornburg dictis propè portam S. Blaſii, & vineis Wilenſibus.

Hyacinthus ſtellaris bifolius Germanicus: Narciſſus cœruleus, Trag. Hyacinthus cæruleus minor mas, Fuch. In ſylvis circa Novam domum.

Hyacinthus ſtellaris trifolius: Hyacinthus cœruleus minor fœmina, Fuch. icon. Germanicus liliflorus ſtellaris, Lob.

Hyacinthus ſtellaris albus: Narciſſus candidus, Trag. Hyacinthus niveus, Fuch. Circa Hiltelingen, & in ſylva Wilenſi.

PSEUDO NARCISSUS gramineo folio, Narciſſen-Röſslein. Nomen habent Narciſſi aliàs à *ναρκάειν*, ſeu ſtupore, quem inferunt, teſte *Plutarcho in Sympoſ.* Eorum varias recenſet Species *Bauhinus in Pinace*, nimirùm *Narciſſum porraceo folio anguſto calyce latifolium ſimplicem* uno & pluribus floribus, item *Narciſſum juncifolium*, ad quem hunc *Pſeudonarciſſum* ſeu *Leuconarciſſum æſtivum* refert, quique eſt plantula in Alpibus & propè thermas *Piperinas* creſcens, cujus flores foliati ſunt, in cujus medio floris calix ſive acetabulum pulcherrimum reperitur. Majo floret & hortos ornat.

LEUCOJUM bulboſum vulgare, Mertzenblumen. Eſt planta bulboſa, (hinc de *non bulboſo* vide infra inter *Violas*) è qua bina aut terna folia oblonga & anguſta prodeunt, deinde *Caulis*, atque in ejus ſummitate *flos* unus & alter è vaginulâ ſuo pediculo propendens albus, ſex conſtans foliis, (unde *Rajo* dicitur hexapetalum nullo in medio flore calice à ſex petalis diſtincto, floribus minoribus pendulis petalis albis cum apicibus virentibus) 3. *externis* & 3. *internis*, in cujus medio ſtamina cum luteis apicibus, *Campanulas* vulgò vocant, oriuntur. Quoad *Vires* Aqua ex eo deſtillata ophthalmicum uſum præſtat Eſtque vel

Leucojum bulboſum vulgare: Viola alba Theophr. Trag. Fuch. Narciſſus 7. Matth. Leuconarciſſolirion paucioribus floribus, Lob. Leuconarciſſolirion paucioribus floribus, Lob Leucojum bulboſum hexaphyllon, Dod Leucojon bulboſum 1. Tab. In monte Muteto.

Leucojum bulboſum majus ſive multiflorum, quod aliqui Acrochorion Plinii ſtatuunt. In monte Criſpalto Rhætorum.

COLCHICUM, Zeitblumen. Eſt planta bulboſa ita dicta, quod plurimùm in Colchide naſcatur: *Ephemeron* etiam dicta, quod eâdem die

quâ

Digitized by Google

quâ ſumptum eſt, interficiat. Hujus flos nudus inſtar Croci poſt alterum fœniſecium Autumno in pratis emergit, quem ſequente dein Vere ſemina milii ſpecie ſuis folliculis incluſa ſequuntur cum herba virente, adeò ut verum & hîc maneat, Flores in plantis fructus præcedere. Huc ſpectat *Hermodactylus non venenatus Officinarum*, qui è colchici radice ſiccatâ parari dicitur, qui ſaporem habet farinaceum, dulcem, nauſeoſum, & efficacites pituitam è pectore expurgat & juncturis. Species ſunt.

Colchicum commune: Colchicum, Trag. Matth. Fuch. Dod. Colchicum ſive ſtrangulatorium & Ephemerum crocifolium, Lob. Cholchicum maſculinum & fœmininum, Tab. quod bene recentiores obſervarunt eſſe hexapetalam tricapſularem radice tuberosâ rotundâ. Paſſim in pratis.

Colchicum vernum Helveticum. In pratis Helvetiæ humidis provenit.

CROCUS Vernus, Saffran. Crocus à voce Arabicâ luteum, vel *κρόκη* filum villumque ſignificante, nomen habet, prout & Chymicis Crocus à Croco martis & metallorum (vid. *Baſil. Valent. L. II. Oper. pag.* 118.) eſt mercurius Phil. ex albo in luteo-rubrum decoctus ſeu flos & regulus ac nucleus metalli in ipſo metallo latens & inde eruendus, *Orientalis* etiam dictus, quia ad ortum Solis Philoſophici non ſecus ac antimonium naſcitur, cujusque Croci Eſſentia præcipuè animi deliquio medetur, naribus & pulſui affricta, ut idem alibi docet. Vegetabilis autem hujus Croci ſtamina florum plerumque terna in medio floris conſpiciuntur, qui cùm ſoli in uſum veniant, per excellentiam Croci nomine donantur; Eſtque vel ſativus, de quo infrà, vel ſylveſtris montanus flore albo, quem *Pena* & *Lobelius* deſcribunt. In Helvetia noſtra habetur

Crocus vernus anguſtifolius magno flore albus & purpureus, cujus, juxta *Bauhin. Deſcription.* flores internè flaveſcunt, intus candicant, reliqua ad cœruleum ſeu violaceum vergunt. In humidis montis Pilati creſcunt.

ORNITHOGALON, Erdnüßlein. Quia Planta eſt, quæ flore lactei (etſi & Lutei genus detur) coloris nitet, & ſimilis eſt ei, qui in ovis gallinaceis reperitur, nomen accepit. Et quia non ita abſimilis Hyacinthis, Narciſſis & Colchico non abs re hîc ſiſtitur methodo Bauhinianâ. Eſtque

Ornithogalon umbellatum album anguſtifolium, weiß Feldzwiebel, Ornith. Lob. ſecundum, Matth. Bulbus leucanthemos minor, Dod. Bulbus ſolſequius, Tab. In agris minoris Baſileæ & vineis montis Crentzacenſis circa pagum Bettingen.

Ornithogalum luteum, gelber Feldzwiebel: Bulbus, Trag. ſyl. Fuch. Dod. Ornithogalon luteum, Lob. Tabern. In agris ad St. Jacobum.

Orni-

Digitized by Google

Ornithogali ſpecies ſunt plantæ hexapetalæ ſtellatæ tricapſulares radice bulboſâ. Majo & Junio florent; Horum *bulbis* annonæ caritate pauperes ſatiantur.

PORRUM, Schnittlauch/ Græcis πράσον dicitur, unde color praſinus ſeu porraceus: Cæpe eſt ſpecies, quæ quod porrò coit & ſerpet, & longè lateque graſſatur, ita dicitur. Quare ut Cepa ſale volatili antiſcorbutico ſcatet, cujus ratione attenuat, aperit, incidit, reſolvit *ob acrem ſaporem*, hincque ſectile conciditur inter olera, ut hæc inſipida condiat. Quo & ſpectat Porrum folio latiſſimo C. Bauhini ſeu Porrum Syriacum Tabern. Franc. Porrum Indum Camer. Scorodopraſon Germ. Gallis Chalotta dictum, quòd quia mitius eſt allio & communem temperiem habet cum cœpis, frequenter in culinas ad condienda varia fercula à coquis infertur. Laudat aliàs Porri uſum *Camerarius* extus in morſibus ſerpentum & *uſtionibus*, & intus in mucilagine pulmonum reſolvendâ: commendatur in Aurium tinnitu ac ſuppurationibus, in Venis hæmorrhoidum tumidis ac dolentibus: *Semen* ejus urinam movet, ſolo gaudet pingui. Sponte creſcit

Porrum commune capitatum, Wilder Lauch. Porrum, Dod. Tab. commune, Matth. capitatum, Fuch. vulgare, Lob. In vineis Wilenſibus, & ad Rhenum ſitis. Julio floret.

ALLIUM, Knoblauch Quaſi Porrum globoſum, eſt planta graviſſimo odore prædita, bulboſa, *Ruſticorum Theriaca*, ob vim alexipharmacam dicta. Sequentia ejus genera ſunt plantæ hexapetalæ tricapſulares radice bulboſâ.

Allium ſylveſtre latifolium, breit-blätteriger wilder Knoblauch. Allium urſinum, Matth. Fuch. Lob. Allium ſyl. latioris folii, Dod. In ſylvis montis Muteti: & Mönchenſtein: & dumetis humidis ad Birſam & Michelfelden.

Allium ſphæriceo capite folio latiore: Ampelopraſum 1. Dod. Scorodopraſum, Lob. In agris circa Wieſam.

Allium ſyl. latifolium capitatum purpuraſcens: Allium caninum 1. Trag. Allium ſylv. 1. Fuch. In ſaxoſis ad ripam Rheni.

Allium ſylveſtre latifolium capitatum purpuraſcens majus: Allium ſyl. tenuifolium, Lob. Dod. In agris minoris Baſileæ circa Wieſam.

Allium ſylveſtre capitatum purpuraſcens minus: quod à priore potiſſimùm magnitudine differt, cùm palmaris ſit & foliis junceis: eodemque ad Rhenum loco utrumque reperitur.

Allium montanum bicorne anguſtifolium, flore purpuraſcente. Schmal-blätteriger wilder Bergknoblauch: Ampelopraſon proliferum, Lob. In dumetis circa Cliben.

Allium

Allium montanum latifolium maculatum, C. B. Victorialis longa, Siegwurtz/ Schlangen Knoblauch/ Sibenhemerlen: In monte Fracto. *Vires* ejus dedimus infra in *Deſcript. Officinal. Plant.*

Allium *Saporem* habet acrem, mordacem, urentem, igneum, ſalivam prolicientem, idque ex multo ſale volatili, quo abundat, alcalino cum aliquâ humiditate, hinc calefacit, aperit, diureticum & calculi præſervativum & curativum exiſtit, ſi in Vino vel Spiritu Vini infundatur, taliter & ſtomachum frigidum curat, appetitum excitat, lac in ſtomacho concretum (experientiâ *Cl. D. Lanzoni in Miſcell. Cur. Dec. II Ann. VIII. p. 505.*) diſſolvit, flatus diſcutit, colicam ſedat, venenis reſiſtit, matricis ſuffocationem tollit & concoctionem juvat, acidum enim egregiè corrigit, verùm ſomnum interturbat & inſomnia gravia cauſatur, oculisque nocivum eſt. Allium in lacte decoctum vermes potenter pellit & necat, de quo vid. *Miſc. Cur. Dec. II. Ann. III.* Obſerv. noſtram. In culinâ radice pluribus nucleis conſtante carnes Vervecum configuntur, ut ſapidiores evadant, ad quod præcipuè etiam expetitur Porrum Syriacum. Ad Vomitum & Nauſeam ex navigatione: ℞. *Allior. diu contuſ. num. ij. Nuc. myriſt.* ʒß. omnibus exactè contuſis & miſtis, F. cum *Sacchari q. ſ.* Tabellæ, quibus manè utendum jejuno ſtomacho ad ℥ß. circiter.

LILIUM foliis reflexis montanum, Berglilien. *Radicem* habet bulboſam, caulem rectum & foliatum, in cujus ſummo *flores* reperiundi 6 foliis conſtantes; ſtamina iis ſex plerumque in medio & umbilico ſtylus: *Excell. DN. D. Joh. Jac. Wagnerus Tigur.* Anno M DC XC. hoc in ſummitate caulis hujus faſciati (qualiter nominantur herbæ luxuriantes & majorem latioremque caulem ob florum copiam excedentem obtinentes) XXXVII. Liliis reflexis inſtar candelabrorum lychnuchi penſilis egregiè ſuperbiens conſpexit. *Bulbus* ad cataplaſmata maturanda adhibetur.

Lilium floribus reflexis montanum: Hyacinthus Poëtarum, Trag. Aſphodelus fœmina, Fuch. Martagon, Matth. Lilium ſyl. Theod. Dod. montanum, Lob. *Moriſonio* eſt Martagon montanum majus in Hort. Oxon. In monte Muteto & Crentzach & propè Bettingen. Variat aliàs floris colore, qui plerumque ſubruber aliquando dilutus albicans, ſic & maculæ rubræ inordinatæ florum foliis & intus & foris maximè circa florum exortum intrinſecus aſperguntur. Huic affine Martagon.

ORCHIS, Knabenkraut. *Radicem* habet bulboſam eamque geminam oblongam, olivæ modo anguſtam, ſuperiorem pleniorem inferiorem molliorem atque rugoſiorem: In hac plantæ ſpecie peculiare id eſt, quod corrumpatur quotannis bulbus ſuperioris anni renaſcaturque novus, quæ

 cauſa

cauſa eſt, quod flaccidus unus, alter plenus deprehendatur, ſic verò Bauhino *Orchides* dicuntur quæ duas, ſicut quæ unicam ſaltem radicem habent *Satyria*, à Satyris laſcivis (ſucco enim viſcido inſtar albuminis ovi turgent) & quæ palmas ſeu manus cum digitis referunt *Palmata* Orchides ſeu Satyria baſilica & Orchides fœminæ, nuncupantur.

Species ejus ſunt herbæ flore hexapetalo radicibus tuberoſis præditæ, fructu trivalvi, nullis membranaceis ſepimentis diſtincto, qui cùm maturus eſt in lateribus ſuis trifariam dehiſcit, ſeminaque ſua tenuis pulviſculi ad inſtar effundit. Suntque

CYNOSORCHIS latifolia hiante cucullo major, Groß Knabenkraut mit breiten Blättern: Satyrium mas, Trag. Orchis mas latifolia, Fuch. Teſticulus 5. Matth. Teſticulus latifolius & Satyrion triphyllon, Tab. Locis herbidis ad Birſam.

Cynoſorchis latifolia hiante cucullo minor: Cynoſorchis alter, Dod. Tab. Cynoſor. majoris 2. ſpecies, Lob. In pratis Michelfeldenſibus.

Cynoſorchis anguſtifolia hiante cucullo: quæ 1. eſt in Prod. In montis Muteti pratis.

Cynoſorchis militaris major: Cynoſorchis 4. Dod. Orchis ſtrateumatica, ſive ſtratiores major, Lob. Teſticulus 5. militaris, Tabern. In Muteto.

Cynoſorchis militaris minor: Orchis ſtrateumatica minor, Lob. Teſticulus ſtrateumaticus minor, Tab. In Muteto.

Cynoſorchis militaris montana ſpicâ rubente conglomerata: 2. in Prod. In pratis montis Mutetæ & alibi, in ſylv. Alſchwyll.

Cynoſorchis militaris pratenſis elatior, floribus variegatis: quæ 3. in Prod. In pratis Michelfeldenſibus & trans Rhenum.

Orchis morio mas foliis maculatis: Teſticulus 1. Matth. icon. Orchis mas anguſtifolia, Fuch. Teſticulus morionis mas, Dod. Cynoſorchis morio, Lob. morio mas, Tab. In pratis Mutetæ.

Orchis foliis ſeſſilibus non maculatis: Orchis colore vario, vel 5. Cluſ. deſcript.

Orchis morio fœmina, Schmalen Knabenkrauts Weiblein. Teſticuli ſpecies 3. Matth. Orchis anguſtifolia fœmina altera, Fuch. icon. Teſticulus morionis fœmina, Dod. Cynoſorchis morio fœmina, Lob. morio 3. Tab. In pratis Mutetæ.

Orchis odore hirci breviore latioreque folio: Teſticulus hirci, Dod. Lob. primus, Tab.

Orchis odore hirci longiore anguſtioreque folio, Bocksghödlein: Teſticulus hircinus vulgaris, Lob. hircinus 2. Tab. Uterque in pratis montoſis Mutetæ, & ad Rhenum bey der Waar, Junio.

Orchis

Orchis bifolia altera: Orchis pſychodes diphylla, Lob. Teſticulus vulpinus Hermaphroditicus, Tab. in monte Crentzach.

Orchis fucum referens colore rubiginoſo: Teſticulus vulpinus 2. ſphegodes, Lob. In Muteto.

Orchis fucum referens foliolis ſuperioribus candidis & purpuraſcentibus: Orchis 6. Trag. Teſticuli ſpecies 2. Matth. Triorchis fœmina, Fuch. Orchis ſerapias fœmina, Dod. Teſticulus vulpinus major, Lob. Teſticulus 7. ſphegodes, Tab. In pratis montoſis.

Orchis muſcam referens major: Orchis myodes altera, Lob. Teſtic. muſcarius 4. Tab. In monte Muteto.

Orchis muſcam referens minor, vel galea & alis herbidis: Orchis anguſtifolia fœmina 3. Fuch. icon. Orchis ſerapias 3. Dod. In Muteto.

Chamæorchis alpina folio gramineo. In monte Helveticorum Gotthardo Junio florens reperitur.

Triorchis lutea folio glabro: Triorch. lutea, Lob. lutea 2. Tab. In colle circa Birſecam arcem.

Triorchis lutea altera: Orchis minor Leodienſis, Lob. Triorchis lutea: Tab. In monte Waſſerfall.

Triorchis alba odorata minor: Teſticulus odoratus, ſive Orch. ſpiralis minor, Lob. Teſticulus odoratus minor, Dod. Tab. In ericetis circa Michelfelden.

Pſeudorchis: Orchis minor radice repente, Cam. In monte Waſſerfall.

Orchis palmata pratenſis latifolia longis calcaribus, Waſſerhändleinswurtzel: Palma Chriſti major, Matth. deſc. Palma Chriſti & Serapias mas lævi folio, Lob. Palma Chriſti mas 1. Tab. Satyrium baſilic. mas, Dod. In pratis. Majo.

Orchis palmata pratenſis anguſtifolia major: 6. in Prod. Michelfeldæ in pratis.

Orchis palmata anguſtifolia alpina nigro flore ſeu Satyrium baſilicum alpinum Geſneri. In monte Regio Underwaldenſium & alibi copioſè reperitur.

Orchis palmata pratenſis maculata: Orchis fœmina altera, Trag Satyrium baſilicum fœmina, Dod. Palma Chriſti, Serapias fœmina pratenſis, Lob. Palma Chriſti maculata, Tab. Aliquando foliis eſt non maculatis. Obinde tamen pro uſu coſmetico laudata uti maculata, vel ex ſignaturâ. Aliàs & variat flore, qui in purpurâ vel rubet vel dilutè ad cœruleum inclinat, vel albus eſt: vel variegatus albus venulis ac maculis rubeſcentibus diſtinctus, interdum maculis caret. Huc Palma Chriſti (quo nomine tamen hîc abutuntur) erecta flore candido & variegato & palma Chriſti candidis floribus Eyſtetenſis, referuntur. Has reperit *Hieronymus Bauhinus* p.m.

initio Junii in prato clivoſo, quod terminat ſylvam Zunfft Acker dictam circa Prattelen. Orchis verò palmata pratenſis maculata copiosè reperitur in pratis trans Rhenum & ſupra Briglingen.

Orchis palmata minor calcaribus oblongis, Creutzblumen: Serapias minor, Lob. Palma Chriſti minor mas, Tab. Majo floret.

Orchis palmata anguſtifolia minor: Orchis fœmina, Trag. icon. Palma Chriſti major, Matth. icon. fœmina, Tab. Satyrium baſilicum mas, Fuch. Utraque in pratis Mutetæ.

Orchis palmata anguſtifolia minor odoratiſſima: 7. in Prod. In pratis Michelfeldæ, Autumno florens.

Orchis palmata montana maxima: 9. in Prod. In Muteto.

Orchis abortiva, Vogelsneſt: Satyrium 9. Trag. Neottia, Dod. Nidus avis, & Satyrium abortivum, Lob. Majo & Junio. In monte Crentzacho locis opacis. Hæc Orchidis ſpecies eſt planta flore hexapetalo tricapſularis ſemine minutiſſimo pulviſculi inſtar radicibus fibroſis, ut infra Helleborines ſpecies.

Orchides præfatæ pleræque ſaporem dulcem mucilagineum, emplaſticum, inſulſum habent, calefaciunt & humectant, Venerem, id eſt, fortitudinem virilem reſtaurant, (vid. *Conſilium Cnöffelianum in Faſcic. Medicam. p. 133.*) uterumque confortant, hinc ſaccharo radix condita editur. Laudatur & pulvis pro memoriâ confortandâ & fibris cerebri roborandis.

OPHRIS, Zweyblat. Ad *Orchides* propter florum formam iis ſimilem refertur: bina ſaltem vel trina *helleboro albo* ſimillima folia producit. Eſtque ut præcedens Orchis abortiva herba flore hexapetalo tricapſularis, ſemine minutiſſimo pulviſculi inſtar radicibus fibroſis. Eſtque vel

Ophris bifolia: Satyrium 10. & Bifolium, Trag. Ophris, Matthiol. Fuch. Tab. Pſeudo-orchis, Dod. Bifolium, Lob. Major & minor in monte Muteto. Majo & Junio.

Ophris trifolia: & Tab. Perfoliata ſyl. fœmina, Brunf. Major & minor circa arcem Landskron.

Ophris glutinoſum habet ſaporem, hinc *Vulneraria* eſt, fracturas curat, & ſudorem movet. Majo menſe in vallibus & montium radicibus floret.

OROBANCHE, Sonnenwurtzel. Dicitur quaſi ὀρόβον ἄγχειν, quod ervum legumen ſtrangulet: Ejus flos *papilionaceus* eſt, vel juxta *Rajum* Herba flore monopetalo galeato, caule ſucculento foliis deſtituto aut ſaltem quibusdam rudimentis foliorum citò marceſcentibus veſtito, fructu compreſſo bivalvi. Eſtque vel

Oroban-

Orobanche major, Sonnenwurzel, Caryophyllum olens: flore nunc albicante nunc purpuraſcente nunc etiam cœruleo. Orobanche, Matth. Lob. altera, Tab. Limodoron ſive Orobanche, Dod. In ripa Rheni, locis opacis & humectis.

Orobanche ramoſa; Orobanche quinta, Lob. Inter cannabim, Michelfeldæ præſertim.

Orobanche radice dentatâ major, Caſp. Bauh. ſeu Dentaria major Matth. Lob. Anbatum Cord. hiſt. Dod. Dentaria crocodilia Tab. Hanc reperit Menſe Majo 1661. in monte Muteto prope vetuſta arcis rudera Hieron. Bauhinus, J. Caſp. Fil. Caſp nep. *Vaccam*, poſteaquam de hac herbâ comedit, *Taurum* quærere *Paſtores* dicunt.

CAPUT V.

De Oleribus & Oleraceis, Rapunculo, Campanulâ, Rapiſtro, Raphano, Dracunculo, Sinapi, Erucâ, Luteolâ, Rheſedâ, Eryſimo, Perſicariâ, Naſturtio, Thlaſpi, Braſſicâ, Rumicibus, Hieraciis, &c.

OLERA & Oleracea ſucco turgent temperato dulci, nitroſo nonnihil, & tantum non lacteo, cu us ratione ab Animalibus comeſta copioſiſſimum lac præbent, unde ſimiliter ab homine comeſta in chylum abeunt dilutè mucilaginoſum ſatis nutritium ſanguinemque generant mitem & lympham blandam & dulcem, v. g. Rapæ, quæ hinc alimentum medicamentoſum ſuggerunt. Ex ſylveſtribus ſponte naſcentibus eſt

RAPUNCULUS, Rapunzel. A' rapo nomen habet, videlicet *Rapum parvum ſylveſtre* eſt, varii coloris, *ſpicam* referens & campanulas: *Saporem* habet inſipidum aqueum, *radix* tamen eſculento Rapunculo aliquantum dulceſcit, adeoque commodum *acetarium* præbet. *Radix* aliorum contuſa & cum *farina lupinorum* mixta maculas faciei aufert. Species habet ſeq.

Rapunculus eſculentus: Rapunculum vulgare, Trag. Rapunculus, Matth. Dod. Tab. Rapum ſylv. Fuch. Rapuntium parvum & pes locuſtæ Avicennæ, Lob. Paſſim in pratis: in dumetis circa Cliben & in viâ Riehana hirſutis foliis. Juxta *Rajum* hæc Rapunculi ſpecies ut duæ ſequentes ſunt Monopetalæ tricapſulares erectæ & lacteſcentes flore corniculato; prout &

juxta *Moriſonium* Rapunculus omnis lacteſcit, florem habens corniculatum ſemenque producit ſubrufum & pellucidum.

Rapunculus ſpicatus albus, Wald-Rapunzel: Rapunculum ſylv. Trag. Rapunculum alopecuron, Dod. Rapontium majus alopecuri comoſo flore, Lob. Moriſon. Rapunculus nemoroſus 1. Tab. Foliis maculatis & non maculatis: in ſylvis montis Muteræ, & Michelfeldæ.

Rapunculus folio oblongo ſpicâ orbiculari: Rapunculus alopecuroides orbiculari ſpicâ, Cluſ. in pratis Michelfeld. Majo & Junio.

Rapunculus ſpicatus flore cœruleo in montibus Helveticis pluribus reperitur.

Rapunculus Scabioſæ capitulo cœruleo, Schaff-Rapunzel: Scabioſa minor, Dod. media, Lob. minor 5. Tab. Ad ripam *Wieſæ*, & inter Riehen & Lörach ad margines agrorum. Junio & Julio.

Rapunculus perſicifolius magno flore, Milchglöcklein mit Pferſingblättern: Phyteuma, Matth. Campanula media, Dod. perſicifolia, Lob. anguſtifolia, Tab. Juxta *Rajum* eſt Monopetala tricapſularis ſeminibus pluribus lucidis in alveolis, erecta & lacteſcens flore campanulam referente, margine in 5. lacinias diviſo, uti & prior Rapunculus eſculentus & mox ſequentes *Campanula major & aſperior* ſeu Cervicaria, major & minor. In dumetis circa Huningen & monte Crentzach. Julio & Auguſto.

Rapunculus nemoroſus anguſtifolius magno flore major: Rapunculus nemoſus 2. Tab. In Crentzacho

Rapunculus nemoroſus anguſtifolius parvo flore: Rapunculus nemoroſus 3. Tab. In collibus & fiſſuris murorum paſſim.

CAMPANULA, Glöcklein: A formâ nomen habet; quod autem in colli affectibus adhibeatur, *Cervicaria*, imò & *Uvularia* dicitur. Nimirum Campanula habet florem integrum in fundo campanæ in modum formatū etiamſi quinquefariam dividatur, quælibet pars ejus plantæ effundit ſuccum lacteum, capſula ſeminalis tribus loculamentis eſt diſtincta, in quibus ſemina lucida ſubruffa continentur. Montes & ſylvas inhabitat, loca umbroſa & lapidoſa amat. Julio & Auguſto floret. Eſtque

Campanula alpina latifolia cœrulea: 4. in Prod. in monte Waſſetfall.

Campanula ſerpilli folia. In Rupibus Rhæticis creſcit.

Campanula foliis echii floribus villoſis. In monte Gotthardi & Pilato.

Campanula minor rotundifolia vulgaris: Campanula ſyl. minima, Dod. Camp. minor rotundifolia, Lob. Rapunculus ſyl. minor, Tab. In collibus circa Bünningen & ad Birſam copioſè.

Campanula minor rotundifolia alpina: Campanula alpina minor, Cluſ.

Cluſ. In monte Waſſerfall & circa caſtrum Ramſtein Baſilienſium. Reperitur & floribus albis in monte Waſſerfall.

Campanula vulgatior foliis Urticæ, vel major & aſperior, Halßkraut/ rauhe Wald-Milch-Glocken: Uvularia major, Trag. Campanula major, Fuch. Cervicaria major, Dod. [Trachelium ſive Cervicaria, Lob. In dumetis, & circa Michelfelden, Hüningen, Mönchenſtein, &c. Junio.

Campanula pratenſis flore majore: Uvularia exigua, Trag. Trachelium minus, Lob. Cervicaria 4. Dod. minor, Tabern. In pratis paſſim.

Quoad *Vires* modicè refrigerant & adſtringunt, ubi notamus, quod ex Vegetabilibus alia longiore opus habeant reſolutione, ut venas permeent lacteas & tardius unà cum ſanguinis & aliorum humorum motu omnes vel minimas pervadant corporis partes ſuiſque afficiant virtutibus, alia verò breviore, quibus ſcil. multum materiæ ſubtilis ineſt, ut mox partes eorum diſpergantur per partes, imò quòd quædam ab ipſâ digeſtione ſuperentur, & aliquando aliam planè induant formam. Quoad *Vires* reliquas Campanula ob alcali mite ulcera oris & aphtas curat. *Oleum* autem ejus hæmorrhoidum dolori prodeſt.

RAPISTRUM, Rübſaamen: A ſimilitudine florum luteorum rapæ ita dictum, admodum affine eſt Napis & ſinapi, hincq; ſimiliter Herba flore tetrapetalo ſiliquoſa ſiliquâ fungoſâ anticulatâ abſque ſepto medio. *Saporem* habet acrem (tuſum enim ſemen ſinapi mentitur & uſus explet Ruſticis) calefacientem ſiccantem, hinc ob Sal volatile in ſanguinem efficaciter agit, ubivis hærentem mucilaginem tartaream incidit, attenuat, reſolvit, viſcera aperit, diureticum, *Lithontripticum & Antiſcorbuticum* eſt, lac quoque afficit, ſanguini enim & ſucco chyloſo facilè immiſceri omnia ſpirituoſa patet vel maximè ex eo, quod mulierum lac odore ſuo inficiant iſque in tali lacte obſervari poſſit. *Oleo* è ſemine rapiſtri utuntur Literati ut literis noctu incumbere queant, lucubrationesque ſuas peragere, prout de Demoſthene fertur eum plus Olei quàm vini conſumpſiſſe, id quod Philiatris omnibus dictum volumus. Species ſunt

Rapiſtrum flore luteo, Wilder Senff mit ſchwartzen Körnern: Sinapi agreſte 4. Trag. Irion, Fuch. Lampſana, Matth. flore melino, Tab. Rapiſtrum, Dod. arvorum, Lob. Sinapi ſylv. ſemine nigro majore Moriſon. Hoc, ut & ſequens, paſſim in agris & vinetis.

Rapiſtrum flore albo ſiliquâ articulatâ, Heyd-Rettich: Sinapi agreſte 3. Trag. Rapiſtrum flore albo Erucæ foliis, Lob. Armoracia quibusdam Rapiſtrum album & purpureum, Tab. Raphaniſtrum ſiliquâ articulatâ glabrâ majore Moriſon. Majo, Junio & ſeq.

Rapiſtrum monoſpermon: 2. in Prodr. Juxta *Excell. D. Chriſtophor. Knauth*

Digitized by Google

Knauth. in Enumer. Plant. Hal. Sax. potiùs diſpermon vocandum, quia profert ſiliquam brevem articulatam ſtriatam, in acutum apicem deſinentem, fungoſam, duo ſemina oblongiuſcula unico articulo à ſe invicem diſtincta continentem. Circa Domum Rubram, & in agris ad ſylvam Hüningæ.

RAPHANUS aquaticus, Waſſer-Rettich: Juxta deſcriptionem Recentiorum eſt herba flore tetrapetalo ſiliquâ bicapſulari ſepto diſtincta, ſemine rotundo, ut Naſturtium, Eruca, &c. Raphanus autem ſativus eſt ſiliquoſa tetrapetala fungoſa non bicapſularis nec bivalvis. Radicem habet oblongam, acrem, pungentem, quia ſale turget volatili, hinc calefacit & exiccat, tartaream viſcidam mucilaginem incidit, ciet vomitum, ſcorbuticis prodeſt, urinam & calculum pellit, menſes movet; Sic expertũ lithontripticum in ſe & aliis ſiſtit *Ramelov. in Tr. de Calc. Ren.* Germ. edito: ℞. *Succ. raphan. vulg.* ℥j. *vel* ℥iß. *Sal. tartar. puriſſ. Tart. vitriolat. aa gr. XV. Nitr. præpar. gr. VI.* miſc. Sumatur per ſe vel cum pauco *Vini*, vel Decoct. *Cicer. rubr.* In Pharmacopœâ autem Hagienſi talis extat Spiritus antiſcorbuticus: ℞. *Radic. Raphani ſylv.* ℥iij. *Herbar. Acetoſæ, Naſturtii aquatici, Beccabungæ aa. M. iij. Trifolii aquat. Cochleariæ, Fumariæ aa. M ij. Sempervivi acr., M. j. Mala citria num. iij.* Radices & Herbæ contuſæ, & Citria in orbiculos conciſa infundantur per horas 24. in Spiritus vini libris ſeptem, poſtea ſ. a. deſtillentur. *Excell. DN. D. Luc. Schrökius in Miſcell. Cur. Dec. II. Ann. IV. pag.* 345. obſervavit Raphani hort. eſu ſale inuncti aſthma ſiccum convulſivum ſanatum fuiſſe. *Extrinſecus* folia raphani ruſtiſticani ſunt euporiſton in doloribus tumoribusque artuum, odontalgiâ (ſi venis cubiti lateris affecti applicentur) eryſipelate, de quo laud. *Exc. Schrök. & Hermann. in Miſcell. Cur. Ann. IV. Dec. II. pag.* 180. ſed & ejus *ſuccus* cum Oleo è piperibus dorſo inunctus, pulſibusque cum ſale impoſitus, vel umbilico applicatus, donec ſentiatur pruritus, Tertianam & quartanam curat: Plantis pedum appoſitus Raphanus hortenſis in febribus continuis cum delirio prodeſt, de quo vid. *Sim. Paul. Digreſſ. de Febr. malign.*

Raphanus aquaticus foliis in profundas lacinias diviſis, Waſſer-Rettich: Radicula ſyl. Dod. Raphanus ſylv. officinarum aquaticus, Lob Raph. aquat. Tab. In arenoſis ad Birſam & Wieſam; in humidis locis creſcit & Junio menſe floret.

DRACUNCULUS, wilder Bertram: A vi urente nomen accepit, tantam enim habet acrimoniam, ut in pulverem redactus ſternutationem promoveat, hinc & *Ptarmica* dicitur. Quidam ejus folia viridia contuſa plagis & contuſionibus imponunt pro diſcutiendis livoribus: Quia apophlegmatizans

gmatizans eſt, dentium dolorem ejus radix tollit, & caput à phlegmate liberat. Ad Dracunculi ſpecies vel pyrethri ſpecies referri poſſe videtur radix illa exotica *Hippocoanna* dicta, quæ acri ſapore eſt & pungente & Dyſenteriam non ſaltem recentem, ſed & deſperatam curat, ciendo ter vel quater Vomitum & aliquoties per inferiora purgando, ut nobis illam tranſmiſit & Gallis uſualem eſſe retulit *Excell. DN. Doct. Nicol. Groſjean, Biennenſis*. Sic namque & ſemen naſturtii remediis contra dyſenteriam olim admiſcebatur. *Species* ſunt,

Dracunculus pratenſis, ſerrato folio, Wilder Bertram: Tanacetum album ſeu acutum, Trag. Tab. Ptarmica, Matth. Fuch. Ptarmico folio Taraconis, ſeu Sternutamentoria, Lob. In pratis humidis ad rivulos. Auguſto menſe floret.

Dracunculus alpinus folio ſcabioſæ: In Helvetiæ pratis alpinis propè thermas Fabarias & in Gotthardo provenit.

SINAPI, Senffkraut. Notante Bauhino παρὰ τῦ σινεσθαι τὰς ὄπας ſic dicitur, ob vehementem enim acrimoniam ſuam oculos lædit, acerrimum pungentem *ſaporem* habet ex ſale volatili copioſo, hinc calefacit & ſiccat, attrahit, rubificat: Ex eo fit Embamma illud acerrimum cum muſto coctο, unde & Italis Moſtarda dicitur. *Uſus* ejus præcipuus eſt in excitando appetitu, chylificatione promovendâ, arcendo ſcorbuto, quartanæ causâ incidendâ, item in quotidianâ, ſi ante paroxyſmum adhibeatur; Nervorum affectibus frigidis confert Oleum è ſemine Sinapios factum, & *Spiritus* ſequenti modo *Ettmülleriano* paratus: ℞. *Sem. ſinap. cont. Miſc.* cum *aa. Calc. viv.* infunde, & cum alembico in locum tepidum depone, poſt deſtilla *Spiritum*, qui eſt antapoplecticus & antiſcorbuticus. Creſcit apud nos

Sinapi apii folio (rapi) groſſe Waſſerrauckert: Sinapi luteum ſativum alterum, Trag Dod. Sinapi 1. Fuch. 2. Matth. Sinapi agreſte apii, aut potiùs laveris folio, Lob. Eruca paluſtris major, Tab. Majo floret: Eſtq; ut ſequentes Erucæ flore tetrapetalo ſiliquoſa, bicapſularis, juxta *Rajum* & *Moriſonium in Hort. Saxon.* Creſcit in locis occultis. Junio & Julio floret.

ERUCA, Rackettenkraut. Quod vellicando linguam quaſi mordeat, dicitur. Scatet enim ut Sinapi ſale volatili acri copioſo, hinc & *Folia*, quæ habet rapæ inſtar ſplendidiora, exhibent ſaporem acrem volatilem, qui linguam urit & ſalivâ copioſè educit, quapropter calefacit & ſiccat intensè & in anorexia & apepſia commendatur: in uſum vocatur & *radix* & *ſemen*: *Radix* extrinſecus impoſita extrahit oſſicula fiſſa, pro apophlegmatiſmo inſervit, pituitamque è cerebro prolicit: ſemen erucæ ſtimulat Venerem

 & Apo-

& Apoplexiam præſervat. Referunt *Pena* & *Lobelius* in Magalenſi Inſulâ Narbonenſi copioſè fuiſſe ſatum à Monachis pro uſu quotidiano in menſis ad vigorem animi excitandum, & præſertim corpus obeſum extenuandumſomnumque excutiendum & uſum aphrodiſiacum. Creſcit ad muros & loca ſicca: Junio & Julio floret. Species Erucæ *Rajo* ſunt herbæ flore tetrapetalo ſiliquoſæ ſiliquâ bicapſulari, id eſt, in quarum ſiliquarum medio ſeptum reperitur, quod duplicem ordinem ſeminum hinc inde contentum diſterminat. Juxta *Moriſonium* matura non patitur manus contactum, uti Balſamina lutea, Leucojum. Eſtque

Eruca ſylv. major lutea, caule aſpero: Eruca ſyl. Matth. Dod. Tab. In arenoſis ad Wieſam.

Eruca ſyl. minor luteo parvoque flore, Kleine Waſſerrancken. Sinapi 1. genus ſyl. Fuch. icon. Eruca paluſtris minor, Tab. Eruca ſiliquis bivalvibus perennis flore luteo ſylveſtris minor ſeu paluſtris procumbens & repens *Moriſon*. In pratis humidis ad rivulos. Junio & Julio.

Eruca lutea latifolia ſive barbarea, etiam juxta *Moriſon*. Hort. Bleſenſ. ita dicta, St. Barberkraut / Winterkreſſe / Herba St. Barbaræ, Trag. Fuch. cui & Scopa regia, in icon. Barbarea, Dod. Lob. Tab. In arenoſis humidis ad Birſam & Wieſam. Aprili & Majo.

Eruca cærulea in arenoſis creſcens, quæ Eruca 5. in Prod. Ad Birſam, ut ad pontem, circa D. Jacobum & Münchenſtein.

LUTEOLA, Sternkraut: Ita dicitur, quod ea panni lanei & telæ lineæ, candidæ quidem colore luteo, virente verò, qui antea cœruleo tinctæ erant, inficiantur: planta excellens eſt, contra venenata valens, unde *Theriacalis* dicitur. Guſtus enim acrimonia & partibus tenuibus, quibus & aliæ plantæ tinctoriæ donantur, virtutem calefaciendi, diſcutiendi, reſolvendi, urinas & ſudores movendi demonſtrat. Eſt autem Differentia Luteolæ & Reſedæ juxta *Excell. Knaut. in Deſcription. Plant. Hal. Sax. p. 76.* ſeq. Reſeda & Luteola floribus ferè conveniunt, fructu verò & foliis differunt, reſedæ enim folia variè diſſecta & incurvata vel ſinuata ſunt, ejusque vaſculum ſeminale adhuc immaturum perfectè clauſum eſt, quod in tribus lateribus plurima ſemina rotunda compreſſa, ſemine milii paulò minora recondita habet. Luteolæ verò folia integra ſunt, anguſta & oblonga, ejusque fructus nunquam clauditur, ſed foramine triangulari patet, & ſemina Reſedæ minora in tribus ſuis angulis gerit. Eſtque

Luteola herba ſalicis folio: Antirrhinon, Trag. Pſeudoſtruthium, Matth. Lutum herba, Dod. Luteola, Lob. Catanance, Tab. In arenoſis circa Michelfelden, & ad Birſam. Ubique ferè creſcit & Majo menſe floret. Seritur etiam alicubi.

RHESE-

RHESEDA, Oranth: A doloribus ſedandis dicta propter *ſaporem* & figuram erucæ huc relata, quæ eſt ut præcedens Luteola Herba flore hexapetalo è ſex petalis exiguis herbidi coloris conſtructo, quæ tenuis galeæ inſtar ſtaminula plura ejusdem coloris contegunt, fructu trivalvi ſeminibus rotundis, vaſculo, juxta *Ammannum*, triquetro, oblongo, folliculato, per maturitatem ſemper aperto, qui & hinc quærit, An non ad Lapathum referri poſſit? Eſtque

Rheſeda vulgaris: Rheſeda Plinii neotericorum, Eruca peregrina Italicl vel Cantabrica, Lob. Reſeda latifolia, Tab. Ludit foliis ſimplicioribus & in unoquoque pediculo plurimis: major & minor eſt. In agris & muris, locisque arenoſis ad Birſam.

Virtutem habet hæc herba diſſipandi & tumores ſedandi, collectiones & inflammationes omnes, juxta Plinium, diſcutiendi: cæterum cum eruca virtute convenit. Creſcit & propè muros inter ſegetes, & æſtate floret.

ERYSIMIUM, Wilder Senff: Ἀπὸ τοῦ ἐρύειν foliorum multiplici ſectione dicitur: Sinapis ſapore ejusque eſt ſpecies, unde & ſimili ſale volatili pungenti conſtat, cujus ratione ejus grana *Virtutem* habent humores ſubtiliſandi, incidendi phlegmata & pectoris immunditiem tollendi, tuſſim rebellem ſedandi & Cancrum curandi, ſi nempe tota planta cum piſtillo plumbeo in mortario plumbeo contundatur & miſcendo cum melle ſcirrhis in cancrum inclinantibus imponatur: ſemen ejus in Gonorrhœâ laudatur à *Welſchio*. Eſt autem herba flore tetrapetalo ſiliquoſa bicapſularis ſemine rotundo, juxta *Rajum* & *Amman*. Suntque ejus ſpecies

Eryſimum vulgare: Verbena fœmina, Trag. recta ſive mas, Fuch. cui in icon. Sinapi alterum genus ſylv. Irio ſive Eryſimum, Dod. Lob. Eryſimum 1. Tab. Paſſim in viis, & muris quoque.

Eryſimo ſimilis hirſuta non laciniata floribus albis: Barbarea muralis, Joh. Bauhini. In ruderibus arcis Wartenburg: circa Mönchenſtein, & in agris ſaxoſis prope patibulum Novæ domus. Creſcit etiam ad vias & ſepes, floretque Junio & Julio.

PERSICARIA, Flöhkraut / Waſſerbluth Parac. Folia habet inſtar mali Perſici maculis nigris notata, quarum ratione maculas ſcorbuticas repræſentare dicitur. Ejus ſpecies juxta *Rajum* ſunt herbæ flore imperfecto monoſpermæ ſemine triquetro: Suntque

Perſicaria mitis, maculoſa & non maculoſa: Perſicaria, Fuch. Dod. altera, Trag. Matth. Tab. Perſicaria mitis maculoſa, Lob.

Perſicaria urens ſeu Hydropiper: Hydropiper, Matth. Fuch. Dod. Perſicar. urens, Lob. Perſic. 1. genus, Trag. Tab. *Ammanno* eſt pentapetalos ſpicata ſemine triangulari hincque referenda ad Lapathum, Biſtortam, Polygonum aut Fagopyrum. Utraque ad rivulos paſſim.

Perſicaria anguſtifolia: in Prodr. deſcripta: Michelfeldæ in humidis.

Perſicaria minor: Puliceria puſilla repens, Lob. Perſicar. pumila, Tab. In agris Haltingenſibus & Hüningenſibus.

Ex his *Mitis* juxta *Paracelſ.* reſolvit egregiè, dum enim contuſioni equorū piſta imponitur, ad miraculum uſque curat, ſed *Paracelſus* eam prius per frigidam trahit, & tandem poſtquam impoſita fuerat, ſub fimo ſepelit, ut citò putreſcat, qualiter & in aliis contuſionibus & odontalgiâ laudatur.

Urens verò *perſicaria* ſuis granis ſiccis, carnes velut pipere conſervat, incidit, aperit, reſolvit, coagula p. n. reſolvit & per urinam evacuat, exulcerat & digerit: pulices & muſcas per terram ſparſa necat; Propè aquas ſtagnantes provenit. Julio & Auguſto floret.

NASTURTIUM, Kreſſe: Quod nares torqueat & caput calore & acrimoniâ tentet, Græcè Κάρδαμον dictum, planta eſt, quæ folia habet laciniata, floresque in umbellâ diſpoſitos varii coloris: Ejus ſpecies, ut & ſequentes Thlaſpios, Burſæ Paſtoris ſunt Herbæ flore tetrapetalo ſiliquoſæ bicapſularas ſeminibus in ſingulis capſellis pluribus.

Naſturtium pratenſe magno flore, Gauchblume: Naſturtium pratenſe, Trag. agreſte, Fuch. at in icon. Hiberis: Flos cuculi, Dod. Cardamine altera, Lob. Siſymbrium aquaticum alterum, Matth. Tab. Naſturtium ſiliquoſum perenne pratenſe magno flore ſimplici dilutè purpureo, Moriſon. In humidis pratis. Aprili.

Naſturtium pratenſe folio rotundiore, flore majore, Waſſerkreſſig: Cardamine ſive Siſymbrium alterum Dioſc. Lob. Cardamine 2. Tab. In vinetis Wilenſibus & ad Wieſam.

Naſturtium aquaticum ſupinū. Brunnkreß: Naſturtium aquaticū, Trag. Siſymbrium aquaticum, Matth. primum, Tab. Siſymb. Cardamine, Fuch. Sion Crateva Erucæfolium, Lob. Naſturtium ſiliquoſum perenne aquaticum ſupinum flore albo Moriſon. In aquis paluſtribus fluitat. Junio.

Naſturtium aquaticum erectum folio longiore: Sion vulgare, Matth. Sion Matth. & Italorum, Lob. Hoc non in aquis, ſed arenoſis aquarum marginibus reperitur.

Naſturtium aquaticum minus: Siſymbrium aquaticum alterum, vel minus, Cam. ad Matth. Cardamine 4. Dalechampii, Lugd. In alnetis ad Wieſam majus eſt: in vineis Wilenſibus, minus. Sic in arenoſis propè Wieſam caule erecto eſt, & penè aphyllo.

Naſtur-

Naſturtium ſylv. Oſyridis folio capſulis minimis, Klein Beſenkraut: Thlaſpidii genus, Trag. Thlaſpi anguſtifolium, Fuch. minus, Dod. minus hortenſe vulgare, Lob. Thlaſp. minus Germanicum, Tab. In arenoſis ad D. Jacobum, Michelfeldæ: & ad parietes foſſarum interiorum urbis circa portam lapideam, & in monte Carbonario. Junio & Julio.

Naſturtium ſyl. tenuiſſimè diviſum, Sophienkraut: Seriphium German. Trag. Naſturt. ſyl. Fuch. Thalictrum, Tab. Sophia Chirurgorum, Dod. Lob. Naſturtium μυριόφυλλον, Moriſon. Ad templum D. Jacobi. Majo & Junio.

Naſturtium montanum luteum. In monte infra pagum Taminium ad aquas.

Naſturtium Alpinum minus, Rheſedæ foliis.

Naſturtium petræum foliis burſæ paſtoris. Utraque in Helvetiorum & Pyrenæis montibus reperitur, ut & in Rhætiâ Julio florens.

Naſturtium alpinum bellidis folo majus. In monte Lunæ ſupra thermas Fabarias.

Sapor Naſturtiorum eſt acris, ſubſalſus, valdè penetrans; minus tamen quàm Aronis folia linguam mordicans, convenit fermè cum *Barbarea* ſapore, quæ & *Naſturtium hybernum* ab aliquibus habetur, quapropter vis operandi conſiſtit in ſale volatili ſummè inciſivo, unde calefacit & ſiccat, aperit, attenuat; adeòque urinam & menſtrua provocat, tumores & ſcirrhos in hypochondrio aperit, maximeque ſcorbuticis prodeſt, ceu aliàs obſervatur eas plantas, quæ in locis putridis quaſi uliginoſis creſcunt, ſcorbuto, in quo ſanguis vitiatus & ſale peregrino inquinatus eſt, convenire: præcipuè auté obſervatum eſt, referente *D. Ettmüllero*, quòd eos, qui ſcorbuto laborant, ut & lumbricis latis & longis ſæpè conflictantur, juvet, quosq; hinc ſuccus Naſturtii feliciter expellit. Utimur in Medicinâ *Aquâ ſimpl ſtillat.* & *ſucco herbæ*, item ſemine: Succus, ait laudatus *D. Ettmüllerus*, optimè ſæpè Infantibus in lacte propinatur, qui ita vomitum movet, & in Variolis & Morbillis egregiè prodeſt. Externè in cruſtoſâ puerorum ſcabie adhibetur. Succus irritatione ſuâ Lethargicis prodeſt, naribus eorum affrictus. Ex eadem irritante & ſpiritibus exuſcitante vi *Semen* cum *Gummi Caranna aa.* ſubactum cum *album. ovi* Hernias ſanat, & pinguedini porcinæ immixtum Tineam inſœteratam puerorum. Sic & ex eo fit *Spiritus topicus D. Geilfuſii*: ℞. *Spir. gran. juniper.* ℔ij. *Naſturt. cont.* Mij. *Inf. p.* 24. *hor.* deſtilla dein, add. *Rad. ſymph. maj. p.* ij. *ſcrophul. p.* j. & tertiâ vice deſtilla, ſic habebitur *Spiritus* pro ſcrophulis & tumoribus diſcutiendis egregius.

THLASPI, Baurenſenff: Aſſimilatur Naſturtio, ejus fructus planus eſt, compreſſus ac foliaceus, luteus per medium quodammodo diviſus, &

quaſi diffractus, nimirum Thlaſpi eſt ſiliquoſa tetrapetalos bicapſularis vel ſiliculis curtis prædita ſepto medio pariter disjungente duplicem ſeminum ordinem. Eſtque vel

Thlaſpi arvenſe ſiliquis latis, Groß Baurenſenff: Naſturtium 4. Trag. Thlaſpi 2. Matth. latius, Dod. Drabæ folio, Lob. Thlaſpi majus, Tabern. Majo & Junio.

Thlaſpi arvenſe Vaccariæ incano folio majus, Thlaſpi, Trag. 1. Matth. alterum, Dod. latifolium, Fuch. Thlaſpi vulgatiſſimum Vaccariæ folio, Lob. Utrumque in agris.

Thlaſpi arvenſe perfoliatum majus, Baurenſenff mit durchwachſenen Blättern: Thlaſpi oleraceum, Tab. Aprili.

Thlaſpi perfoliatum minus: Thlaſpi minimum, Tab. Utraque in agris: item & pratis, & collibus ſicciore folio. Aprili.

Thlaſpi umbellatum arvenſe Iberidis folio, Thlaſpidii aliud genus vel 3. Trag. Thlaſp. amarum, Tab In agris inter ſegetes.

Thlaſpi alpinum bellidis cœruleæ folio, Liegender weiſſer Baurenſenff: Thlaſpi album ſupinum, Lob. Tab. In monte Waſſerfall, & circa Dornacum, atque in Muteto.

Thlaſpi alpinum minus capitulo rotundo: 6. in Prodr. In monte *W*aſſerfall.

Thlaſpi alpinum majus capitulis rotundis: Thl. 3. Matth. Lugd. In *W*aſſerfall.

Thlaſpi montanum incanum luteum ſerpilli folio majus: Thlaſpi ſupinum luteum, Lob. circa Dornacum.

Thlaſpi Alyſſon dictum campeſtre majus, Groß SchildBeſenkraut: Alyſſon, Matth. Thlaſ. Græcum, Lob. Græcum polygonati folio, Tabern. Paſſim in campeſtribus. Majo.

Thlaſpi Alyſſon dictum campeſtre minus: Thl. minus clypeatum, Tab. Iisdem cum priore locis, Majo & Junio. Not. quod in hisce ſpeciebus membrana cellulas diſſepiens ad latitudinem capſulæ parallela ſit, in reliquis verò ad latitudinem ſiliquæ transverſa ſeu perpendicularis.

Vim habet digerendi, abſtergendi, calefaciendi, canum rabidorum morſibus (præcipuè ejus ſpecies Alyſſon dictum) medetur, & urinas movet, iſchiaticis prodeſt, & hydropicis ut & dyſentericis ejus ſemen, velut Pellio quidam hydropicus *D. Simon. Pauli* retulit *Quadrip. Botan. p 503*. Verùm hoc intelligendum de ſemine *Naſturt. ſylv. oſyridis folio*. Junio florent, ac Julio ad maturitatem grana ejus perveniunt.

BURSA PASTORIS, Täſchleinkraut: Thlaſpios ſpecies eſt à marſupiolis compreſſis dicta, unde ſimiliter eſt tetrapetalos ſiliculoſa bicapſularis,

laris loculos habet cordatos utrinque tumidos ad inſtar marſupii bivalvis, quæ vel in ſummo valvulas habet fiſſas ad inſtar naſturtii, vel eſt foliis integris loculo oblongo. Eſtque

Burſa Paſtoris major folio non ſinuato: in Phytopinace & Prodromo Bauh. deſcripta.

Burſa paſtoris major folio ſinuato, Groß Täſchelkraut: Burſa paſtor. Matth. Lob. major, Trag. Tab. paſtoria burſa, Fuch. Dod. Martio, Aprili, & ſeq.

Burſa paſtoris media: Burſ. paſtor. minor, Tab. Omnes in campeſtribus & viis.

Burſa paſtoris minor foliis inciſis: Paſtoria burſa minor, Dod. minima, Lob. *Moriſonio* audit burſa paſtoris foliis elatis coſtæ mediæ è regione adhærentibus, uno impari extremum claudente, capſulâ naſturtii, ideò potiùs, judice & *Ammano* ad Naſturtium referenda. In agris ad Novam Domum.

Burſa paſtoris major loculo oblongo: Draba minima muralis Dioſcoridis, Colum. in Prod. ſub 2. deſcripta. Locis campeſtribus & ſiccioribus ad Birſam & circa D. Jacobum & ſupra Brüglingen in collibus, & Rheni ripa.

Burſa paſtoris minor loculo oblongo: Burſa paſtoria 6. Trag. Paronychia vulgaris, Dod. alſinefolia, Lob. Alſine minima, Tab. Paſſim in arenoſis & viis primo Vere.

Burſa paſtoris alpina hirſuta. Creſcit in alpibus Helvetiorum & in monte fracto.

Burſæ paſtoris ſimilis ſiliquoſa major: Paronychia altera, Myagri folio, Geſ. Piloſella ſiliquata major, Thal.

Burſæ paſtoris ſimilis ſiliquoſa minor, Thal. In arenoſis utraque: circa Cliben & ad pontem Wieſæ.

Saporem habet refrigerantem, modicè ſiccantem, & adſtringentem, hinc ſucco glutinoſo itidem adſtringente plena eſt. *Valet* in hæmorrhagia narium, exſpuitione ſanguinis, diarrhœa, dyſenteria, mictione cruentâ, fluxu nimio mulierum: *Externè* vulneribus ſolidandis adhiberi ſolet, ſi herba contuſa imponatur, qualiter non ſaltem ſanguinem ſiſtit, ſed & feſtucas extrahit. Si dum contunditur, acetum addatur, utiliſſimè imponitur, carpis manuum in Febribus intermittentibus ad ſanguinem à fermentatione nimia refrenandum. Junio & Julio floret.

MYAGRUM, Dotr: Nonnulli vocant Seſamum, ob ſeminis ſimilitudinem & olei ubertatem, cujus gratiâ alicubi ſeritur. Eſtque herba flore tetrapetalo ſiliculoſa bicapſularis, ſepto medio dirimente duplicem ſeminum

ſeminum ſeriem, ſeminibus hinc in ſingulis capſellis pluribus. Pariter ut ſequentes Draba, Alliaria, Braſſica, Iſatis. Eſtque (præter Myagrum ſiliquâ longâ ſeu Erucam ſylveſtrem latifoliam folio integro & Myagrum ſativum, olei exprimendi causâ ſatum) in oris noſtris vel

Myagrum ſylveſtre, Wilder kleiner Leindotter: Pſeudomyagrum alterum, Cam. in Matth. Paronychia 2. Tab. Myagrum minoribus capitulis Moriſonii. In agris Hüningenſibus. Majo.

Myagrum fœtidum; quod in Prod. In arenoſis ad pontem Wieſæ.

Saporem habet dulcem & gratum nutritium, hinc hecticis prodeſt; inter Linum creſcit. Martio & Aprili floret.

DRABA ALBA, Türckiſch Kreß: Aliis Arabis, Thlaſpios ſpecies eſt, folia ei inſtar lepidii magis mollia & albida ſunt, & quoad florum configurationem eſt, vel tetrapetalos ſiliquoſa bicapſularis, vel etiam tetrapetalos ſiliculoſa.

Draba alba ſiliquoſa repens: Draba altera, Lob. In monte Dornaco, & ad ponticulum D. Jacobi.

Sapor ei acris eſt inſtar naſturtii, hinc pariter ſale volatili ſcatet & incidit, ſiccat & calefacit intenſe. Incoquitur *Draba* ptiſanæ ad phlegmata ſiccanda & abſtergenda. Loca campeſtria amat.

ALLIARIA, Knoblauchkraut: Folia habet ferè rotunda inſtar violariæ, inciſa ad inſtar meliſſæ, minus tamen criſpa, quæ contrita & digitis comminuta *Allium* ſeu porrum ſativum cum naſturtio redolent. Eſtque

Alliaria, Trag. Matth. Fuch. Dod. Lob. Moriſon. de Umbellif. eſt heſperis ſepiaria callium redolens. Paſſim ad ſepes, Aprili & Majo.

Saporem habet acrem, humidum, *calida* eſt ſale volatili prædita, craſſos humores incidit, attenuat, aperit, digerit: *Paratur* inde ſuccus inſpiſſatus & folia ſervantur ſicca: Conveniunt ulceribus & vulneribus crurum, ceu hoc colligere eſt experientiâ *Doct. Willii de Morbis Caſtrenſ. p. 93.* qui teſtatur, tibias plurimo ulcere inveterato puellæ ſcorbuticæ reſtitutas ſe vidiſſe inunctis aliquandiu ſuccis alliariæ, trifolii fibrini, hyperici & plantaginis. Ob copiam ſcil. volatilis ſalis etiam doloribus nephriticis & colicis prodeſt, & *Viridis herba* de collo in ſacculo ſuſpenſa expiratione ſuâ curat hecticam infantum: Fabritius Hildanus eam pro ſuccedaneo ſcordii habent. Ad ſepes & foſſarum margines, Majo & Junio floret.

BRASSICA, Berg-kabis: Sic dicitur ἀπὸ τοῦ βορῆζειν à vorando. Cujus hæc ſpecies *Sylveſtris ramoſa* tota penè glabra, montium incola eſt, vixque in Medicinâ uſum habet, niſi peculiariter ad ſal volatile ejus attendere velimus,

limus, cujus ratione Decocto braſſic. rubr. capit. in lacte addendo Sem.aniſi & ſacchar.candi, *Willius* Phthiſin curavit; unde & ob ejus præſentiam quoque Oculorum pupillas lædit, & *Crambe* dicitur. De reliquo & hoc notandum Braſſicam & Rapum congeneres eſſe plantas, non ſaltem ex reciprocâ ſeminum degeneratione, ſed & quia Eruca quæ braſſicâ delectatur, vix præter hanc & rapum aliam deguſtat herbam, atque ex hoc principio, cùm ſimpliciſſimo Erucæ utantur victu, herbarum in viribus ſimilitudines Fabius Columna conjecit. Menſe Junio floret. Species Braſſicæ ſunt;

Braſſica ſylveſtris ramoſa tota penè glabra: Turrita major, Cluſ. In dumetis quibuſdam urbis Minoris: ad ripam Rheni.

Braſſica ſylveſtris foliis circa radicem cichoraceis, C. B. Braſſica ſylv. virgata Cord.hiſt. Langſtengelichter Wald Köhl mit Hintläuffiblättern: Prope viam qua ingreditur Crentzachum reperta. Itidem Junio.

ISATIS, Weid: Aliàs Glaſtum, quo Tinctores pannos tingunt colore inde dicto glaſteo ad cœruleum accedente. Glaſto affinem Anil herbam dicit C.Bauhinus in Pinac. ex qua ſcil. Indigo paratur, vel Iſatis Indica, quæ Roriſmarini foliis à Linſchotten deſcribitur, qui tamen Inſulas Americæ adjacentes luſtrarunt, unde merces illa advehitur, plantam hanc ſimilem faciunt loto herbæ. Niſi falſus ſit Linſchotten, dicendum erit cum *Excell. D. D. Nic.Eglingero Med. Profeſſ.* §. 17. *Cent. Poſit.* plures eſſe poſſe herbas, utut facie externâ diſcrepantes, ex quibus tamen idem productum emergit. V. & *Dec. II. An. II. p. 15. Miſc. Cur.* Iſatis folia habet inſtar plantaginis, *flores* parvos & flaveſcentes, *Moriſonio* & *Dodon*, eſt ſiliquoſa multicapſularis vel, ut Sativa, eſt pariter tetrapetalos, folliculi in cacumine bivalves multò longiores dependent & linguarum quarundam effigiem repræſentant nigreſcentes, ſepto medio brevi ſemina hinc inde diſterminante.

Iſatis ſylveſtris vel anguſtifolia; Iſatis ſyl. Trag. Matth. Fuch. Dod. Lob. Tabern. Ad ripam Rheni.

Partium eſt tenuium ut aliæ tinctoriæ herbæ, ſcatens hinc ſale volatili copioſo, cujus ratione fit, ut dum ad tingendū adornatur, primùm fœteat, dein ex fermentatione odorem roſeum de ſe ſpargat: *Saporis* eſt acris, ſiccantis, ſplenis duritiem tollit, apoſtemata, grumos reſolvit, impeditque ab acore inductam putrefactionem; Creſcit in arvis campiſque incultis. Majo & Julio floret.

ACETOSA, Saurampffer: Nomen habet à *Sapore*, quem folia præbent acidum acutum, qui partium tenuium eſt, linguæ ſitienti admodum gratum. *Radix* decocta aquam rubro tingit colore, quem & folia in aqua

decocta relinquunt; Commendatur hoc in febribus continuis, quia ut *Folia* refrigerat & humectat, aperit, ſitim extinguit, appetitumque excitat: Hepatica ſcil. ſunt Folia & æſtum febrilem inſigniter compeſcunt, & malignitati reſiſtunt, dum ſal efferum ſylveſtre acre domant. Inde & *aqua & ſyrupus* è ſucco eorum pro eodem ſcopo componitur. *Poterius Pharm. Spag. pag.* 353. *Succum* non ſaltem Acetoſæ ſed & Cichorii, Borraginis, Meliſſæ, Cicerbitæ, Lupuli, Endiviæ, Fumariæ, Agrimoniæ, Scorzoneræ & ſimiles propè depuratos, ad mellis vel ſyrupi conſiſtentiam coctos, ſacchari tantillo adjecto, multùm uſurpavit in Praxi, refertque ſe rarò crudos uſurpaſſe, ſic enim coctorum ℥j. plus præſtare quàm integram libram, etſi enim quid evaporet, tamen ſic coctione magis amicum naturæ redditur, prout & ſummè à naturâ excoctum aurum, tamen denuò in ſuo mercurio coquendum, ut maturius arte fiat Elixirque conſtituat. Eſtque

Acetoſa pratenſis: Oxalis, Trag. Matth. Fuch. Dod. Lob. Tabern. In pratis.

Acetoſa arvenſis lanceolata, Schaffampffer: Oxalis minima, Trag. Dod. minor, Matth. vervecina tenuifolia ſinuata, Lob. Oxalis ovina, Tab. Aprili.

Acetoſa arvenſis minima non lanceolata: Oxalis minima 2. Tabern. Utraque in agris.

Acetoſa rotundifolia alpina, quæ Bauh. 2. in Prodr. Hæc in muris noſodochii, quod in ponte majore Bernhardi Helvetiorum eſt provenit. Reperit eam *Excell. D. D. Muraltus Prof. Tigur.* in aſcenſu montis Gotthardi.

Hæ Acetoſarum ſpecies ſunt Herbæ flore imperfecto ſive ſtamineo ſemine nudo triquetro ſplendente. Pariter & Lapathi ſequentes ſpecies, ad quas *Ammannus* Acetoſas reducit.

LAPATHUM, Lendenwurz: Sic dicitur ἀπὸ τῦ λαπάτειν, ab exaniendo in laxatione alvi, quam procurat. *Folia* habet magna lata, multos flores, radicem magnam lignoſamque luteam, ex qua cum lactis cremore Unguentum ad ſcabiem paratur, unde Germanis Grindwurz dicitur: quoad Flores ab Acetoſa non multum diſcrepat, nimirum ſimiliter conſtat flore herbaceo ſeu muſcoſo atque ſingulis floribus deciduis ſuccedunt capſulæ ex tribus foliolis mucronatis compoſitæ, in quibus ſingulis unicum duntaxat ſemen continetur triangulare aut nigrum, aut fuſcum. Eſtque

Lapathum folio acuto plano Grindwurtzel: Lapathum acutum, Trag. Dod. Lob. Oxylapathum, Matth. Fuch. Ad ſepes, & in ruderibus. Junio.

Lapathum folio acuto criſpo, ſpitziger krauſer Ampffer: Lapathum acutum criſpum, Tab. In aquoſis paſſim.

Lapathum minimum: Lapathum acutum minimum, Lob. Lapathum

thum minimum, Tabern. In ſylva Auguſtam verſùs. In locis humidis, Menſe Julio.

Lapathum unctuoſum, Guter Heinrich: Bonus Henricus, Trag. Matthiol. Tab. Rumicis 3. genus, Fuch. Tota bona, Lob. Dod. In fimetis. Julio.

Lapathum aquaticum minus, kleiner Waſſer- oder Weyer-Ampffer: Hydrolapathum minus, Lob. Tab. & cum hoc omnium optimè congruere videtur herba Britannica, de qua *Mutingius Tract.* peculiarem conſcripſit. Julio floret.

Saporem Lapathum habet acerbum, ſubamaricantem, abſynthiacum, qui ſalivam prolicit, eamq; flavo colore imbuit, quare ſiccat, adſtringit, exterget, unde convenit in ſcabie, Ictero, puſtulis, pruritu, &c. per *decocta* ſumptum & in *balneis* uſurpatum; Lapathis ſcil. omnibus vis quædam purgandi ineſt, experientiâ Veslingi, quâ ratione ſanguine ſuccoq; nutritio depurato, ſpiritus vividiores clarioresque fieri neceſſe eſt, hinc comendatur extus maximoperè *Aqua radicis* ad cutis & oculorum maculas & puſtulas, herpetem miliarem, alphos, vitiligines & lichenas, ubi radix in aceto trita & impoſita pro optimo remedio habetur, experientiâ *Ettmülleri* in muliere: Qui & in ſcabie ferina & contumaciſſima ita ordinat: ℞. *Rad. Lapath.* Coq. in *aq. ſimpl.* adde *Stercus Gallinac.* ut fiat inſtar Cataplaſmatis, quod impoſitum certò ſcabiem pellit.

CENTAURIUM MAJUS, Rhapontica: De Minori longè diverſo infra agemus Cap. VII. Majoris hujus ſpecies eſt Alpinum luteum, quod folia nucis juglandis ad inſtar habet, coloris praſſini, capita floribus ſunt inſtar papaveris, radix longa, ſucculenta, dulcis & acris eodem tempore, ceu & *Galenus* in Centaurii majoris folio in lacinias plures diviſo radicē acrem ſimulque adſtringentem cum leviculâ dulcedine animadvertit, cujus ratione ad Rupturas & inveterata Pectoris vitia commendavit. Valet & ſuccus ejus in Cachexia. Verum aliàs *Rhaponticum* eleganter depingit & deſcribit peculiari tractatu *Proſper Alpinus p. m. 526. & ſeq.* dicens illud folia habere inſtar lappæ, ſed miris circumvolutionibus cavitates exprimentia, caulem unicum bicubitalem, ſemen triquetrum, radicem inſtar Centaurii majoris multiplicem ruffo-nigreſcentem, laxam, Croci inſtar tingentem, leviter amaram, ut alia Lapathi genera. Quia verò ſubſtantia conſtat duplici, tenuiori ſcil. & volatiliori ut & terreſtriori & fixiori laxat alvum ac etiam eum ſiſtit ad modum Rhabarbari veri, quo tamen longè mitius operatur, unde & uſus ejus eſt in alvi fluxu, dyſenteriâ, provocat menſes, ſummè laudatur in Obſtructionibus vaſorum meſeraicorum & morbis hinc ortis: Siſtitur hîc

Centaurium alpinum luteum. In monte Lunæ propè thermas Fabarias inter Doronica provenit, G 2 Hip-

Hippolapathum rotundifolium montanum ſeu Rhabarbar. Monachorum. In pratis ad pagum Hoſpital ad montem Gotthardum. Centaurium majus folio in lacinias plures diviſo. C.B. *Rhabarbarū* hoc *Monachorū*, menſe Junio creſcit & eundem *ſaporem* habet cum *Rhabarbaro officin*. nempe amarum & acrem, ſubterreum, ſalivam prolicientem & tingentem, ſicque *in duplo* uſurpetur eandem purgandi vim habet.

BLITUM, Meyerkraut: Hæc planta βλιτὸν quaſi abjicienda, inſulſa dicta, ut pleraque olera, inſipida eſt, unde Plautus meretricem bliteam vocavit, cui nullæ ſunt verborum vel geſtuum gratiæ: altè ſatis excreſcit & folia amaranthi ex rubro nigricantia habet, tamen majora, nimirum Blithi ſpecies ut & Atriplicis, Parietaria, juxta *Rajum* ſunt Herbæ flore imperfecto ſeu ſtamineo ſemine nudo à figura triquetra diverſo, rotundo au compreſſo aut teretiuſculo, ſeu Blitum juxta *Ammannum* eſt planta floribus herbaceis, ſeminibus nigris ſplendentibus, involucris cartilagineis ſeu membranis involutis prædita. Eſtque

Blitum album minus: Blitum, Trag. Fuch. minus, Dod. In fimetis.

Blitum polyſpermon: Polyſpermon Caſſiani Baſſi, Lob. Polyſpermon, Tab. In arenoſis circa Cliben, Michelfelden & Riehen: in pratis quibusdam Minoris urbis, ſed folio latiore.

Blitum rubrum minus: Blitum nigrum, Trag. Blitum rubrum ſupinum, Lob. In fimetis.

Majus Blitum rubrum in Vaccis Lõrachi fluxum alvi ſanguineum ſiſtere vidimus: Minus verò provocare menſes & ſecundinas pellere dicitur. Junio & Julio floret, creſcitque in locis pinguibus.

ATRIPLEX, Milten: Eſt olus aureum à luteo colore, quem fere *Theophraſto* χρυσολάχανον dictum, Blitique ſpecies eſt, unde ad modum hujus Clyſteribus incoctum iis vim emolliendi largitur. Ejus *grana* adſtringunt & ad digeſtionem faciunt; Hinc ruſtici in Lombardia *artocreata* inde cum caſeo & butyro comedunt. Eſt autem propriè Ariplex planta floribus muſcoſis luteis & ſemine nigro ut plurimum donata vel ſemina ſpicatim producit, in ſummis caulium ſingula binis foliolis incluſa, fructum habens foliaceum. Ejus ſpecies ſunt:

Atriplex ſylveſtris folio ſinuato candicante, wild Melte: Atriplex ſylv. 2. Matth. ſylv. vulgatior ſinuata, Lob. Atriplex ſylv. Tab. In locis incultis.

Atriplex ſylveſtris altera: Atriplex agreſtis, Trag. ſylv. Fuch. Dod. ſyl. 1. Matth. Auguſto.

Atriplex

Atriplex ſylveſtris latifolia, Gänſefuß: Blitum 4. Trag. Atriplex ſyl. 3. Matth. ſylv. latifolia, Lob. Pes anſerinus, Fuch. Dod. Chenopodium 1. Tabern.

Atriplex ſylveſtris latifolia acutiore folio: Blitum 5. Trag. Chenopodium 2. Tab. In fimetis & ruderibus omnes reperire licet. Julio & Auguſto.

Atriplex fœtida: Atriplex canina, Trag. olida, Lob. Garoſmum, Dod. Vulvaria, Tab. Italis Connina, quia omnium herbarum eſt fœtidiſſima & herbariorum ludus. In fimetis, ſed potiſſimùm ad muros. Valet ad paſſionem hyſtericam odore naribus excepto.

Atriplex anguſto oblongo folio: Atriplex ſylv. humilima, Dod. ſyl. polygoni aut Helxines folio, Lob. In ruderibus. Hæ Species Junio Julioque florent.

PARIETARIA, S. Petersfraut: Ita dicitur, quod è parietibus vetuſtis excreſcat, ubi ſcil. ſuccum nitroſum inde hauriat. Eſt planta, *ſemen* habens aſperum veſtibus adhærens, *folia* mercurialis, *caulem* ſubrubentem: nimirum propriè Parietaria eſt herba verticillata, quam *Rajus* ad herbas flore imperfecto, ut ſupra dictum, ſexu carentes refert, verùm *Ammanno* hæc nota characteriſtica eſt lubrica & potius hinc ipſi planta emolliens flore herbaceo ſemine nigro pellucido. Eſtque vel

Parietaria Officinarum & Dioſcoridis: Helxine, Matth. Fuch. Lob. Parietaria, Tab. vulgaris & major, Trag. In ruderibus & cœmiteriis.

Parietaria minor ocymi folio. In ruderibus & antiquis ædificiis.

Saporem habet terreum ſiccum ſubherbaceum, *hinc* modicè refrigerat, ſubadſtringit & exterget: diuretica eſt, antihydropica, pectoralis, renum mucilaginem auferens, unde Angli Syrupum parietariæ pro ſanatione hydropis per diureſin multo in uſu habent. *Extrinſecus* ad vulnera curanda adhibetur, item in *Clyſteribus* & *Cataplaſmatibus*, verbi gratiâ, dum oleo ſcorpionum vel cœpis planta cocta ſubigitur & regioni pubis & veſicæ applicatur ad expellendam urinam in Iſchuriâ. Sic in Calculo Veſicæ pro Injectione: ℞. *Fol. parietar. petroſel. & rad. ejuſd. aa. Mj. naſturt. M*ß. Coq. in Vin. alb. add. *Mell.* parum.

MERCURIALIS, Bingelkraut: Græcis velut ἑρμοῦ πόα, λινόζωστις, eſt decantata jam Hippocrati ceu qui illam ptiſanæ admiſcuit) & blito cognata planta, quæ etiam *Parthenium* dicitur; Ejus ſpecies ſunt herbæ flore imperfecto ſeu ſtamineo, quarum fructus à floribus totis plantis diſtant & velut ſexum oſtendunt, in quarum eadem ſpecie nonnullæ naturæ ſteriles, aliæ non, etſi eodem ſemine progerminant. Vide & Urticam & Cannabin. Suntque

Mercurialis teſticulata, ſive mas Dioſcor. & Plinii: Mercur. Trag. mas, Matth. Fuch. Dod. Lob. Tab. Aprili & Majo.

Mercurialis ſpicata, ſive fœmina Dioſc. & Plinii: Mercur. vulgaris, Trag. fœmina, Matth. Fuch. Dod. Lob. Tab. In vinetis utraque.

Mercurialis montana teſticulata: Mercur. ſylv. Trag. Cynocrambe, Matth. Fuch. Dod. Lob.

Mercurialis montana ſpicata: Cynocrambe ſive Mercurialis fœmina ſylv. Cam. In monte Muteto utraque.

Saporem habet herbaceum, modicè calefacientem, quod ſentitur in gulâ, ſucco nim. ſcatet ſalino nitroſo, hinc abſtergit, humectat, alvũ movet, tumores emollit, tormina infantum præcavet, menſes & ſecundinas prolicit, præcipuè ſi planta contuſa formâ peſſi applicetur, qualiter & uterum à ſordibus expurgat & contra ſterilitatem laudatur. Clyſteres emollientes inde parantur, v.g. *℞. Mercurial. Violar. Hord. aa. Mj.* Coq. in aq. font. in Col. ℔j. ſolv. *Ol. Violar.* ℥ii. *Vitell. ovi num ij. ſalu* ʒj. miſc.

LACTUCA SYLV. Lattich: Quòd copiâ lactis exuperet & lac augeat, notante Bauhino: Similis eſt *hortenſi Lactucæ*, nihilominus *caulem* habet altiorem, folia magis albicantia, aſpera & minora, guſtu amaricantia & magis ſpinoſa, nimirum eſt ex Herbis flore è pluribus petalis planis compoſito ſtellato, naturâ pleno lacteſcentibus, ſeminibus pappoſis, caulibus gracilioribus firmioribus & minus concavis, capitulis minoribus ut eſt hæc Lactuca ſylv. coſtâ ſpinoſâ, & pariter mox ſequens Sonchus lævis laciniat. mur. ceu ab *Ammanno* ad Sonchos referuntur. Eſtque vel

Lactuca ſylveſtris coſtâ ſpinoſâ, Gänßzung: Lactuca ſylv. Matth. Fuch. Dod. prior, Trag. Seris domeſtica, Lob. Ad patibulum, & ripam Rheni. Julio & Auguſto.

Lactuca montana purpuro-cœrulea major: Libanotis Theophr. ſterilis, Tab. In montibus Muteto & Waſſerfall.

In uſu magis eſt Hortenſis, quæ tenella expetitur ad acetaria ut Criſpa & quæ foliis endiviæ eſt, tum capitata. Vires indicavimus in *Deſcript. Virt. Simplic. Catal. Offic. infrà.* nimirum quod extus & intus fermentationem p. n. in ſanguine cohibeat, quæ exoritur per vapores illi communicatos & commeatu humorum circulari ad coripſum delatos, id quod & de aliis plantis quæ refrigerare dicuntur, intelligendum.

SONCHUS, Wilder Haſenkohl: ἀπὸ τῦ ζόον χέειν, quod ſuccum ſalubrem qui ſtomachi eroſiones leniat & nutricibus lac augeat, fundat, Latinis Cicerbita. *Folia* habet inſtar cichorii, *flores* flavos velut hieraceum, nimirum ſimiliter Sonchus lacteſcit & pappeſcit, conſtans flore aggregato plani-

Digitized by Google

planifolio naturâ pleno. Unde & *Moriſonio* Hieracium Sonchites eſt Sonchus. Eſtque

Sonchus aſper non laciniatus: Intybus ſyl. Trag. Sonchus 3. aſperior, Dod. Sonchus tenerior aculeis aſperior, Lob. In agris & vinetis.

Sonchus aſper laciniatus & non laciniatus, Saudiſtel: Sonchus aſpera, Matth. Fuch. Lob. Sonchus aſper, Dod. Tab. In agris & vineris. Julio & Auguſto.

Sonchus lævis laciniatus latifolius, Gänſediſtel: Intybus ſylv. ſeu erratica 3. Trag. Sonchus lævis, Matth. Dod. Sonchus non aſpera, Fuch. Sonchus lævis vulgaris foliis laciniatis Dentis leonis, Lob. Sonch. lævis alter flore luteo, & 3. fl. niveo, Tab.

Sonchus lævis laciniatus muralis parvis floribus: Sonchus lævis alter, Matth. alter foliis profundis laciniis ſinuato hederaceo, Lob. Sonchus ſylvaticus 4. Tab. Major & minor: Eſtque Herba flore è pluribus petalis planis compoſito ſtellato, &c. ut ſuprà Lactuca ſylv. coſtâ ſpinosâ. In muris & tectis.

Sonchus lævis minor paucioribus laciniis, wilder Haſenköhl: Sonch. lævis latifolius, Tab. Eſt anguſtioribus foliis, in incultis; latioribus, in vinetis creſcens.

Soncho affinis, Lampſana domeſtica, Gänſediſtel: Lampſana, Lob. Dod. Sonchus ſylvaticus 1. Tab. *Moriſonio in Hort. Blaſ.* eſt herba flore aggregato planifolio naturâ pleno lacteſcens ſine pappo. In hortorum areolis & vinetis.

Soncho affinis, Lampſana ſylvatica: Sonchus ſylvaticus 2. Tab. In ſylva circa Hüningen. Loca inculta amat. Junio Julioque floret.

Folia maſticata oris fœtorem & putidum odorem corrigunt; Lac ejus aſthmaticis prodeſt, curat ſtranguriam. *Poter. Pharm. Spag. p. m.* 354. refert Succum Cicerbitæ adversùs venenatorum morſus valere, imò ſibi narraſſe amicum fide dignum, ſe eo ſucco à viperis demorſos curaſſe.

CICHORIUM, Wegweiſen: Lactucæ & Taraxaco ſimilis planta eſt, amara, quæ & lac profert, nimirum itidem Herba flore compoſito pleno ſtellato lacteſcens ſeminibus ſolidis non papposis, ut præcedentes Lampſanæ ſpecies. Cichorium ergò tantùm lacteſcit ſine pappo, habetq; florem ſtellatum & ſemina ſolida anguloſa. Eſt vel

Cichorium ſylveſtre ſive Officinarum: Cichorea, Trag. ſyl. Matth. Seris picris, Lob. Intybum ſyl. Fuch. Cichorium, Tab. ſylv. Dod. Paſſim in viis. Vid. infra *Deſcript. Officinal.*

Cichorium pratenſe luteum hirſutie aſperum: Cichorea 3. ſive lutea, Trag.

Trag. Cichoreum luteum, Tab. Eſt potius Hieracium quia pappeſcit. In pratis.

Cichorium montanum anguſtifolium hirſutie aſperum: Hieracium Intybaceum aſperum, vel 9. Tab. In monte Muteto.

Radix Cichorii eſt amariſſimi aloëtici ſaporis, ſed longè moderatioris, quia ſale alcali admodùm temperato dotata eſt, hinc ſubjectis bilioſis ſumè conveniens, dum præcipuè vitioſam efferveſcentiam ſalis volatilis in bile exiſtentis cum acido peregrino, vitio digeſtionis primæ orto ſedat, hincque phlogoſes enatas ſiſtit, quapropter refrigerare dicitur hepar, vel inæqualem viſcerum temperiem Veteribus ita nominatam corrigere, moderatè enim ſaltem (cautione enim opus, vid. *Poter. Ph. pag.* 354.) calefacit, aperit, attenuat, exterget, urinas movet, egregii hinc *Uſus* in hepatis obſtructionibus & febribus. Paratur ex eo *Syrupus* vel *ſimplex* vel *compoſitus* (ut eſt elegans ille *roſatus laxativus cum ambubeia* ex infuſione *radicis* hujus & *herbæ fumariæ* in *Infuſo Roſarum*; additis dein *Speciebus diarrhodon, diatrion ſantal.* qui ſanguinem ab impuritatibus aduſtis fuliginoſis egregiè elutriat) item *Conſerva* & *Aq. deſtill.* quæ ex floribus cœruleis per deliquium parata ſummè ophthalmica eſt, albuginem oculorum ex vi detergente pellens. Junio colligendi ſunt hi *flores*, qui paſſim in pratis conveniunt, ſuntque vel cœrulei vel purpurei vel albi, ubi notandum pleroſque flores cœruleos inveniri etiam purpureos & albos & Cichorium floribus albis in amuleto ſpecificè conferre hæmorrhoidum nimio fluxui, de quo *Dec. II. Ann. I. Miſcell. Cur. p.* 119.

DENS LEONIS, Pfaffenröhrlein: Seu Arabum *Taraxacum*: *Folia* habet velut Cichorium, & quoad reliqua eſt lacteſcens & pappeſcens flore compoſito ſive aggregato plenifolio natura pleno: Eſtque vel

Dens Leonis latiore folio: Hieracium majus, Trag. Hedypnois major, Fuch. Dens Leonis, Matth. Dod. Lob. (& corona & caput Monachi) Tab. German. Pfaffenkraut / qui non ſaltem variat ratione magnitudinis foliorum, ſed & figuræ dum nunc magis nunc minus inciſa ſunt. Aprili & per totam æſtatem.

Dens Leonis anguſtiore folio: Aphaca anguſtioris folii, Cæſ. Paſſim in pratis & viis.

Saporem habet amaricantem & ſubacerbum: *Radix* ſcil. acerbitatem habet cum ingrata dulcedine, ſalivam provocat & linguam abſtergit, palatū exaſperat, hinc *hepatica* eſt planta, abſtergens & initio aperiens, in fine adſtringens. *Præcipuus* ejus *uſus* eſt in febribus putridis, obſtructionibus hypochondrii, maximè verò pro grumis ſanguinis ejuſque viſciditate reſolvendâ, qualiter in Pleuritide *ſuccus* ejus ad ℥jß. cum *Ocul. cancr.* ʒß. & *aq. ſcabioſ.* ſingu-

ſingulare ſpecificum fit. *Externè Lac radicis* oculis inſtillatum leniter quidem mortificat, ſed viſum reſtaurat, vulnera & ulcera abſtergit, adeò ut *D. Ettmüllerus* hunc ſuccum poſt Nicotianam omnibus præferendum judicet, *Maculas* etiam *oculorum* abigit lac, quando de die bis oculis inſtillatur. *Radix amuleticè appenditur*, peculiari modo ſcil collecta; Quidam enim eam *introrſum* per foſſam ſubtus factam evellunt; ſicque non tantùm maculas ſed & Epiphoram curat. Quidam *Radicem in novem fruſta ſecant* & 9. diebus de collo ſuſpendunt; Hæcque omnibus Oculorum morbis conducat. Quidam *integram Radicem aut tantùm partem* de collo ſuſpendunt & bonum quid inde ſperant, ut expertus *Tabernæmontanus*. Hæc *Schröderus* & *Verzaſcha* olim apud Baſil. celebris. *Prata* inhabitat, & Aprili & Majo floret.

HIERACIUM, Habbichtkraut: Inſtar Lactucæ ſylveſtris planta eſt, Latin. *Accipitrina* dicitur ab Accipitre, qui à Græcis ἱέραξ nomen habet, eo quòd is viſum ſucco clarificet. Ejus ſpecies, ut præcedens Dens Leonis. Sonchi genera, ſunt herbæ flore è pluribus petalis planis compoſito ſtellato, ſucco lacteo, ſemine papposo eoque vel brevi latiuſculo & compreſſis caulibus fiſtuloſis teneris, ut *Hieracium Sonchites* ceu & ſuprà *Sonchus aſper laciniatus & non laciniatus, lævis laciniatus latifolius, &c.* vel caule non ramoſo unicum in ſummo florem majuſculum geſtante, ut præcedens *Dens Leonis* vel ſeminibus longioribus non compreſſis ſed teretiuſculis aut anguloſis, ut *Hieracium Chondrillæ folio hirſutum & glabrum, radice ſuccisâ minus, &c.* vel ſeminibus parvis nigris, ut *Hieracium murorum laciniatum folio anguſtiore minus piloſum: Hieracium fruticoſum anguſtifolium majus.* Eſtq; vel

Hieracium majus folio Sonchi, vel Hieracium Sonchites, Groß Gänſe-diſtel: Hieracium majus, Matth. Fuch. Lob. Inter ſegetes, ubi aliquando aſperiore folio reperitur: communiter erectum, aliquandò reclinatum. *Moriſonius* ad Sonchos refert, quia Sonchus eſt altior, caulis fiſtuloſior, folia læviora, flos Sonchi citius evaneſcit Hieracii flore & radices Sonchi per terram repunt.

Hieracium Dentis Leonis folio monoclonon: Hieracium intybaceum, vel 6. Tab. Variat culmo unico nudo ex radice: aliquando pluribus, iis tamen ſingulis exſurgentibus: rariſſimè culmo bipedali, ramoſo, ſubaſpero, cujuſmodi in Italia reperitur.

Hieracium minus glabrum foliis eleganter virentibus: hoc 2. eſt in Prod. In agris circa Autumnum floret.

Hieracium Dentis Leonis folio obtuſo minus: 3. in Prod. In pratis extra minorem urbem.

Hieracium Chondrillæ folio hirſutũ, Chondrillen-Habbichtkraut: Hieracium

racium foliis & facie Chondrillæ, Lob. Hieracium 11. Tab. Variat; in Germania hirſutius & minus, quàm in Gallia: In Waſſerfall. Julio.

Hieracium Chondrillæ folio glabrum: Hieracium 5. ſive aphacoides, Tabernæmont.

Hieracium Chondrillæ folio glabro, radice ſuccisâ majus, Schwartz Habbichtkraut: Hierac. minus, Trag. Matth. Fuch. Tab. minus præmorſa radice, Lob. Hieracium 4. Dod. Variat foliorum inciſuris profundioribus, & hoc Hieracium, Tab. (quod Hieracium foliis Coronopi dici poſſet) nominat: vel minus profundis. Junio, Julio & Auguſto.

Hieracium Chondrillæ folio glabro, radice ſuccisâ minus: Lagopus 3. vel Lactuca leporina, Trag. Hieracium 5. Dod. In agris & pratis.

Hieracium montanum rapifolium: 12. in Prod. In monte Waſſerfall.

Hieracium montanum foliis dentatis magno flore. Hoc in Helvetiæ montibus, Gotthardo & circa thermas Fabarias creſcit.

Hieracium montanum hirſutum ramoſum parvis floribus. In monte Muteto.

Hieracium montanum latifolium glabrum majus: Hierac. montanum majus latifolium, Tab. German. Habbichtkraut mit breiten Blättern. In monte Waſſerfall.

Hieracium alpinum non laciniatum flore fuſco. In montibus Rhetiæ provenit.

Hieracium murorum folio piloſiſſimo: Auricula muris major, Trag. Pulmonaria Gallorum flore Hieracii luteo, Lob. Pulm. Gallica, ſive aurea, Tab. In antiquis maceriis Mutetæ montis. Julio.

Hieracium murorum laciniatum, minus piloſum: Pulmonaria Gallica fœmina, Tab. Hæc folio eſt modò latiore, modò anguſtiore: & hæc, Pulmonaria Gall. tenuifolia, Tab.

Hieracium murorum anguſtifolium, non ſinuatum: quod 20. in Prod. In muris, in ſaxoſis, in montibus Muteto & Crentzacho.

Hieracium profundè ſinuatum pubeſcens: 21. in Prod. In pratis Michelfeldenſib. ſiccioribus, ad dumeta. & in dumetis in der Hart.

Hieracium pratenſe latifolium non ſinuatum majus: Intybus ἀφυλλόκαυλος major, Thal. In pratis circa Mönchenſtein: & montis Crentzach humidis.

Hieracium pratenſe latifolium non ſinuatum minus: Intybus ἀφυλλόκαυλος minor, Thal. In pratis Michelfeldenſ. paluſtribus.

Hieracium fruticoſum latifolium hirſutum: Erinus, Matth. Baſilicum aquaticum, Duranti. Rariùs invenitur.

Hieracium fruticoſum anguſtifolium majus: Hieracium 1. Dod. Sabandum vel alterum grandius, Lob. Hierac. mont. anguſtifol. 1. Tab. In monte Muteto & Crentzacho. Julio. Hie-

Hieracii prædictæ ſpecies caulem habent ſpinoſum atro rubentem, cavum, folia per intervalla poſita in lacinias diviſa. Quoad *Vires* omnes frigefacere ac ſiccare perhibentur, alcali enim gaudent temperato, cujus ratione ſuccus eorum inflammationes internas compeſcit, hinc & paululum adſtringit. *Lac* ejus oculorum morbos ferè omnes curat, ſi miſceatur cum lacte fœminino, imò in copiâ expreſſum & ſiccatum inſtar papaveris narcoſin inducit, cujus attentâ conſideratione, ſtatuendum erit ſuccum nutritium plantæ alicujus è terra in radicem ejus ab aëre preſſum & ſuſceptum variè in minimis particulis figurari, filtrari, ſalque vegetativum in humo deliteſcens partibus aliis ſulphureis ſpirituoſis & terreſtribus immiſceri & implicari, ut concretum in textura varium nunc talis nunc alterius diſpoſitionis reſultet: Latere autem in terrâ ſal quoddam vegetativum, quo maximè plantæ reficiuntur & nutriuntur, diximus in *Regn. Vegetab. Part. I.* & probatur præcipuè ex eo, quod Sal iſte ſemente ſæpius repetita exhauſtus ſolum relinquat ſterile, donec vel aëris beneficio vel partium ſubterranearum effluviis vel maturatione rudimentorum ſalſorum in terrâ contentorum ſpontaneâ, vel cultu adventitio vel omnibus aut aliquot horum ſubſidiis junctim ſumptis, denuo ſalſedine nova vitali imprægnetur, de quo *Boyle Util. Phil. exper. Exerc. V. §. 5.* Hieracea pleraque florent uſque ad Septembrem inter ſegetes.

CHONDRILLA, Sonnenwirbel: *Cichorii* ſpecies eſt, dicitur & magnam cum illo affinitatem habere, conſilio tamen *Simon. Pauli* pro illius ſuccedaneo non ſumenda, quamvis dicatur, quòd *ſuccus* ejus coctus ventrem ſiſtat & lienis hepatiſque obſtructiones tollat: ejus *gummi* quod cauli adnaſcitur piſtum cum *myrrhâ* & matrici linteolo adjunctum menſtrua provocat. Chondrilla juxta *Rajum* eſt herba flore è pluribus petalis planis compoſito ſtellato, lacteſcens, ſemine papposo, caule graciliori firmiori & minus concavo capitulo minori, ut ſupra allatæ *Lactucæ ſylv. ſpecies*, ad quas eam *Rajus* hinc refert. Eſtque vel

Chondrilla (rectiùs Lactuca) juncea viſcoſa arvenſis: quæ 1. Dioſc. Cichorea procera vel 5. Trag. Cichorium ſyl. luteum, Dod. Chondrilla viminea viſcoſa vinearum, Lob. Chondrill. juncea, Tab. In agris quibusdam circa Hüningen, & copioſè ad ripam Rheni.

Chondrilla viſcoſa humilis: 2. in Prod. In agris ad pontem Birſæ. Autumno florens.

SENECIO, Grimkraut/ Vögeleinkraut: q. d. herba torminalis, quia teſte *Dioſcoride* C. 37. *L. IV.* torminibus ventris à bile contractis ſuccurrit. Græcis ἠριγέρων, quaſi vernus ſenex, quòd *flores* tempore verno *ſenum* inſtar

capillorum ritu caneſcant & in lanuginem abeant, licet toto ferè anno flores in pappos hoſce canos abeant, unde eam Itali vocant *Herba d'ogni meſe*. Nimirum Seneciones ſunt Herbæ flore è floſculis pluribus compoſito ſtella ſeu radio deſtituto ſeminibus papposis foliis laciniatis: Habent ergò flores ex ſtaminulis plurimis luteis tantum compoſitum nullis petalis planis eadem cingentibus. Eſtque vel

Senecio minor vulgaris: Senecio, Matth. Fuch. Lob. vulgaris, Trag. 1. Tab. Erygeron minus, Dod. Paſſim in agris & vinetis.

Senecio minor latiore folio, ſive montana, Bergkreutzkraut: Senec. 2. vel montana, Tab. In pratis circa Cliben. Junio & Julio.

Senecio incanus pinguis: Erygeron majus, Dod. tomentoſum alterum, Lob. In arenoſis circa Cliben: ad ripam Wieſæ.

Saporem habet aqueum ſubamaricantem, hinc refrigerat & reſolvit, cujus ratione hæmorrhoidibus valdè dolentibus, mammis teſtibusque inflammatis in Aquâ vel Vino decoctus, formâ Cataplaſmatis imponitur, teſtatur enim *Simon Pauli* ſe generoſius aut præſentius medicamentum (cujus ſuccedaneum ſunt bellides) adverſus recenſitos morbos nunquam reperiſſe Senecione unà cum floribus malvæ autumnalis, *demptis* ſtaminibus, in lacte cocto & modo dictâ formâ applicato. Idem locum habet, ubi poſt difficilem partum uterus tumet, nec non adverſus intertriginem. Laudatur & in Clavis pedum, ſi poſt pediluvium adfricetur, & *Empl. Vigcum Mercur.* imponatur, experientiâ *D. Th. Plateri*, teſte *Welſchio in Mictomim. §. LXI.* Fertur & quod hæc planta viridis cannabino funiculo de collo in ſacculo ſuſpenſa ut ſcrobiculum cordis tangat arctè, *tertianæ* rigorem & febrem ſolvat; *Creſcit* ubique ad muros & ſepes, in cœmeteriis: toto anno floret.

JACOBÆA, Jacobskraut: ſic dicta, quia circa diem St. Jacobi florere ſoleat. Eſtque Herba flore è floſculis pluribus compoſito ſtellato ſeminibus pappoſis, foliis laciniatis, non lacteſcens, vel conſtat multis petalis latis & planis cingentibus diſcum ex plurimis ſtaminulis luteis conflatum. Species ejus ſunt

Jacobæa vulgaris laciniata: Flos St. Jacobi, Trag. Senecio major, Matth. Herba S. Jacobi, Fuch. Jacobæa, Dod. Lob. Herba Jacobæa, Tab. Paſſim in arenoſis & dumetis. Variat foliis modò Erucæ, modò Raphani, modò Quercus inſtar, in lacinias diviſis.

Jacobæa alpina laciniata flor. Buphthalmi.

Jacobæa alpina foliis rotundis ſerratis, ſeu Conyza alpina Geſneri. In alpibus Thurgoviæ reperitur.

Cum

Digitized by Google

Cum *Senecione*, exceptis *Viribus*, in omnibus convenit, altius tamen aſſurgit, & quia amara eſt cum majori caliditate quàm Senecio, diſcutit & abſtergit; ingrato eſt & pene abominando ſapore, hinc in Clyſteribus antidyſentericis cum aliis ſarcoticis herbis ingrediens eſſe poteſt, præſertim in Caſtris. Julio floret.

CAPUT VI.

De Tanaceto, Matricariâ, Chamæmelo, Abſynthio, Fumariâ, &c. & HERBIS UMBELLIFERIS, Meo, Dauco, &c.

TANACETUM, Rheinfahren: Velut filix clivorum, eſt planta microphyllos, ſimilis *Artemiſiæ*, & *Matricariæ*, quarum hinc ut & Abſinthii Virtutes æmulatur, & gravi odore pollet. *Saporem* habet aromaticum, amarum, ſubacrem, calidum, ſale volat. ſcatentem (Salia enim volatilia ex plantis obtineri, præterquam clarè probaverimus in *Regn. Veg. P. I.* ulterius probat *Illuſtr. Boyle in Exercit. Util. Phil. p. m. 568.* ubi docet ſe deſtillatione ſpiritum volatilem odore, ſapore aliisque operationibus variis, ebullitione ſcilicet colorum mutatione, ſalibus volatilibus ex animalibus elicitis ſimilē obtinuiſſe) ſiccat, incidit, diſcutit. Vulneraria planta eſt, uterina & nephritica. Subſtituitur vero Santonico, cujus odorem habet, quare & ejus *Uſus præcipuus* eſt in lumbricis, ſi flos tritus detur, in torminibus ventris, calculo, menſibus obſtructis, hydrope & flatibus, ut in milite quodam Montiſpeſſuli obſervavit *Excell. D. D. Peyerus Scaphuſ.* dum decoctum ejus loco Abſynthii aſſumeretur. Vid. *Dec. II. Ann. II Miſcell. Curioſ. Obſ. CXII. pag. 269. Welſchius in Mictomim. § XX. Sect. III.* refert quendam in Tertianâ Cataplaſma ex foliis *Tanaceti* craſsè contuſis cum *Succo* ejusdem, *Maſtich. Terebinth. Furfur. Macis* in ollâ colliquando permixtis & *Placentæ roſac.* illitis cum ſucceſſu apposuiſſe. Julio florent ſeq. Species:

Tanacetum vulgare luteum: Tanacetum, Matth. Dod. vulgare, Trag. millefolii foliis, Lob. Artemiſia tenuifolia, ſive monoclonos, Fuch. Artemiſia, Dioſc. Tab. Eſt planta corymboſa. Michelfeldæ: & in arenoſis ad aquas.

Tanacetum minus album odore Camphoræ, Edelarb: Millefolium nobile, Trag. Tanacetum minus, Dod. candidis floribus, Lob. Achillea,

Matth. ſive Millefolium nobile, Tab. *Rajus* refert ad Herbas flore compoſito ſemine ſolido, corymbiferas ſtellatas radiis medio diſco concoloribus, floribus aut ſolitariis ſeu ſparſis aut in umbellæ formam diſpoſitis. Verſus Hæſingen ad margines agrorum: & ad pontem Wieſæ in arenoſis. Junio & Julio floret.

Tanacetum montanum inodorum minore flore: Sideritis 3. Matth. quoad folia: Tanacetum non odorum, Dod. Lob. Tanacetum leucanthemum, Tab. Spectat ad Corymboſas radiatas, hinc *Moriſonio* eſt bellidis leucanthemæ ſpecies folio tanaceti. In Müteto aliiſque collibus, & inter campum ſclopetariorum & portam Lapideam in dumetis.

Tanacetum alpinum ſeu Iva moſchata, Rhætis, tanaceto cognita herbula. In horum alpibus provenit.

MATRICARIA, Mutterkraut: ſeu *Parthenium*, quaſi virginalis: ita dicitur, quòd mulierum morbis, uterinis præcipuè, medeatur, præcipuè dico, non quod pluribus etiam aliis affectibus hanc herbam non opponi poſſe, non intelligendum veniat, id quod & de aliis plantis intelligendum. Eſt autem Matricaria planta Artemiſiæ cognata cujus *folia* ſunt Coriandri, *flores* Chamomillæ: quare eſt herba flore itidem ut Tanacetum, Chamomilla, compoſito ſeu è pluribus floſculis in unum perfectum florem coagmentata ſemine ſolido corymbifera radiata, ſed radiis diverſi à medio diſco coloris, floribus ſolitariis & umbellam quandam repræſentantibus uti aliàs etiam Bellidis genera, & mox ſequens Buphthalmum & Chamæmeli genera. Eſtque

Matricaria vulgaris: Matricaria, Trag. Dod. noſtràs, Lob. Parthenium, Matth. Artemiſia tenuifolia, Fuch. Tab. ab *Ammanno* in ſpecie ad Chryſanthemũ radio albo, diſco luteo relata. Aliquando in muris reperitur.

Matricaria alpina chamæmeli foliis. In alpibus Helveticis.

Matricaria *odoris* eſt gravis, aromatici, *ſaporem* verò habet acremque ingratum, qui *ſalivam* prolicit & linguam mordicando calefacit, cujus acrimonia cum aliquâ ſiccitate diu in linguâ perſtat, *hinc* ob ſal volatile aromaticum calefacit, attenuat & incidit: *Odorem* prædominantem gravem aromaticum habet, cujus ratione ex eâ & floribus chamomillæ cum tantillo artemiſiæ Decoctum paravit *Pauli*, à cujus uſu hyſterica ſymptomata illico ceſſare & lochia abundè fluere ſæpius comperit. Inde paratur *Aqua*, quæ obſtructionibus menſium, aſthmati (maximè ſi diarrhœa inde ſuperveniet) uteri paſſionibus frigidis, phlegmati, vermibus & melancholiâ educendâ prodeſt. *Pulvis herbæ ſiccatæ* purgat febricitantes fœminas, quæ matricem frigidiorem habent. *Integra herba* pro *balneo* coquitur *vaporoſo* contra duritiem ac inflammationem matricis. Præſervativum

tivum etiam eſt contra ictus apum ſi manibus geſtetur. Poteſt vice & inſtar *Centaurii minoris, Abſynthii* & *Tanaceti* uſurpari.

CHRYSANTHEMUM, Rheinblumen / & *Buphthalmum*, Rindsaug/ propter congeneres flores luteos aureo colore ſplendentes *orbemque oculi bovis imitantes*, ut & quia *formâ & viribus* plurimùm conveniunt *C. Bauhinus* conjungit. *Semen* & planta vel ex ſignaturâ coctæ *Icterum* curant: *Externè* œdemata capitis reſolvunt. Chryſanthemum *folia* habet multifida inſtar *Abrotani* & in montibus Rhætorum floret. Buphthalmum autem *fœniculi folia* habet, florem luteum chamomillâ majorem creſcitque circa muros & in campis. Martio & Aprili florent.

Buphthalmum Dioſcor. Buphthal. Trag. Matth. Lob. Tab. Chamæmelum chryſanthemum, Fuch. Cotula lutea, Dod. Supra Auguſtam in dumetis, verſus Rheinfelden.

Chryſanthemum alpinum foliis abrotani multifidis. In montibus Rhætorum.

CHAMÆMELUM, Chamillen: Planta eſt odoratiſſima, cui *flores* in medio aurei, orbiculati, in ambitu vel *candidi* vel *purpurei*, unde Chamæmelum ad Chryſanthemum refertur, ceu quod producit ſemina ſolida quadrangula cum flore diſcoide radiato & interdum non radiato. Eſtq; vel

Chamæmelum vulgare, Leucanthemum Dioſc. Chamomilla 3. Trag. Chamæmelum, Tabern. Leucanthemum, Fuch. vulgare, Dod. Anthemis, Matth. vulgatior, Lob. Paſſim in agris.

Chamæmelum inodorum: Chamomilla fatua & 4. Trag. Buphthalmum, Fuch. Cotula, Tab. alba non fœtida, Dod. In agris.

Chamæmelum fœtidum: Chamomilla 2. & ſyl. Trag. Cotula alba, Dod. fœtida, Lob. Parthenium, Fuch Tab. In agris & viis.

Chamæmelum alpinum. In monte Regio Underwaldenſ.

Odorem habet gravem aromaticum; *ſaporem* amarum, nauſeoſum, pinguem, *hinc* ſale volatili oleoſo abundat, cujus ratione, *Pauli* notante, decoctum ejus adeò redditur falſum, ut jurare quis auſit, pugillos aliquot ſalis culinarii in eo eſſe liquefactos. Quoad *Vires* ergò calefacit, ſiccat, diſcutit, *digerit*, laxat, mollit; dolorem mitigat, menſes & urinam ciet, eapropter *uſus utiliſſimi* eſt in dolore colico, & hinc pediſſequâ pareſi, convulſione hyſtericâ, ubi teſte *Ettmüllero* nunquam fallit. Quin & ex crebrâ obſervatione *D. Barbarae Monſpelienſis* & *D. Muralti Tigurini*, *antifebrile* eſt certiſſimum. In Tympanitide florum ejus *Mß. in aq. apii, fœnic.* leniter coqui poteſt, & cum *Syr. aper. & parum theriac.* adhiberi. *Extrinſecus* eſt utiliſſimus ejus uſus in *paregoricis*, emollientibus, maturantibus cataplaſmatibus,

pro

pro tumoribus flatulentis diſcutiendis. Sic namque in Oleo ejus lana ovilla frixa deſperatam Anginam ſanavit, teſte *Excellent. Sartorio in Dec. I. Ann. I. Miſc. Cur. p. 515.* Sacculo etiam commodè inditur, & Vino incoctum in Colicâ abdomini applicatur. Oleum ejus deſtill. cœrulei coloris, minimè à Venere mutuatitii, excellens eſt remedium in Colicâ, ſi ad guttas aliquot cum *Syr. papav. alb.* intus detur. Immiſcetur utiliſſimè Unguentis pro illinendo abdomine. In Colicâ nephriticâ Infuſum ejus in Vino Rhenano præſtans reperit *Pauli* & *D. Ramelovius in Tr. Germ. de Nephritide C. VI. p. m. 513.* qui videatur.

ABROTANUM, Stabwurtz: *Planta* eſt *leptophyllos*, gravem acremque, Camphoræ ad inſtar, odorem ſpirans, hinc calida & ſicca dicitur ob inſignem digerendi & incidendi vim, ob quam vetat *Pauli Q. Bot. pag.* 182. ejus uſum internum ne ventriculi hepatiſque tonus, quòd perexiguè adſtringat, diſſolvatur, unde nec debeat eſſe ſuccedaneum abſynthii, aſt hoc parum curare videntur *Schröderus*, *Hoffman.* & *Verzaſcha*, qui ejus cymata in Aquâ vel Vino cocta ad aſthma, icterum, obſtructiones hepatis & uteri, dolorem iſchiadic. commendant. *Ettmüllerus* laudat *cymat. abrotani pulv.* ℈j. cum tantillo *nitri* iis, quibus ob calculum urina ſupprimitur. Ob penetrantem volatilitatem & *Abrotani vulgaris maris ſaporem* balſamicum amariſſimum *odore* gravi ſed fragrante conjunctum, dicitur incidere, *diſcutere*, putredini reſiſtere ac venenis, Vermes necare, Urinam pellere, Impetus hyſtericos arcere, Regiumque morbum ſolvere; Commendatur & *extrinſecus* capiti impoſitum ad ejus dolores & alopeciam, ſi ex ejus cinere *Lixivium* paretur (præcipuè quia ſec. *Schröderum* pilorum ſignaturam ſummitates ejus æmulantur) aut *Oleo Abrotani* remiſceatur, qualiter enim cum *Ladano* & *Urſi pinguedine* miſtum & glabris locis inunctum contra pilorum defluvium optimum eſt. Vid. *Pharmac. Auguſt. noviſſ. pag.* 205. *Abrotanum fœmina Cupreſſus* cypariſſ. Hortul. habet fragrantiſſimum, balſamicum odorem, ſaporem ſubamarum, acrem non adeò inſuavem, ſalivam copioſè prolicientem, hinc qualitatibus cum Abrotano vulgari convenit. *Uſus* præcipui eſt in obſtructionibus hepatis, renum & ureterum, curat icterum, lumbricoſque fugat: extrinſecus morbis uteri ſubvenit. Species hæ duæ ita ſiſtuntur:

Abrotanum campeſtre, Wilde Stabwurtz/Roſenkraut: Abrotanum ſylv. vel 4. Trag. Ambroſia altera, Matth. tertia, Tab. tenuifolia, Lob. Ad ripam Rheni. Auguſto floret.

Abrotanum fœmina. In alpibus Helveticis.

Hæ plantæ ut ſequentes *Artemiſia* & *Abſinthium Ponticum* ſunt floribus in uno caule pluribus ſec. ejus longitudinem velut in ſpicas diſpoſitis.

ARTE-

ARTEMISIA, Beyfuß: Ab Artemiſiâ Mauſoli Cariæ Regis uxore denominata: Eſt planta matricalis, *Matricariæ cognata, graveolens*, quia ſingulariter fœminarum malis medetur, unde Narbonenſes dicunt *Artemiſe faut mettre en chemiſe. Saporem* habet blandum, herbaceum, ſalivam prolicientem & modicè ſiccantem; hinc moderatè calefacit & ſiccat, menſes movet, fœtum pellit, & decoctum ejus Dolores poſt partum mitigat, hinc & ad balnea & lotiones pedum à mulierculis adhibetur. Vid. *Deſcription. Herbar. Catalog. Offic. Baſil. Excell. Wedelius* ex ejus mollugine Moxam ita parari docet: recipiantur folia artemiſiæ q. v. exiccata probè & caule ſuo decerpta conterantur manibus euſque, donec excuſſo pulvillo viridi lanuginoſæ interiores fibræ, velut ſubtegmen ſubſtratæ, remaneant. Sin madefiant udore manus, repetendum opus eſt, ad deſideratam teneritudinem. Vid. *Dec. I. Ann. I. Miſc. Cur. p. 16.* Eſtque

Artemiſia vulgaris major: Artemiſ. Trag. Matth. latifolia, Fuch. Dod. mater herbarum, Lob. Artemiſia rubra & alba, Tab. Paſſim locis campeſtribus.

Mirum eſt, quòd ad hujus radicem circa feſtum Joh. Baptiſtæ carbones reperiantur, quæ *Ettmyllero* teſte, certum ſunt antepilepticum. Ad aquas ſtagnantes Julio florens reperitur.

AMBROSIA, Ambroſien: Artemiſiæ cognata planta eſt, ita dicta, quod ſit τὸ τῶν θεῶν βρῶμα, vel Deorum cibus, eo quòd qui eam ederint, immortales evadant, verùm Comedere impotentiam arguit. De Nectare Deorum, quod quidem decoctum hordei ſaltem ſtatuunt, Vide *Regn. Anim.* Hæc planta propter eximiam fragrantiam & ſal volatile gratum reſolvit, *incidit, attenuat.* Planta eſt campeſtris, unde ſiſtitur

Ambroſia campeſtris repens: Ambroſia, Matth. ſpontanea ſtrigoſior, Lob. Coronopus repens, vel procumbens, Lob. Tab. Cornu cervi alterum repens, Dod. Eſt herba juxta *Deſcript. Excell. Knauth. Catal. Plant. Hal. Sax.* flore tetrapetalo ſiliculis curtis ac brevibus, ſemine in ſingulis capſellis unico gigartæ virgineæ inſtar. In agris. Julioque floret.

BOTRYS CHAMÆDRYOIDES, Daubenkraut: *Ambroſiæ & Artemiſiæ cognata planta* eſt à ſemine dicta, quòd racematum ramulis adnaſcatur, unde juxta *Rajum* eſt ex Herbis floribus perfectis ſimplicibus monopetalis labiatis, plurimùm verò galeatis caulem articulatim, velut verticilli amplectentibus foliolis interſperſis, ſeminibus ad ſingulos flores quaternis, quibus floris calyx pro vaſculo inſervit, Verticillatis ſuperficie perennante, uti aliàs *Chamædrys vera*, Lolium, Serpillum.

Botrys Chamædryoides: Chamæcypariſſus agreſtis, Trag. Chamædrys altera, Matth. vera fœmina, Fuch. laciniatis foliis, Lob. Chamæpitys altera, Dod. Iva moſchata, Tab. Paſſim in agris.

Amarum *Saporem* habet cum aliquâ acrimoniâ conjunctum, unde inſignem uſum præſtat in affectibus pectoris, v. g. in orthopnœâ cum *Vino* cocta & *Melle* edulcorata; hinc & dicitur, præcipuè *Aqua* ejus deſtillata, Lienem emollire, obſtructiones tollere, incidere, attenuare, urinam movere. Julio florens in ſaxoſis reperitur.

ABSYNTHIUM, Wermuht: Eſt planta amariſſima ſale volatili acri oleoſo cum aliqua terreſtreitate abundans: hinc *odorem* habet aromaticum, calefacit, ſiccat, attenuat cum aliquali adſtrictione, unde roborat, & hinc omnibus affectibus frigidis ventriculi conducit, & ſpecificum eſt anticachecticum, verum bilis & ſanguinis condimentum, venenis reſiſtit, hepaticum & ſpleneticum eſt, nimirum *aperit, diſcutit*, vermes necat, colicam curat, cruditates ubivis emendat, *alvi fluxum tollit*, ſudorem movet. Detergendi vis ejus, quia non adeò æſtimanda, judicio *S. Pauli Quad. B. p.* 184. ideò cum *Avicennâ* & *Galen.* iis, quibus pituitâ ſcatet ventriculus, ne eam ventri affigat, ob ſtipticitatem, adverſiſſimum eſt, & *Schröderus* hinc in mucilaginoſis affectibus pulmonum prohibet. In malo hypochondriaco, hydrope, febribus tertianis, ſcorbuto, cachexia virginum, ſummo cum fructu adhibetur. Aqua & Vinum abſinthides egregiè ſtomachum confortant, appetitum excitando & coctionem promovendo, uterum ſanando, menſes movendo, &c. Spiritus urinoſus ex eo paratur, dum magnâ copiâ congeſtum exiccatur & putreſcit, hinc igne aperto per retortam deſtillatur & copioſiſſimus liquor acquiritur, poſtea rectificandus. In hydropicis excellens eſt remedium. Coli dolores *D. Sharpius* præmiſſis univerſ. Clyſmatibus Purgantibus feliciter curabat *aqua abſynthii* ℥ii. cum *aq. cinam.* ʒß. datâ, referente *Welſch. in Miſtomim. p.* 53. Eleganter verò Dialog. de Alchem. Vol. II. Theatr. Chym. p. m. 166 *Eſſentiam abſynthii multum Vini inficientem odore & ſapore ſuo pro exemplo ſiſtit tinctura penetrantis Philoſophorum*, dicens: *Qui abſynthites Vinum artificioſius conficere volunt, hoc uti poſſunt compendio, ſi in tenuiſſimum ſpiritum ipſam herbam perducant, cui tanta vis ineſſe poteſt, ut unicum myſtrum toto quadrantali infuſum id totum in ſui naturam rapiat, ſaporem & odorem abſynthii exprimens? Cur non ſimile quiddam circa metalla quoque evenire poſſit, non video.* Species ejus in Helvetiâ ſponte creſcentes ſequentes ſunt:

Abſinthium Ponticum ſeu Romanum officinarum, ſeu Dioſc. Abſinth. Matth. vulgare, Trag. Fuch. Lob. Tab. latifolium, Dod. Abſynthium hoc Ponticum vulgariter ſic dictum juxta *Ammannũ* eſt abrotanum

fœmina,

fœmina & per conſeq. corymboſa flore diſcoide nudo aureo. Michelfeldæ in via.

Abſinthium alpinum incanum. In alpibus Valeſianorum & in monte Gemmæ creſcit.

Abſinthium candidum humile.

Abſinthium umbelliferum. In montibus Rhætiæ & Criſpalto.

Not. quibus caput facilè vaporibus repletur vitandũ eſt vinum abſinthites, quia juxta *Ex. D. Hanneman.* de ſulphure participat narcotico & ſpiritibus lucidis obſcuritatem inducit ferè ad inſtar opii. Floret Julio & Aug.

MILLEFOLIUM, Schaffgarben: A foliorum multitudine ſic dictum: vulgare album umbellam floribus candidis & aurum æmulantibus habet, unde Millefolii ſpecies ſunt herbæ flore compoſito ſeminibus ſolidis Corymbiferæ radiatæ, radiis in umbellæ formam diſpoſitis. Sicq; eſt vel

Millefolium vulgare album: Millefolium vulgare, Trag. terreſtre majus, Tab. Stratiotes millefolia, Fuch. Millefolium ſive Achillea, Dod. In pratis.

Millefolium vulgare purpureum minus; Millefol. vulgare fl. diluti ruboris, Trag. minus, Matth. terreſtre purpureis floribus, Lob. Millefol. purp. Dod. Tab Paſſim locis campeſtribus, & ad ſepes.

Millefolium aquaticum umbellatum capillaceo breviq́ue folio: Myriophyllum, Matth. Millefolium aquatile, Dod. Myriophyllum aut Maratriphyllom paluſtre, Lob. Millefolium & Fœniculum aquaticum, Tab.

Millefolium aquaticum, ſeu Viola aquatica caule nudo: Myriophyllum equiſetifolium fluxiatile, Lob. Viola aquatilis, Dod. Fœniculum aquaticum 2. Tab. Utrumque in Michelfelden.

Millefolium aquaticum equiſetifolium caule nudo: Myriophyllon equiſetifolium paluſtre, Lob.

Millefolium aquaticum foliis Fœniculi, Ranunculi flore & capitulo: Myriophyllon Maratriphyllon paluſtre alterum, Lob. Eſt ex herbis flore perfecto ſimplici polyſpermis flore pentapetalo ut Ranunculi aquatici aliæ ſpecies, Caryophyllata, &c. Dicitur & Peucedanum aquaticum, Tab.

Millefolium aquaticũ cornutum majus: ſ. in Prod. circa Hiltelingen.

Millefolium aquaticum foliis Abrotani, ranunculi flore & capitato, C. B. Alga prima, Trag. Alga paluſtris & fluviatilis, Geſ. Millefolium maratriphyllon tertium fl. & ſemine ranunculi aquatici hepatis hepatici facie, Lob. icon. Geſ. Fœniculum aquaticum 3. Tab. Reperitur in piſcinâ Ottlingæ in Marchionatu.

Millefolium aquaticum cornutum minus, nondum deſcriptum, Michelfeldæ in aquarum fundo, unde Spörlinus Med. Cand. Exc. Caſp. Bauhino Baſileam An. 1621. attulit. I 2 Mille-

Millefolium aquaticum lenticulatum : Millefol. aquat. flore luteo, galericulato, Lob. Fœniculum aquaticum galericulatum, Tab. In Michelfelden. Junio & Julio. Eſt herba flore monopetalo rictum exprimente cum calcari, fructu ſingulari rotundo, unicum tantùm ſemen continente, uti mox ſequens *Fumaria Officin.*

Millefolium alpinum incanum carneo flore ſeu rubrum. In Gotthardo provenit.

Odorem habent multum & medicatum; *Saporem* verò balſamicum, acrem & ſubamarum, & ob terreſtreitatem adſtringentem; *hinc* inprimis vulneribus medetur, ſi ſuccus recens inſtilletur, item tumoribus & inflammationibus ſine *repulſione*: convenit in omnibus hæmorrhagiis internis, & tamen referente *Ettmüllero* menſes ſuppreſſos ciet. *Herba & radix* naribus indita hæmorrhagiam cauſantur. De Myriophyllo refert *Welſchius in Mictomem. §. LVII.* quòd Vir quidam Nobilis aquam ejus ex ſucco expreſſo adfuſo vino deſtillatam in Calculo experientiâ ſuâ comprobatam habuerit. Julio florent pleraque.

STELLARIA AQUATICA, Wasserfenchel / Wassersium : Ad Millefolia aquatica referenda adhuc eſt; *folia* enim fœniculi habet inſtar ſtellæ ſupra aquas expanſa; hincque Fœniculum aquaticum ſtellatum Tabernæmontano & *Stellaria aquatica* Lobelio dicitur. Quia verò in aquâ creſcit & fluitat non mirum, quod *Excell. Hünerwolfius in Miſc. Cur. Dec. II. Ann. VIII. p.* 147. ubi lympha extravaſata inundavit, viſcera & venter intumuit, planta hæc impoſitione ſolâ molem lymphaticam educat, uti binis exemplis *loc. cit.* ſiſtit. Paſſim in rivulis creſcit, Auguſtoque floret.

CONSOLIDA REGALIS, Ritterſporen : Calcatrippa Officinarum. Arvenſis floribus variis Veteribus *flos* eſt coronarius, folia habens minutim diviſa capillacea, florem foliis implicitum, ſeu eſt ex Herbis Corniculatis ſeu ſiliquiferis, i. e. flore perfecto ſimplici conceptaculis ſeminalibus ſiccioribus pluribus disjunctis uni flori ſuccedentibus præditis.

Conſolida Regalis arvenſis: Conſolida regalis, Trag. Fuch. Flos regius 2. vel ſyl. Dod. Segetum conſolida regia, ſtrigoſior tota, Lob. Conſol. regal. arvenſis. Tab. Delphinium aliis. Paſſim inter ſegetes, flore cœruleo, incarnato, albo.

Hujus *Aqua* oculorum nubeculas tollit & inflammationes à lymphâ nimis acri & ſalsâ obortas ſiſtit, item incipientes ſuffuſiones. *Epilepſiæ* infantum ad incunabula *herba appenſa* medetur. Conſerva ejus cum Spiritu ſalis, qui aliàs tartari renalis inſignis eſt averruncus, acidulata Iſchuriæ medetur.

Digitized by Google

tur. Inter ſegetes creſcit; Julio Junioque floret, & circa feſtum Joh. Baptiſtæ juxta monitum *Ettmyll:ri* colligenda.

FUMARIA, Erdrauch: Græcis καπνὸς. Quòd ſuccus ejus oculis inditus inſtar fumi oculos moleſtando lacrymas moveat: *Species* ſunt:

Fumaria Officin. & Dioſc. & ſiliquoſa bivalvis: Fumaria, Trag. Matth. Fuch. Dod. Capnos, Lob. Fumar. 1. & 2. flore albo, Tab. Paſſim in agris.

Fumaria bulboſa radice cavâ major, Groſſe Holwurtzel: Ariſtolochia rotunda vulgaris, Trag. Fuch. Fumaria altera, Matth. Radix cava major, Dod. Radix cava Herbariorum, Lob. Hujus apud Tab. figuræ octo, ſub Fumaria bulboſa purpureo & albo flore. In dumetis Minoris urbis: & copioſè in alneto ad Wieſam.

Fumaria bulboſa radice non cavâ major: Ariſtolochia rotunda vulgaris radice ſolida, Trag. In ſepibus ad prata, & in Mönchenſtein. In ſylvula ad Novam domum.

Fumaria bulboſa radice non cavâ minor, kleine Holwurtzel: Fabacea radice capnos altera, Lob. Radix cava minor, Dod. Fumar. bulboſa, ſeu tuberoſa minor, Tab. Hæ tres Fumariæ bulboſæ ſpecies ſunt flore monopetalo rictum exprimente cum calcari, fructu ſiliquoſo bivalvi. In dumetis circa Riehen.

Saporem habet amarum, abſynthiacum, acrem, alcali quoddam volatile non adeò nitroſum involventem, hinc calefacit, attenuat, ſeroſos, bilioſos ac aduſtos humores ſenſim expurgat, viſcera recreat, roborat, ſanguinem purificat, acoremque ejus vitioſum corrigit, hinc cum ſucceſſu in ſcorbuto, malo hypochondriaco, *morbis meſenterii* adhibetur, ut & in Ictero & omnis generis ſcabie. Succus ejus vel ſolus vel ſucco cochleariæ mixtus in ſero lactis utiliter ſumitur, vel etiam Eſſentiâ ex ea paratur. Teſtatur *Sim. Pauli* ſe Infuſione fumariæ in ſero lactis per noctem, in quo ſaporis gratiâ ſacchari violacei tantillum diſſolvitur, ſcabioſiſſimos reſtituiſſe. *Bulboſa verò fumaria*, ſcilicet *Aſtrolochia rotunda vulgaris radice cava major* ſic dicta, quòd τοῖς λόχοις ἢ ταῖς λο[illegible] insigniter proſit, ſale volatili ſcatet, cujus ratione *ſaporem* habet amarum, nauſeabundum, partium eſt tenuiſſimarum, *odorem* fœtidum habet, ſulphureum, inde non ſecus ac etiam Longa Ariſtolochia calefacit & ſiccat, aperit, abſtergit; hepatica uterina & alexipharmaca eſt, ſudorifera, diuretica, & vulneraria, ſanguinem depurat, dolores ab infarctu aut craſſitie crudorum ſpirituum, ut *S. Pauli* loquitur, natos curat, præſertim Aſthma ſcorbuticum ſanat, ſcabiei ſuccurrit, ulcera inveterata fiſtuloſa mundificat & conſolidat, ad putredinem oris multum confert, menſes movet; ſic in Ulcere Uteri: ℞. *Ariſtol. rot. fol. abſynth. cent. min. aa. q. v.* Coq. in *Vin: alb. & Aq. font.* Utraque hæc Fuma-

ria primo vere florens ad foſſas & ſepes reperitur, maximè autem Baſileæ in Cœnobio Carthuſianorum rotunda copiosè creſcit. Vid. *Deſcription. Herb. Catal. Officin. Baſil.* infrà.

CHELIDONIUM, Schellkraut: *Rajo* dicitur herba flore tetrapetalo filiquoſa, filiquâ bivalvi ſed non bicapſulari. Hoc Chelidon. majus vulgare planta eſt *ſuccum habens flavum*, (unde Mercur. philoſoph. ſymbolum eſt, cujus exteriora ſunt viridia interiora flava, i.e. aurea) acrem, *folia* profundè & latè laciniata, *florem* flavum viſui ſalubertimum, id quod *hirundines* monſtravere, vexatis pullorum oculis eâ medentes (id quod tamen *Elsholtius Miſc. Cur. Ann. VIII. p.* 31. dubium facit) hinc & pro clarificandis oculis eorum, nubeculas removendas utiliſſimè uſurpatur. Verùm, ut dictum, haud credibile eſt hirundines effoſſos oculos hoc vel liquore reſtituere: *Saporem* habet cum odore junctum nauſeabundum, amarum, tenuium partium, coſtinum, cujus ratione febrifugum eſt expertiſſimum, ſi experientiâ *Clariſſ. DN. D. Wagneri in Miſcell. Cur. Dec. II. Ann. IX. Obſ.* 28. præmiſſo emetico, ſucci hujus herbæ expreſſi *gut.* 3. vel 4. aliquot cochlearibus *Vini albi* commiſceantur, vel etiam portio quædam infuſæ radicis ante paroxyſmum exhibeatur, ægerque in lecto ad ſudorem ſe ſe componat eumque promoveat, & ſi opus ſit, ſecundò aſſumat, ſic in poſterum à paroxyſmis febrilibus immunis erit, ut multis experimentis hactenus exploratum. Quandoquidem enim planta hæc ſale volatili acri ſit prædita, quæ non ſolùm vim habet abſtergendi quaſcunque ſordes in ventriculo detentas ſed inſuper etiam ſudorem cieat, hinc malignitatem quoque febrilem per ſudorem expellit; hinc non immeritò Germanorum China dici poſſet. *Radix* hæc Martio collecta flava amariſſima eſt; hinc ob dictum ſal volatile intensè calefacit & ſiccat, ſalivam provocat, bilem per alvum & urinam ſubducit, obſtructiones hypochondriacas tollit, præcipuè autem vel ſaltem plantis pedum impoſita in Ictero ſpecificè adhibetur: maſticata quoque dolorem dentium tollit, & *Alexipharmaca* ſtatuitur, quia ſudorem vehementer movet. Hinc & extus recens contuſum & pedibus applicatum tumores eorum è morbis chronicis obortos tollit. Succus chelidonii filis carptis admotus cancro recenti expertus indubiâ relatione fide dignorum conſtat, ait *Welſch. Mictomim. III.* §. *LII.* habet enim vim cathæreticam, quæ etiam folliculos abſceſſuum cyſticorum extergit. Unde & §. *LXXXVI.* refert, ſe callis ulcerum extergendis Patavii in Noſocomio publico ſuccum hunc cum pinguedine vitulina & cera permiſtum felici ſucceſſu adhibitum vidiſſe à *D. Petr. Marchetti. Tachenius* refert ſal chelidonii Mercur. præcipitaſſe colore flavo.

Chelido-

Chelidonium majus vulgare: Chelidonium majus, Trag. Matth. Fuch. Dod. Lobel. Tabern. Paſſim in ruderibus & muris. Menſe Aprili provenit.

AQUILEGIA SYLVESTRIS, Agleyen: Quaſi Aquilina, ob florum mucrones aduncos, ut ſunt *Aquilæ ungues*, dicitur: ſunt enim inſtar ſtellarum 5. parva folia erecta, 5. alia ſubtus curvata, hinc & *Columbina* dicta. *Salivam* proliciunt ejus folia, & ſaporem habent dulcem ingratum, nauſeoſum, ſubpinguem, herbaceum, alkalicum, hinc modicè calefacit, hepar & lienem aperit, Regio morbo medetur, præſertim Semen, menſes & urinas ciet, vulnera conſolidat & ventris Tormina ſedat, præcipuè autem folia commendantur in Impotentia virili, ſi decocto ejus laventur genitalia & dentis hominis mortui unà ſuffitus excipitur. *Semen* aquilegiæ expulſivum eſt porrò in variolis & morbillis, præſertim ſi addatur *Sem. naſturt. napi, &c.* & cum *aq. fumar.* f. Emulſio, quæ ſecretionem juvat, & una ardores mitigat, unde & ſæpius utiliſſimè in Febribus malignis præcripta. Eſtque

Aquilegia ſylveſtris: Aquilegia, Trag. Fuch. Dod. Aquilina, Matth. Lob. Tab. Flore eſt cœruleo, cujus ratione fortè ab *Ammanno* pro aconito habetur, & vix alterius quàm punicei coloris in ſylveſtribus reperitur. Aquilegia ſc. ut proximè ſequens Nigella eſt ſiliquifera aut Corniculata. In ſylva Hüningenſi, & in montibus vicinis copioſè creſcit. *Exc. Wagner. in Helv. Cur. p.* 271. meminit Aquilegiæ montanæ fl. magno & flore parvo, thalictri folio. C. B. Creſcit in pratis montanis ad ripam ſylveſtr. Floret Majo & Junio.

NIGELLA, Schwartzer Coriander: Μελάνθιον. A nigro ſeminis colore communiter dicitur, quod odoratiſſimum eſt; florem gerit infra foliorum comas contentum. *Corn. Agrippa* in ſuffitibus ad ſpirituum conjurationem ſemine utitur, verùm linquendo talia dicimus *Vim* tuſſim ſedandi habere, & morbos pectoris curandi, frequentiſſimè autem ad catarrhum vel potius Coryzam frixum ſeu uſtulatum ſummo cum ſucceſſu ordinatur, v. g. in ſeq. Nodulo *Sim. Pauli*: ℞. *Sem. nigell. toſt.* ʒj. *tabac. Styrac. Cal. aa.* ℈j. *Ambr. griſ. gr.* ij. Cum *Sindon. rubr.* f. Nodulus naribus ſubinde admovendus. *Decocta* verò ſeminum proſunt iis, qui ſanguinem ſpuunt & hepatis intemperiem ſentiunt, ceu & radix linguæ ſubdita contra hæmorrhagias narium laudatur. Eſtque

Nigella arvenſis cornuta: Nigella ſylv. & 2. Trag. Melanthium ſylv. Dod. alterum, Matth. Cuminum ſyl. alterum, Fuch. Melanthium capitulis reflexis Aquilegiæ, Lob. unde ſimiliter ad ſiliquiferas Aconitorum refertur à *Moriſonio in Hort. Bleſenſ.* Melanthium agreſte, Tab. Paſſim inter ſegetes.

Digitized by Google

ſegetes creſcit & ad colles & ad rudera, item in arvis ſabuloſis, ſemenque Junio maturum eſt.

MEUM, Bärwurtz: Eſt planta *umbellifera* tenuifolia anetho cognata, (*Anethum urſinum* hinc dicta) *odoris* ſuavis, *ſaporis* aromatici inſtar petroſelini ſylveſtr. vel Angelicæ, hinc calefacit, ſiccat, *aperit*, flatus diſcutit, ſalivam prolicit, quare ingrediens eſt multarum Veterum Compoſitionum: ſpecialiter autem uſus ejus eſt in inflammatione ac ructu ventriculi, in *menſibus* & *urinis* ciendis & uteri ſuffocatione, ventris torminibus, in catharris, tartaroque pulmonum expectorando, non ſecus ac *Angelica*, *Imperatoria*, *Zedoaria*. Vid. *Deſcript. Catal. Officin. Baſil.* Species ſunt:

Meum foliis anethi. In Criſpalto.

Meum Dauci Cretici facie. In Fracto.

Meum alpinum umbellâ purpuraſcente ſeu Mutellina in Alpibus dicta. In Gotthardo & aliis copioſè creſcit.

Hæc Mei ſpecies à Neotericis vocantur umbellæ foliis fœniculaceis ſemine ſtriato vel majore vel majore.

DAUCUS, Moeren-kümmel: *Planta* eſt umbellifera nidum avis exprimens, unde & Vogelneſt Germanis dicitur. De reliquo quoad Figuram Apio ſylveſtri ſimilis eſt, & paſtinacæ cognata, nimirum ùt plures ex ſequentibus herbis Umbellifera, i.e. flore perfecto ſimplici pentapetalo ſeminibus nudis ad ſingulos flores binis, ſed in ſpecie foliis multifariàm diviſis, vel ut *Ammannus* loquitur, Daucus omnis habet ſemen ſtriatum, in quibus ſtriis vel carinis villi obducuntur. Species ejus ſequentes ſunt:

Daucus alpinus multifido longoque folio, ſive montanus umbella candida, Bergpeterlein: Daucus Creticus, Geſn. Cluſ. In monte Waſſerfall. Julio floret.

Daucus montanus Apii folio major, ſchwartze Hirſchwurtzel: Daucus 2. Trag. Matth. Seſeli Peloponenſe, Fuch. Daucus Selinoides 2. Lob. *Libanotis* Theoph. nigra, Tab. In monte Muteto. Julio.

Daucus montanus Apii folio minor: Dauci ſecundi Selinoidis varietas, ſive Selinoides Cordi, Lob. Circa arcem Reichenſtein, & in monte Crentzach.

Daucus paluſtris Apii folio: qui 2. in Prod. In pratis Michelfeldæ.

Daucus Alſaticus. In Alſatiâ ſuperiore & inferiore, nec longum diſtat Baſileâ.

Quoad Saporem Daucus acris & aromatici eſt ſaporis partiumq; tenuiũ, quibus ad intima & profunda penetrat, unde urinas & ſabulum pellit, menſes & ſecundinas movet, flatus diſcutit & colicam tollit, imò & contra venena

nena laudatur. Extat in *Pharmacop. Auguſt. Aqua phyſagona, ex ſem. Dauc. ſylv. aniſ. aa.* ℥j. *Cinam.* ℥ij. *Nuc. moſch. Mac. Galang. caryoph. aa.* ʒij. Infuſ. in *Vin. Malv.* dein deſtillatis. Inprimis verò *Helmontius Tr. de Lithiaſi Cap. I. §. 13. pag. m.* 14. docet: quòd odor ſeminis Dauci odorem ſaxatilem domet & comprimat. & *Cap. VII. §.* 14. Conſiliarius cùm per quindenas ſingulas miſerè ſolebat decumbere, uſus deinceps cereviſiâ, cui Dauci ſemen incoctum eſt, liber à Lithiaſi vixit, modò per aliquot annos.

PASTINACA TENUIFOLIA, Wild Paſteney: Hæc planta eſt ex Umbelliferis ſemine villoſo ſeu hiſpido, unde etiam judice *Ammanno ad Daucum* ſpectabit. Naturam habet calefactoriam, ſpiritum corporis fortius exuſcitantem, eſtque ut præcedens partium tenuium ſeu volatilium ſpecificè ſpiritui gorgonico in microcoſmo oppoſitorum, unde & *Grana* ejus menſes movent & urinam, conceptionem juvant. Vid. *Deſcript. Herbar. Officinal Baſilienſ.* Eſtque

Paſtinaca tenuifolia ſylveſtris Dioſcoridis, vel Daucus officin. Staphylinus ſylv. Trag. Paſtinaca ſylv. Matth. ſyl. tenuifolia, Dod. erratica, Fuch. Tab. genuina ſyl. Paſtinaca Dioſc. Lob. Paſſim in pratis: in agris minor, palmaris & ſeſquipalmaris reperitur, Junio Julioque floret, grana verò matura ſunt Auguſto. Differt juxta *Bauhin. in Pinac.* magnitudine & parvitate, item ratione umbellæ, in cujus medio aliquando macula purpurea ſubnigraque, aliquando crocea: foliis etiam aliquantum latioribus in alterâ multò tenuioribus.

CHÆREFOLIUM, Körbleinkraut: Eſt planta odorifera, Daucum referens, ſeu Chærefolium eſt umbella roſtrata ſeminibus lævibus nigris. Eſtque vel

Chærophyllum ſylveſtre: Anthriſcus Plinii, Lugd. Cerefolium ſyl. Tab. Myrrhis annua nodoſa ſemine ſtriato lævi, Moriſ. Paſſim ad ſepes & parietes. Junio, Julio & Auguſto floret.

Chærophyllo nonnihil ſimilis: Perchepier (i. e. Saxifraga) Anglorum, Engliſcher Steinbrech: Lob. Juxta *Rajum Meth. plant. p.* 67 eſt Herba flore imperfecto, quæ fructum profert flori contiguum, flore baſi ſeminis cohærente, ſemine vaſculo à floris calice diverſo incluſo ſimplici (in nulla loculamenta diviſo) molli & membranaceo, ut & eſt Alchimilla vulgaris, *Moriſonio*que eſt alchymilla annua hirſuta, minima foliis infernè albicantibus. Scandix minor, Tab. Paſſim in agris. Auguſto & Septemb. floret.

Prius eſt *ſaporis* grati inſtar fœniculi, ſubacris, blandè aromatici, unde Macer: *Eſt Charefolio vis acris & ignea valde:* quare morbis capitis à con-

K ſenſu

Digitized by Google

ſenſu ventriculi per nervos obortis, præcipuè in Vertigine, ſummoperè prodeſt, maximè ubi illa ſenibus Apoplexiam minitans moleſta eſt, nam modicè calefacit & *attenuat*, digerit, flatus diſcutit, concoctionem juvat, & ita vapores ſurſum elevatos tollit, cruditates emendat, *viſum acuit*, viſcera imi ventris roborat, eaque, præcipuè renes, expurgat & exulcerationes ſanat, vulnerarium enim eſt, & grumos ſanguinis reſolvit, maximè & ubi in mammis lac coagulatur prodeſt, experientia *Foreſti*, & ex hoc vitio mammarum abſceſſus adeſt. Utiliter hinc & commodè comeditur cum pane butyro oblito. *Aqua* vel *Succus ad ℥ij. cum Vino albo* datus (cum fotu ex urina & nitro) hydropem certò ſanat. Eſſentia ejus contra vertiginem in quibuſdam Officinis reperitur; *Excell. DN. D. Hagendorn. in Ann. III. Dec. II. Miſc. Cur. p. 15.* refert, ſe factâ ejus in Spir. Vini maceratione primò lactea, dein viridiuſculâ liquorem obtinuiſſe: cerebrum & ſpiritus animales confortat, *nephriticis* prodeſt, imò ob ejus intermixtionem Cicuta comeſta nil nocumenti attulit, teſte *Hannemanno Ann. IV. Dec. II, Miſc. Cur. pag.* 121. dum ejus ſulphur narcoticum dementans emendavit. Floret Martio & Aprili ferè ubique.

SCANDIX, Wild Moren: Scandix aliis Pecten Veneris à ſiliquis oblongis elegantibus, quas poſt flores facit, dicitur, nimirum eſt umbellifera ſemine roſtrato leviter ſtriato, & ad baſin hiulco, unde juxta *Moriſonium* à Chereſolio ſpecie tantùm non genere differt.

Scandix ſemine roſtrato vulgaris: Pecten Veneris, Matth. Lob. Scandix, Dod. Tabern. Inter ſegetes, potiſſimùm versùs Michelfelden, & circa patibulum.

Non tam gratum ut Chereſolium habet odorem. Ejus *radix* digiti longitudinem habet, folia Chærophyllo majora, earundem virium lithontripticarum: *Radix* cum *Malvæ* radice piſtata è corpore heterogenea educit; herba verò & flores cum Vino albo, butyro & foliis Petroſelini ad difficultatem urinæ remedium habentur. Floret Majo & Junio in locis argilloſis pinguibus.

CAUCALIS, Wilder Peterlein: Naſcitur in arvis cum ſcandice, eſtque umbellifera ſemine aculeato, ut præcedentes plantæ, quæ juxta *Thurneiſerum* ſignaturam totius hominis, maximè ejus arteriarum, venarum & nervorum referunt; *Cordialis* eſt planta, vias urinarias à ſabulo liberat, viſcera purgat; Ejus *grana* bibita acuunt viſum & menſtrua proliciunt: Creſcit in locis incultis & Junio floret. Species ſunt:

Caucalis arvenſis echinato magno flore: Lappa agreſtis, Trag. Caucalis albis florib. vulgaris, Lob. Caucalis, Dod. Tab. Inter ſegetes.

Caucalis-

Caucalis arvenſis echinata parvo flore & fructu: Caucalis flore minuto, Cam. Rariùs inter ſegetes: communiter in vineis montis Muteti.

Caucalis ſemine aſpero floſculis rubentibus: Daucoides minor, Cord. Thal. In agris & ſecus vias ad ſepes.

APIUM MONTANUM, Stein-Eppich: Folio ampliore; planta eſt umbellifera, Selino cognata; in cujus umbellis & caulibus ſæpius vermiculi reperiuntur, qui ob vim plantæ hujus, ſaturni ſub ſtatione locatæ, ſterilitatem inducere dicuntur. Vires Apii hortenſis in ſe complectitur; Hoc verò in *Succo ad* ℥ij. dato expertum fuit Baſileæ antiquartium, adeò ut quartanarius quidam Paroxyſmis nimiis defatigatus obiiſſet, niſi ſucco hoc refectus fuiſſet, unde & olim Apio ſepulchra mortuorum, quæ Saturno adſcribuntur, coronabantur, & illi, qui deſperatâ valetudine utebantur, mortique proximi erant, dicebantur Apio indigere, teſte *Etzlero Iſag. Phyſ. Mag. Med. p. 26*. Vid. *Programma Vitæ & Obitûs Celeberr. D. Joh. Buxtorfii, Excell. DN. Doct. Gernleri Antiſtitis Baſil. p. m.* Notat verò optimè *D. Ettmüllerus*, quòd hoc Apium montanum ferè conſpiret cum Petroſelino, niſi quòd ſit actius & volatilius, ut omnia montana ſolent. Eſtque

Apium montanum folio ampliore: Oreoſelinum, Dod. Lob. primum, Tab. Hinc *Ammanno* eſt umbella foliis multifariam diviſis ſemine foliaceo, rubrotundo, compreſſo, idemque cum Oreoſelino Pariſienſium. In monte Muteto & Crentzacho; foliis tenuiùs diviſis in pratis Michelfeldenſibus reperitur. Julio in montibus floret.

SION, Waſſer-eppich, ſeu APIUM PALUSTRE fol. obl. *Planta* eſt quæ in aquis vacillat, calculis excutiendis apta: *Radicem* habet ſaporis acris, ſubamari, aromatici, inſtar Petroſelini. Hinc ſimiliter contra redundantiam lactis valet, v. g. ℞. *Rad. apii* ℥ß. *Coriandri* ℥j. coq. in *aceto & aq. menth.* pro fotu mammarum. Calefacit & *inter 5. radices aperientes* recenſetur: Urinam & menſes movet, Regium morbum ſolvit: *Semen* annumeratur *Seminibus calidioribus minoribus* & efficacius eſt: creſcit in locis aquaticis, ac Junio floret: Grana matura ſunt Auguſto: Species ſunt:

Sion ſive Apium paluſtre foliis oblongis: Sion odoratum, Trag. Sium, Dod. verum, Matth. 1. minus, Tab. Apium paluſtre, Fuch. Sium ſive Laver Dioſc. Oluſatri folio, Lob. In rivulis paſſim & Michelfeldæ. Julio & Auguſto. Juxta *Rajum* eſt ex Umbelliferis foliis lobatis minoribus ſemine ſtriato minore.

Sium Erucæ folio, unde *Moriſonio* Eruca montana foliis Sii repens flore luteo dicitur. Sium alterum, Dod. Oluſatri facie, Lob. Sium majus anguſtifolium, Tab. Michelfeldæ in paluſtribus.

Digitized by Google

PASTINACA SYLVESTRIS LATIFOLIA, Paſtenen: Græcis Ἐλαφόβοσκον. Species eſt differens à tenuifoliâ *Siſarumque magnum* dicitur; folia habet angulosa duos digitos lata & longa, ſicut *Terebinthus*: Umbella eſt Anethi: Radix verò tres digitos longa alba, dulcis & guſtui arridens, unde cum carne pingui vervecum coquuntur, ſunt enim ſicciores & adſtringentes alvum, dulces aliàs ùt tenuifolia. Grana ejus morſibus ſerpentum reſiſtunt: & urinas movent.

Paſtinaca ſylv. latifolia: Paſtinaca ſylv. Trag. latifolia, Dod. Siſer ſyl. Fuch. Elaphoboſcum, Matth. erraticum, Tab. *Rajo* eſt umbellifera ſemine membranaceo ſubrotundo foliis lobatis, ut & mox ſequens Sphondylium vulgare hirſutum. In montoſis & aſperis, & arenoſis ad Wieſam. Julio & Auguſto floret.

ANGELICA, Angelicken: Dicitur & Spiritus Sancti *Radix*, quia ſuaviſſimum habet *odorem*, *ſaporem* verò amarum, coſtinum, acrem, aromaticum, à ſale volatili oleoſo temperato emanantem, cujus intuitu calefacit, ſiccat, attenuat, aperit, ſalivam provocat, reſolvit, hinc *Bezoardica* & *Cardiaca* nobiliſſima eſt, ſudorifica & vulneraria, anticolica, ſuffocationi uteri maximè conducit, doloribusque poſt partum medetur, menſes & partum movet, & venenis reſiſtit, hinc præſervationis causâ radices aceto, addito pauco Camphoræ, infunduntur. Vid. *Deſcript. Herbar. Officinal.* & *Remed. Angl. p.* 205. Quantum ſolaminis Arcanum ſeq. ruſticanum in Podagrâ Uladislai IV. Reg. Poloniæ attulerit, ſeq. videri poteſt apud *Cnöpbelium Dec. I. Miſc Cur. Ann. IV. & V. p.* 317: ℞. *Angelic. ver.* ℔ß. *Angel. ſylv.* ℥iv. *herb. hyſſop. M.ij.* Inciſ. eoq in *Cereviſ vel Aq. font. cum Vin. & aromatiſ. caryophyll.* deturque cum aliquot cochlearibus *Olei olivar.* Hoc tantùm juvit, ut Ruſtico ſex millia florenorum ſoluta ſint. *Species* noſtræ patriæ ſunt:

Angelica ſylv. major: Angel. ſylveſtr. Trag Matth. Fuch. Dod. Lob. Tab. In aquoſis paſſim: copioſè Michelfeldæ.

Angelica ſylv. minor ſive erratica: Angelicæ vitium, Trag: Herba Gerardi, Dod. Podagraria, Lob. Ægopodium, Tab. Paſſim ad ſepes.

Angelica aquatica: Archangelica, Dod. Lobel. In pratis humidis.

Omnes autem hæ Angelicæ ſpecies umbelliferæ foliis lobatis majoribus, ſemine ſtriato majore.

IMPERATORIA, Meiſterwurtz: Dicitur & Oſtrutium. & Magiſtrantia ob raras & præſtantes facultates. Eſt planta inſtar Angelicæ figurata, odorem habens ſummè aromaticum, ſaporem acerrimum, calefacientem & ſiccantem, hinc alexipharmaca & ſudorifera eſt, attenuans, aperiens.

aperiens ob ſal volatile naturale, quod inſtar Camphoræ habet copioſiſſimum. Animadvertimus in eo reſinam copioſam, cujus particulæ etiam per rimas penetrant, & credimus cum *Curioſiſſ. Welſchio in Hecatoſt. I. Obſ.* 82. *p.* 103. ſal volatile in hoc Gummi nativo minus avolare, ac hoc fit, dum cum abſtractione Spiritus Vini Extractum inde paratur. Exinde verò ſummopere conducit morbis venenatis, in pulmonum tartaro reſolvendo, expectorando, in fœtore anhelitus corrigendo, affectionibus capitis phlegmaticis, paralyſi, apoplexiâ, epilepſiâ (ſi experientia *Doct. Schultzii Dec. I. Miſc. Cur. Ann. IV. p.* 38. recens diſſecetur & pollicibus tam manuum quàm pedum alligetur) in dolore colico & cruditate ventriculi, ſuffocatione hyſtericâ, hydrope uteri & ovarii muliebris. Et quia alexipharmaca eſt, vermes necat; Cum adipe ſuillo illita *globulos* è corpore & ſagittas extrahit; Credit vulgus in febribus calorem appenſam extrahere, ſed quicquid hîc aget, particulis ſuis volatilibus aromaticis tenuibus athmoſphæram inficientibus præſtabit, quæ ſcil. ſanguinem viſcoſum attenuare vel etiam acres nimis furioſè inter ſe fermentantes elicere poterunt. Quæ in noſtrâ patriâ creſcit Imperatoria minor ſcil. Aſtrantia Alpina, in monte Fracto Julio menſe reperitur.

SPHONDYLIUM, Bärenklau: *Folia* habet platano ſimilia ad panacis effigiem accedentia, dicente *Caſparo Bauhino.* Dicitur aliàs voce Italicâ *Branca urſina*; eſt una è 5. *herbis emollientibus*, ſaporem habens aperientem & herbaceum; in *Clyſteribus* & aliis *paregoricis* adhibetur, & ut plurimùm in *Cataplaſmatibus*, Lotionibusque capitis v. g. in Plicâ Polonicâ, de qua vid. *Excell. D. Schultz. Ann. VI. Dec. I. Miſc. Cur. p.* 156. Verùm præter uſum hunc externum non minus etiam internum, ut idem habet *Ann. VI. Dec. II. Miſc. p.* 193. præſtat Sileſiis & Polonis in Juſculo Germ. Bartſch dicto, dum ſcil. folia ejus leniter ſiccata, in *Aqua* q. ſ. coquuntur, uſque dum liquor colorem flaveſcentem contrahat, hinc additur parùm fermenti ſecalini & pro fermentatione reponitur ad fornacem in ollâ clauſa, poſteà liquor gratum ſpirans odorem ſaporemque acidiuſculum linguæ communicans percolatur, & in loco frigido ſervatur pro Juſculo gratiſſimo in alvi ſegnitie, meſenterii obſtructione, febribus intermittentibus, &c. Eſtque

Sphondylium vulgare hirſutum: Branca urſint, Trag. Sphondylium, Matth. Dod. Lob. Tab. Acanthus vulgaris, Fuch. Eſt umbellifera ſemine membranaceo ſubrotundo compreſſo foliis lobatis. Variat ratione loci prout in montoſis & planis provenit, & aliquando ita ludit, ut in caulis ſummo folia ſint breviora quidem at in ternas & quaternas lacinias diviſa. Floribus eſt communiter albis, ſed & purpureis, licet rarius, reperitur.

Sphondylium alpinum glabrum : in Prodr. ſub 3. deſcribitur. In monte Waſſerfall.

Sphondylium hirſutum foliis angſtioribus. In pratis alpinis Rhæticis decerpitur.

LIBANOTIS, Hirtzenwurtz: Latifolia vulgaris ;ita dicitur, quòd radix ὄζουσα λιβάνου thus redoleat; folia habet liguſtici odorata, unde ſimiliter eſt umbellifera foliis multifariam diviſis & Laſerpitium juxta *Ammannum*, quale nimirum vocat umbellam, quæ ſemina bina ſimul juncta a'is foliaceis vel membranaceis cincta habet, pinnas rotæ molendinæ fluviatilis referentia. Eſtque

Libanotis latifolia altera ſive vulgatior: Seſeli 1. Trag. Seſeli Æthiopicum, Matth. Fuch. herba, Dod. Libanotis Theoph. Lob. alba, Tab. In monte Muteto.

Radicem habet odoris Iridis Florentinæ ; *ſaporem* verò initio dulcem, pòſt amaricantem, ſiccantem ; *hinc* calefacit, ſudorem movet ; antifebrile eſt egregium, alexipharmacum, putredini reſiſtit, ulcera continuò fluentia exterget, viſum confortat, catarrhos frigidos curat. Reperitur in monte Hutliaco ; circa autumnum floret. Species ejus quoque eſt Leviſticum vulgare, cujus Vires in *Deſcript. Virtutum Herbarum Officin. Baſil.* ſiſtimus.

CUMINUM, Kümmich: Pratenſe ſeu *Carui officinarum*, Wieſen-Kümmel: Aſſimilatur Paſtinacæ ſylveſtri, quoad *folia* ; *florem* habet in umbellâ diſpoſitum album, nimirum eſt umbellifera foliis multifariàm diviſis fœniculaceis ſemine ſtriato minore & breviore. Species ſunt:

Cuminum pratenſe, Carui officinarum : Caros, Trag. Carum, Fuch. Carum, Matth. Dod Lob. Paſſim in pratis.

Caruifolia: Cyminum equinum & ſyl. Trag. In arenoſis ad pontem Mônchenſtein.

Carui alpinum in Prodromo deſcriptum. In montibus Pyrenæis & circa Stockhorn Bernatum.

Vis ejus conſiſtit in ſale volatili, oleoſo, temperato, aromatico, hinc habet *Saporem* calidum, acrem, aromaticum, ſiccantem, attenuantem, digerentem, flatus diſcutientem, reſolventem, quare *utile* eſt in Colicâ, tympanitide & Vertigine ; Morbos matricis præcipuè menſes doloroſos curat & hyſtericam paſſionem vel hypochondriacam egregiè levat, præſertim ſi ejus Oleum deſtillatum cum aliis illinatur. Obſervavi & Oleum hoc in Tinnitu aurium cum ſucceſſu eſſe commendatiſſimum. Extus Cuminum Thebaicum toſtum ad empyreuma in butyro majali dolores podagricorum mirè ſolatur, referente *Thurneiſero* & de Pimpinellæ ſemine Aliis : Pro dolore

Digitized by Google

lore aurium: ℞. *Cumin.* ℥j. *Bacc. laur. num.* ij. *Fl. chamom. fol. roſmar.* Coq. in *q. ſ. Vini*, & Vapor auribus excipiatur.

PIMPINELLA, Biberneſſen: Pimpinellæ ſeu Bipinellæ à foliorum binis ordinibus plumatim digeſtis nominantur: Alia eſt ſaxiſtaga radice valde acri & aromaticâ, foliis interdum in lacinias diviſis: alia Sanguiſorba ſive Italica dicta, licet in omnibus Germaniæ pratis copioſiſſimè etiam creſcat. Nimirum Species ejus ſunt:

Pimpinella ſaxifraga major umbellâ candidâ, Bockspeterſein: Pimpinella major, Trag. Fuch. Pimpinella ſaxifraga, Matth. Saxifraga magna, Dod. Lobel. Tragoſelinum majus, Tab. In cœmeteriis paſſim: ad ſepes pratorum Mutenſium: in monte Crentzach.

Pimpinella ſaxifraga minor: Pimp. 3. Trag. minor, Fuch. Saxifraga hircina minor, Lob. Saxifr. parva, Dod. Tragoſelinum petræum, Tab. Locis aſperis & ſolo duriore, ad ſepes ſecus vias: potiſſimùm in collibus & montibus. Pimpinellæ hæ duæ priores ſpecies à *Rajo* & *Moriſonio* referuntur inter Umbelliferas foliis lobatis minoribus ſemine ſtriato minore.

Pimpinella Sanguiſorba minor hirſuta: Pimpinella Sanguiſorba, Dod. minor, Matth. Pimpin. Lob. Italica, Trag. Sanguiſorba minor, Fuch. Tab. In pratis. Hæc Pimpinella eſt herba flore perfecto ſimplici ſeminibus nudis ſive nullo præter perianthiũ vaſculo aut tegmine donatis ad ſingulos flores ſingulis. Folia à radice numeroſa circumquaq; profundè ſerrata ſunt.

Pimpinella ſanguiſorba major. In agris Bernat. verſus Solodurum.

Saxifraga major radicem habet, quæ inſtar tragi ſeu hirci fœtet, & ob *ſaporem* acerrimum gulæ inhærentem, quem tamen *folia* mitiorem habent, calefacit & ſiccat, attenuat, aperit, abſtergit, ſudorifica, diuretica & lithontriptica eſt, cruditatem emendat, ſanguinem purificat, colicam, tuſſim & aſthma curat, in Lue venerea adhibetur, venenis reſiſtit, mundificat & conſolidat vulnera *extrinſecus* adhibita, imò ob ſal volatile copioſum athmoſphæram corporis inquinans de collo ſuſpenſa, tanto impetu lac ad mammas propellit, ut opus ſit eam amovere: ℞. *Succi pimpinell hircin. Acet. roſac. aa. q v.* Coquantur in olla, colentur, add. ad ℔j. *Axung. Taxi* ℥v. *capon.* ℥ij. *canis* ℥iv. *Medull. bovin* ℥iv. *Ceræ* ℥iv. *R. ſin. pini* ℥vj. *Pingued. oſſium equinor.* ℥ij. *ſpir. ſulphuris parum*, Coq. in Unguentum poſt balneum inungendum; Eſt Expertum *Thurneiſeri ad contracturam artuum.* Vid. ejus *Herbar. p.* 44.

Sanguiſorba verò vel Sorbaſtella, quod ſanguineos fluxus ſiſtat, dicta, *Dodonæo* docente, ſuperficietenus quandam leviter odoratam & temperatam habet vim, quam in vinum dejecta deponit, *Saporem* & *odorem* hinc habet inſtar melonum aromaticum, ſed qui gluten quoddam in linguâ

in linguâ relinquit. Ex vi vocis autem & ſuffragio omnium Recentiorum, dicente *Sim. Pauli*, conſtat hanc Sanguiſorbam eſſe frigidæ, ſiccantis adſtrictorræ facultatis, unde ad alvi profluvia, dyſenteriam, menſes nimios cumprimis uſurpatur, imò ſunt, qui volunt, recentem manu compreſſam arctius & tam diu retentam, uſque dum incaleſcat, quaſcunque corporis ſanguineas excretiones ſiſtere. Unde & ejus abuſu dum Vino helluones id infundunt, capitis dolores oriri ex frigidâ ejus & ſiccâ temperie credit *Sim. Pauli*. Judicamus autem nos hanc ut Roſas partium eſſe tenuium ignearum & craſſiorum ob ſal terreſtrium, quibus prioribus id deterget, calefacit, ſiccat, attenuat, aperit, abſtergit, & ſudorifera eſt & ſanguinis depurativa, poſterioribus autem vulneraria eſt, mundificat & conſolidat vulnera, tam recentia quàm inveterata. Creditur & eſſe antidotus *Argenti vivi*. Utraque creſcit in ſaxoſis, & Junio uſque ad Auguſtum & Septembrem floret.

CICUTA & CICUTARIA, Wüterich: Caulem gerunt geniculatum, quorum decoctum potum, *Galeno* jam notante, parit ſtultitiam, & venenatū eſt, unde Athenienſes morte plectendos ſucco Cicutæ enecaſſe leguntur.

Cicuta major Martio collecta ſaporem habet acrem cauſticum cum ſale volatili arſenicali, petroſelinum mentientem, unde ſæpè coctæ ſunt Radices Cicutæ pro radicibus Petroſelini, & eo medentes mortui ſunt præviis ſpaſmis enormibus ceu variis obſervationibus hoc probat *Excell. D. D. Weſferus in Cicut. Aquat. Hiſtor. & Nox.* & *D. Jungius Dec. I. Miſc. Cur. Ann. IV. pag.* 107. Quare ſaltem *radix & folia externè* in lienis tumoribus impoſita uſurpantur; ut & in inflammationibus. Sumpta enim *intra corpus*, ut dictum, venenum eſt, propter vim arſenicalem, hinc apparet, non eſſe, ut *Dioſcorides* vult, ſummè *frigidam*, ſed ſummè *calidam*, ob ſal volatile acre efferum ſucco ejus involutum, hinc coctione dubio procul prius mitigavit Cicutæ radicem ille, qui *D. Ettmüllero* aſſeruit, ſe Cicutæ radice ad ℥j propinatâ ſcirrhos lienis & hepatis ſanaſſe. extus etiam in eodem morbo ſeq. fotus utiliſſimus: ℞. *Fol cicut. Mj. rad. bryon.* ℥iij. *fl ſambuc.* ℥j. coq. in *Aceto*. Obiter autem inde colligimus plurimas inutiles quæſtiones in Medicinam invexiſſe dogma illud, quo tantùm non omnes corporum operationes ad 4. primas ſic dictas qualitates, ut referantur, alloboratum fuit, dicente *Experientiſſ. D. D. Nic. Eglingero* §. 21. *Centur. Poſit. Anat. & Botanic.* Myrrhis cicutaria in aceto cocta, non minus quoque duros mammarum tumores emollit, teſte *Welſchio in Mictomem.* §. *LV.* Species ſunt Umbelliferæ foliis plurivariam diviſis ſemine ſtriato majore. Suntque

Cicuta major: Cicuta, Trag. Matth. Fuch. Dod Lob. Tab. Michelfeldæ ad ædes: & intra mœnia urbis propè portam Lapideam, ut etiam ad parietes

parietes hortorum inter ſuburbium novum & D. Johannis: nec non in via verſus Cliben.

Cicuta minor Petroſelino ſimilis: Petroſelini vitium, Trag. Cicutaria fatua, Lob. Petroſelinum caninum, Tab. Paſſim in areolis hortorum: & ſepibus circa vineas.

Cicutaria latifolia fœtida: Seſeli Peloponenſe, Matth. Cicutar. latifolia fœtidiſſ. Lob. Cicutaria fœtida, Tab. In fimetis.

Cicutaria paluſtris tenuifolia: Liguſticum ſyl. Trag. Cicutar. paluſtris, Lob. Tab. Juxta Moriſonium non eſt umbellifera propriè dicta, ob deficientem teſſeram *Umbellæ* debitam, quæ eſt ſummitas rotunda caulis faſtigio innixa, ex quo plurimi radii ex eodem centro orti ſuperficiem utplurimùm planam nunc convenam nonnunquam concavam conſtituunt, ex floribus ſæpius albis aliquando luteis, perrarò purpureis conflatum, quibus evanidis ſuccedunt, conſtanti naturæ ordine unicuique flori quinis petalis conſtanti bina ſemina ſimul juncta, cujuscunque ſemen ſit figuræ, pronâ parte quæ junguntur concava, ſupinâ convexa. *Umbella* verò *impropriè* talis dicitur, quæ quidem flores umbellarum more quinis petalis conſtantes ferre conſuevit, aſt ſemen non habet genuinum ſive binatim junctum. Michelfeldæ hæc creſcit.

SESELI, Waldkümmel: Umbellifera eſt planta, foliis *cicutæ* latioribus anethi umbellâ. Quoad vires calefacit, urinam movet, aperit: Siler montanum, ait *Welſch. Miſcell.* § XC VI. in Alpibus copioſum & eximium radice & ſemine pluribus adfectibus expertum multis aliis perferendum, nimirum ex ejus ſemine, fœniculi item apii, aneth. & petroſelini cum melle Electuarium paratur ad viſus imbecillitatem mirabile. Aſthmaticis prodeſt, concoctionem juvat, Theriacæ ingrediens eſt & plurium Formularum Sylvianarum ad incidendam pituitam. Vere & Autumno floret. *Species* ſunt;

Seſeli montanum Cicutæ folio ſubhirſutum: quod in Prodr. deſcriptum. In monte Waſſerfall in rupibus.

Seſeli Maſſilienſe fœniculi folio, quod Dioſcoridis cenſetur: Seſeli Maſſ. Dod. folio Fœnic. craſſiore, Lob. petræum, Tab. In ſaxoſis herbidis montis Crentzach: in ſylvis Hüningenſ. circa Michelfelden.

Seſeli pratenſe, Silaus forte Plinii: Seſeli pratenſe Monſpelienſium, Lob. Siler alterum pratenſe, Dod. Hippomarathrum 1. Tab. Eſt planta umbellifera foliis multifariam diviſis, ut ſupra Daucus & ſeq. In pratis montis Mutetæ, & aliis.

Seſeli pratenſe tenuifolium, ſive Daucus pratenſis tenuifolius: pro 2. in Prodr. deſcriptus. In pratis Michelfeldæ.

Seſeli Maſſilienſe ferulæ folio. Juxta alpes Toggenburgicas.

OENANTHE, quaſi flos vinoſus, Germ. Rehter Steinbrech: Et *Filipendula*, nominata à numeroſis illis & rotundis in radice capitibus, quę velut è filo quodam pendere videntur, viribus conveniunt, foliorum inciſuras & umbellam gerunt; Oenanthe creſcit circa paludes & aquas & cum vite viniferâ & æſtate floret; Cum vino data ſecundinas pellit, icterum ſolvit & urinas movet. Sic namque refert *Doct. Welſchius in Miſcell. Cur. Ann. IV. Dec. I. Miſcell. Cur. p. 36.* in Iſchuria Vinum quo radix Filipendulæ rubræ infuſa fuit, mira præſtitiſſe. Peculiariter autem de Filipendulâ refert *Sim. Pauli,* quod *pulv. rad ejus* ʒj. *in Decocto herbæ Dauci* fluxum album brevi radicitus ſanarit, multis aliis prius in caſſum adhibitis. Eſt

Oenanthe aquatica: & Lob. Oenanthe 4. Matth. Juncus odoratus aquatilis, Dod. Filipendula aquatica vel paluſtris, Tab. Eſt Umbellifera foliis plurifariam diviſis ſemine ſtriato majore. In pratis paludoſis Michelf.

Filipendula vulgaris, an Molon Plinii? Wildgarben: Filipendula Trag. Matth. Dod. Tab. & Saxifraga rubra. Oenanthe, Fuch. Lob. quamvis propriè non ſit Oenanthe, ſed umbellifera impropriè talis. In pratis montis Muteti verſus Mönchenſtein.

Filipendula alpina floribus pedicularis. Pulchra hæc herba in mont. Fracto & Gotthardo Junio florens reperitur.

Filipendula montana altera. Ad radicem Pilati montis, in humidis.

PEDICULARIS, Läußkraut: Ita dicta juxta *Bauhinum*, quòd à pecoribus inter pabula devorata ingentem *pediculorum* copiam procreet, dum fortè ovula Inſectorum velut nidus fovet, ut tandem intra corpus animalis fota excludantur. Egregiè namque Maurocordatus, ut eſt in *Interlocut. menſtr. Lipſ. Germ. menſ. Januar. 1692. p. 66.* monet, quod in Etymologiis ante omnia per aliquot characteres propoſita vocabula ſincerè examinari debeant, ad quam nempe linguam pertineant, quo conſtituto unicujusque dubiæ dictionis origo à propria lingua petenda ſit, id quod de Græca vocum Plantarum derivatione maximè intelligendum. *Folia* habet inſtar Filipendulæ, *criſtas* floribus refert, unde nomen Criſtæ Galli. Creſcit inter ſegetes & ad aquoſa prata; Junio & Julio floret. *Species* ſunt monopetalæ bicapſulares flore galeato ſeminibus compreſſis. Suntque

Pedicularis pratenſis purpurea: Pedicularis campeſtris prior, Trag. Pedic. Lob. Tab. cui & Ruta pedicularis: Fiſtularia, Dod. In pratis paludoſis Michelfeldæ.

Pedicularis pratenſis lutea, vel Criſta Galli: Criſta Galli herbariorum, Lob. Pedicularia lutea, Tab. Paſſim in pratis, potiſſimum ſiccioribus.

Pedi-

Digitized by Google

Pedicularis alpina filicis folio major.
Pedicularis alpina lutea.
Pedicularis alpina folio Ceterach. Hæ tres ſpecies in umbroſis montis Fracti proveniunt.

BARBA CAPRÆ, Geißbart: à florum figurâ, quæ barbam caprinam aliquo modo refert, nomen obtinuit. Ulmaria etiam dicta à ſimilitudine foliorum ulmi arboris, item Regina prati. *Saporem* habet acerbum, adſtringentem, ſiccantem, refrigerantem cum partium tenuitate, hinc refrigerat, ſudorifica & alexipharmaca eſt. Veteribus non fuit in uſu, ſed obinde ob particulas ſtringentes laxum Methodicorum egregiè domat, dum convenit in fluxibus omnis generis Diarrhœâ, Dyſenteriâ, Menſtruis, expuitione ſanguinis, phthiſi vulnera conſolidat. Paratur inde Emplaſtrum celebris noſtri Chirurgi *Felicis Würtzii*, quo *Pauli* teſtatur ſe vidiſſe vulnus veſicæ ſanatum. Aqua ulmariæ à *Williſio* multum extollitur pro ſcopo ſudorifero, unde ſuave vehiculum præbet pulverum diaphoreticorum; Phthiſicis etiam *Petrus Aſſelineus Venetus* notante *Velſchio in Miſtimem.* §. *LX.* ſalubrem expertus eſt, adeò ut & erret circa vim pyroticam Ulmariæ Tragus in *Herb. P. I. p. 95.* In febre petechiali Regina prati valet, v. gr. ℞. *Fol. reg. prat. ſcabioſ. card. ben. trifol. acetoſ. aa. M. j.* Coq. *in aq. font. q. ſ. Colat.* ℥*vj. ſolv. ſpir. vitriol. gut. vj. & parum ſacchari.* Species ſunt

Barba Capræ floribus oblongis: Barbula capræ, Trag. Barba capri, Fuch. Drymonogon 1. Tab. Eſt ex plantis ſiliquiferis corniculatis conceptaculis ſeminalibus ſiccioribus pluribus disjunctis uni flori ſuccedentibus. Circa Rubram domum ad Rhenum.

Barba capræ floribus compactis: Barbula caprina prior, Trag. Barbicapra, Lob. Regina prati, Dod. Ulmaria, Tab. Eſt ex herbis flore pentapetalo polyſpermis vel potius juxta *Ammanum* eſt umbella impropriè talis propter conformitatem, quam in foliorum diſpoſitione cum quibusdam umbellis habet, producens flores muſcarios ſubluteos & ſemina oblonga contorta in capſulis mucronatis circulariter diſpoſitis. In pratis humidis ad rivulos: & Michelfeldæ, Julio floret.

VALERIANA, Marien Magdalenen-wurtz/oder Baldrian: ſive *Nardus agreſtis*, Phu Græcorum, eò quòd radices cum quadam odoris gravitate *nardum* æmulentur, imò & viribus nardo ſimilis ſit, aut etiam angelicæ vel leviſtico, verùm quoad florum configurationem variat, Valerianæ enim *Species* ſunt herbæ flore perfecto ſimplici ſeminibus nudis ſive nullo præ-

ter perianthium vaſculo aut tegmine donatis ad ſingulos flores ſingulis: vel juxta *Ammannum* Valerianæ nota generalis eſt flos pentapetalos ſeu ſemen aceroſum vel papposum. Eſtque vel

Valeriana ſylveſtris major: Val. vulgaris, Trag. ſyl. Dod. Lob. Phu vulgare, Fuch. Tab. In ſylvis humidioribus, & dumetis.

Valeriana ſyl. major montana: Val. 3. Trag. montana, & 3. Tab. In ſylvis cæduis.

Valeriana alpina minor. In montibus Pyrenæis & Helveticis.

Valeriana paluſtris minor: Valer. exigua vel 4. Trag. minor ſyl. Lob. minima, Matth. In pratis Michelfeldæ.

Valeriana paluſtris media parum laciniata: 2. in Prodr. In pratis udis Michelfeldæ.

Valeriana alpina prima: quæ pro 3. in Prod. deſcribitur. In montis Waſſerfall ſaxoſis.

Valeriana alpina ſcrophulariæ folio, quæ 4. in Prodr. In monte Waſſerfall.

Valeriana campeſtris inodora major, Germ. Rebkreſſig / Lämmer-Lattich: Locuſta quibusdam, Geſ. Album olus, Dod. Phu minimum alterum, Lob. Lactuca agnina, Tab. Valerianella arvenſis præcox humilis ſemine compreſſo *Moriſon. Clar. Ammannus* & *Knauth* meritò hanc Umbelliferis accenſendam judicant, quia ſemen non ſingulare ſed binatim conjunctum compreſſum & parùm convexum profert. Inter Valerianellas autem refertur ob caulium, ramorum, foliorum & florum diſpoſitionem odore & ſapore cum iis convenientem. Paſſim in vineis. April. Pro acetariis.

Radix Valerianæ ſylv. odorem habet gravem, ſulphureum, *Saporem* verò aromaticum ſubdulcem, hinc calefacit & modicè ſiccat, alexipharmaca, ſudorifera & diuretica eſt; *Uſus præcipuus* eſt in Epilepſiâ puerorum & adultorum, teſte *Fabio Columnâ*, de quo in *Regn. Veget. part. I.* Lunâ deſcendente exhibita radix pedibusque applicata infantum convulſiones curat & *de collo ſuſpenſa* febri quotidianæ reſiſtit, in Aſthmate, Pleuritide & Obſtructionibus confert, ulcera inveterata (ulceraria eximia eſt, quæ tergendi vi maximè pollet, ait *Welſch. Miſtomim. III. 6.* LXXIII. ubi radix cum *Ol. Oliv.* tuſa in Vermiculatione aurium laudatur) mundat & viſum confortat, hinc German. *Herba Catorum* dicitur, eò quòd feles odore radicis ejus, quo eorum oculi roborantur, impensè delectantur, ceu obſervavi in Pulvere contra vertiginem *Excell. Wepferi*, quem præparare feci & dum ſcatula aperiretur, ille in terram decideret, quam perſentiens Catus mox accurrit & ad minimum pulviſculum penitus lingebat. Nimirum quòd animalia certis plantis delectantur, alias contrà adverſantur, effluviis hiſce adſcribendum, quæ ſenſoriè agrorum vel blandè demulcent, vel ex adverſo incon-

Digitized by Google

incongrua ipſis ſunt adeoque ingrata, ſic pariter fœniculum ſerpentibus. Ocymum ſcorpiis, muſtelis ruta, jucundiſſimæ ſunt; Ingratæ verò capris ocymum, formicis origanum, aconitum ſcorpiis, ſerpentibus ruta. Et ab his effluviis plures plantarum effectus commodè explicari poterunt.

DIVISIO PLANTARUM UMBELLIFERARUM
Juxta MORISONIUM.

Plantæ Umbelliferæ ſunt vel

- Propriè dictæ, eæque vel
  - Piliferæ, ut Libanotis Cachryfera.
  - Semine ſtriato donatæ eæque vel
    - Foliis ferulaceis aut fœniculaceis, quæ ſunt vel ſemine
      - craſſiore & longiore, ut *Fœniculum, Cuminum, Meum athamanticum.*
      - breviore & minore, ut *Meum ſpurium, Bulbocaſtanum, Saxifraga Pannon. Viſnaga.*
    - Foliis lobatim, pinnatim diſpoſitis eæque vel
      - majores, ut *Leviſticum, Siler, Angelica, Imperatoria, Smyrninum.*
      - minores, ut *Siſarum, Pimpinellæ ſaxifraga, Sii genera.*
    - Medio modo ſe habent, foliis plurifariàm diviſis, eæque vel ſemine
      - majore, ut *Seſeli, Cicuta, Oenanthe, Crithmum.*
      - minore, ut *Ammi, Apii ſpecies, Carvi, Aniſum, Pyrethrum.*
    - Foliis quid peculiare referentibus, ut *Perfoliata, Bupleurum.*
  - Semine alis foliaceis cincto donatæ, ut *Laſerpitium.*
  - Semine alâ foliaceâ cincto donatæ, ut *Thapſia.*
  - Semine villoſo ſeu hiſpido donatæ, ut *Paſtinaca tenuifolia, Daucus* ſeu *Carota* vel *Sativa* alba, lutea, rubra, vel *Sylveſtris,* vel *Cretica.*
  - Semine echinato ſeu aculeato, ut *Caucalis major* & *minor.*
  - Semine membranaceo ſubrotundo compreſſo idque vel
    - Foliis ferulaceis, ut *Ferula, Panax Aſclep. Anethum, Peucedanum.*
    - Foliis lobatis, ut *Sphondylium, Paſtinaca latifolia, Tordylium*
    - Foliis intermediis plurifariàm diviſis, ut *Oreoſelinum, Libanotis nigra, Seſeli paluſtre lacteſcens.*
  - Roſtratæ ſemine ſtriato, ut *Myrrhis annua, perennis, Cerefolium, Scandix.*
  - Teſticulatæ, ut *Coriandrum.*
- Impropriè dictæ, ut *Valeriana* pappeſcentes, *Valerianella, Pimpinella ſanguiſorba, Filipendula, Barba Capræ, Thalictrum.*

CAPUT VII.

De Solano, Hyoſcyamo, Papavere, Pulſatillâ, Ranunculo, Aconito, Doronico, Helleboro, Gentianâ, Plantagine, Pyrolâ, Nymphæâ, Aro, Tuſſilagine, Lappâ, &c.

SOLANUM, Nachtſchatten/ Στρυχνὸς Græcis, quaſi Sulanum, ſuibus conferens; Eſt planta narcoſin inducens, id tamen quod univerſaliter haud verum eſſe *Excell. Ammannus Charact. Plant. p. 149.* exemplo tartuffi & capſici, quibus veſcimur & baccarum herbæ Paridis vi alexipharmacâ præditarum ſiſtit. Ejus occurrunt varia genera, quæ omnia ſunt Herbæ Bacciferæ foliis minus nervoſis fructu vel racemoſo vel ſingulari, v. g. in ſequentibus ſpeciebus:

Solanum officin. Solatrum vulgare, Trag. Solanum hortenſe, Matth. Fuch. Dod. Lob. ſativum, Tab. Paſſim in fimetis: foliis magis minúsve laciniatis: in arenoſis Michelfeldæ vix palmum excedit. Julio & ſeq.

Solanum veſicarium, Judenkirſchen/ Schlutten: Solan. Halicacabum, Trag. Matth. Lob. Halicacabum vulgare, Fuch. Alkekengi officin. Intra mœnia ad D. Albanum: in dumetis circa Brüglingen: & vineis montis Muteti. Junio.

Solanum μελανοκέρασος: Solanum hortenſe nigrum, Trag. Mandragora Theoph. morion, Fuch. Solan. majus, Matth. ſomniferum, Lob. lethale, Dod. Circa Auguſtam Rauracorum.

Solanum quadrifolium bacciferum, Einbeer: Aſter, ſed non Atticus, Trag. Herba Paris, Matth. Dod. Aconitum Pardalianches, Fuch. Solanum tetraphyllon, Lob. item Solanum monococon tetraphyllum Moriſon. Aconitum ſalutiferum, Tab. In montis Muteti & Mönchenſtein, & Reichenſtein umbroſis provenit: & cùm primò prodit, folia tria, poſtmodum quatuor, quandoque quinque habet. Aprili.

Solanum ſcandens ſeu Dulcamara, Hirſchkraut: Dulcis amara, Trag. Vitis ſyl. Matth. Dulcamara, Dod. Amara dulcis, Lob. Tab. Hinc inde ad rivulos in pratis: & Michelfeldæ in aquis. Junio & ſeq.

Solanifolia Circæa dicta major: Lappa ſyl. Trag. Circæa Lutetiana, Lob. Herba D. Stephani, Tab. In alneto ad Wieſam copioſè: & aliis locis uliginoſis, atque cœmiteriis.

Solani-

Solanifolia Circæa alpina. In monte Waſſerfall.

Magnâ præcautione in horum adminiſtratione opus eſt. Solanum Officinale Saturnina planta eſt, anodyna, unde vim habet externè applicata ad Eriſypelas delendum, item dolorem capitis in febribus ardentibus ſi capiti alligetur, qualiter & æſtus febriles mitigat. Valet & in Cancro exulcerato ad progreſſum ejus ſiſtendum, ſi folia in mortario plumbeo tundantur & applicentur. De Solani ſylv. furioſi baccar. Infuſo & parato etiam inde Syrupo ſatis grato referunt *Excellent. Hannemannus* & *Geſnerus*, quòd Dyſenteriam feliciter curent, fluxum ejus enormem ſiſtant, dolorem demulceant ac etiam malignitatem in ſudorem reſolvant. Verùm tutiora medicamenta alii expetentes illud non facile in uſum trahunt. Vid. *Excell.* D. D. *Schrök. in Schol. Miſcell. Curioſ.* Solanum hocce manicum ſeu Belladonna reperimus prope celebre Monaſterium Murenſe in Helvetia. Vid. *Johan. Matth. Fabri Tract. ſingularis de Solano hoc ſub nomine Strychnomania conſcript.* Si *Mercur vit. vel ſublimat.* addito *pulvere ſcoriar. reg. antim. in aqua ſolan. & plantag.* miſceatur, ulcera maligna egregiè ſanabuntur.

Solanum veſicarium ſeu Alkekengi ob ſuccum nitroſum amaricantem diureticum eſt, & lithontripticum, Icterum curat & coagulationem ſanguinis per urinas eliminat. *Foreſtus* Trochiſcos de Halicacabo meritò pro præſervativo calculi extollit, & ſi Opium admixtum ſit, in doloroſis hiſce urinariis affectibus laudat. Hinc & *Deckerus* ex iis Laudanum urinarium optimum remedium paravit, criſpaturam renum convulſivam leniens.

Solanum quadrifolium bacciferum ſeu *Herba Paris* ut Solanum officinarum inſignem vim habet in edomando cancro occulto, dum folia contuſa in mortario plumbeo imponuntur. Baccæ tum in Decocto tum cum fuligine in formâ cataplaſmatis extus bubones peſtilentiales maturant, ſuccusque expreſſus epiphoras & ophthalmias certò ſanat. *D. Etzlerus Iſag. Phyſ. Mag. p.* 8. refert phyſiognomiam hujus herbæ teſtari eam peſtis tempore, pro amuleto appenſam maximè conducere, item hac herba & aliis Saturninis cum martialibus junctis Cacomagos diſcordiam & rixam inter conjugatos excitare; Saturnus enim ſpiritualis & antipathicus Veneris hoſtis eſt, Venus autem amori præeſt, quare Saturnina Martialibus juncta conjuges ſpiritualiter erga ſe invicem intoxicant. Talibus Saturninis herbis Judæos Anno 1322. in totâ Galliâ fontes intoxicaſſe refert, *cit. Etzlerus*, addito ſanguine humano ut facilius venenum eorum in corporis penetralia ſe inſinuet. Legatur *D. Salom. docta Præfatio* in *Bibliothec. Chym.* Pariſiis edita.

Dulcamara ſerum hydropicorum potenter movet & eliminat & extus juxta *Sebizium* impoſita mammarum tumores duros emollit. Huc & ſpectat

Digitized by Google

ſpectat vel ex voce Germanicâ Mirabilis Peruviana Schweigerl:ſen ob florum varietatem dicta, cujus radix Jalappam omnino imitatur, ut credibile ſit unam eandemque plantam eſſe.

HYOSCYAMUS, Bilſenkraut: *Vulgaris* vel *niger* dicitur *Faba ſuilla* vel *porcina*, quòd apri ejus paſtu convellantur & reſolvantur præſenti mortis periculo, niſi aqua copioſa ſtatim foris ac intus ſe proluerint, item Altercum, quòd ſumptus mentem alterando altercari faciat, ut ex radicibus per errorem comeſtis obſervavit *D. Schultzius Dec. I. Miſcell. Cur. Ann. IV. p.134. Odorem* habet ſulphureum, gravem, narcoticum fermè ad inſtar *Mandragoræ* ſenſus turbantem, hinc Radix & Semen addita gargariſmatibus dolorem dentium ſedant, certo experimento. *Saporem* ad ſenſum quidem refrigerantem ut & emollientem ſed ſtupefacientem habet acrimoniam mitigantem, parum oleoſum, unde & viſciditas quædam circa flores reperitur. *Internus* ejus uſus noxius eſt: *Exhibetur* tamen ad hæmoptyſin curandam, ſi juxta *Ettmüllerum* ſemen miſceatur *Conſervæ roſar. rubr.* & addatur *ſem. papav. alb Corall. rubr. Terr. ſigill. Externus* uſus in tumoribus calidis in Veneficiis (ſi fumus toto corpore excipiatur teſte *D. Hünerwolf. in Ann. IX. Miſc. Cur. Ann. IV. pag. 167. Eph.*) in Gangrænâ ex hydrope (ſi cum *Solan. fl. ſambuc. ſem. pſyll. lini, fænograc. & ſperm. ranar.* coquatur) in *Podagrâ*, in *Odontalgiâ*, præcipuè à vermibus exortâ ſi aut ſuffitus inſtituatur vel in lacte coctus applicetur, qualiter & ſtomacho dolenti & colicæ medetur. Paratur inde *Oleum* per expreſſionem, quod temporibus illitum ſomniferum eſt. Emplaſtrum exinde fieri anodynum diximus in *Select. Remed. è III. Regn.* ex ſucco nimirum foliorum & oleo ſeminis expreſſo cum cerâ & terebinthinâ ſubacto egregium dat emolliens pro tumoribus duris. Creſcit ubique in ſabuloſis, Julio floret. Eſtque

Hyoſcyamus vulgaris vel niger: Hyoſcyamus, Matth. niger, Dod. Lob. flavus, Fuch. Hyoſc. 2. Galeni, Trag. primus, Tab. Eſtque herba flore monopetalo 5. inciſuris veluti in totidem petala diviſo, vaſculo bicapſulari, operculo tecto cylindraceo, duro 5. apicibus pungentibus armato, pronâ parte convexo, ſemina nunc nigra nunc ſubruſa nunc alba habente. In fimetis extra portam S. Johannis copioſè: & Michelfeldæ ad caſas.

PAPAVER SYLVESTRE & ERRATICUM, Wilder Maaſaamen/ Kornroſen: Papaveris nomen à papâ (vulgò pappa) puerorum cibo nomen habet, quibus olim indebatur, prout & *Gaſſendus* refert ſe quoſdam noviſſe, qui ſemen papaveris albi in ſanitatis uſum compinſebant panibus, & *D. Mathiolus* teſtatur gentes Alpinas in Italia eo in placentulis miſto veſci;

Erraticum

Erraticum verò *rhœas* dicitur à ῥέω, fluo, eò quòd flos ſtatim defluat, citò tamen rurſus alii enaſcantur, ut de illo meminimus, quod ſingulis manè novos quamplurimos protruſit in *Regn. Veget. P. I.* Notæ Papaverum autem ſunt florum petala ampla, fugacia, quibus ſuccedunt capita coronâ ſtellatâ tecta, pro cujus radiorum numero totidem intus ſeminum innumerorum rugoſorum cernuntur cellulæ; Folia ſunt vel majora integra, ut in Papavere ſativo, vel diſſecta minora flore aut majore, ut in Papavere rhœade vel minore & in nonnullis ſpeciebus capitulis hiſpidis, ut in Argemonis dictis mox ſequentibus. *Rajus* pro Papavere ſiliquoſo habet Papaver corniculatum, verùm ex attentâ illius conſideratione ut in horto Pharmacopolæ Lugdunenſis & noſtro crevit, non pro Papavere ſed Chelidonio potius, ceu cujus folia omnino habet, cenſeri meretur. Papavera autem ſucco lacteo amaro nauſeoſo ſcatent, qui ſapor à Sulphure narcotico ſeu particulis luciditatem ſpiritûs vitalis obnubilantibus tenuitatemque ejus & mobilitatem inviſcantibus & ſubjugantibus dependet, quod tamen longè mitius eſt in Rhœade. Signatura capitum eorum capitis morbis prodeſſe ea arguit, prout & ille Romanus capitum horum diſciſſione in horto alteri adſtanti innuebat ut Capita ſeu Primates neci daret, nimirum ob vim ſiſtendi motus ſpirituum iiſque velut lora & funes injiciendi ſoporem conciliant, & ſenſum doloris auferunt, humores acres inde temperant, adeò ut ſint uſûs eximii in diarrhœâ, dyſenteriâ, catarrhis, tuſſi, &c. id quod maximè præſtat Opium in Turciâ ex diſſectione leni Papaveris ſativi, poſtquam capita produxit, collectum, de cujus Vi diximus in *Select. Remed. è tripl. Regn.* Cautè illud non minus ac ſemen Papaveris albi in morbis acutis dandum eſt, quia vim ſpirituum ſequeſtrativam impedit, adeoque materiæ peccantis ſeparationem & ſanguinis depurationem ſiſtit, prout aliàs illud in potu datum fluxus alvi & mulierum ſiſtit, & radix cum melle roſaceo data Incontinentiam Urinæ curat: Flores Papaveris rhœadis quadrifolii colore ſaturatione rubro conſpicui ſignaturâ quoque monſtrant eos igneum ſpirituum fervorem compeſcere poſſe, maximè quia odorem nonnihil viroſum unà ſpirant, hinc namque refrigerationis effectum deſe edunt, ſomnum conciliant, doloreſque & Inflammationes tam externas quàm internas ſanant, quare ſpecificum ſunt in Pleuro-Peripneumoniâ, v. g. in ſeq. Pulvere Quercetan. Pharm dogm pag 307. ℞. *Pulv. flor. papav. rhœad. Corall. rubr.* ℨj. *Sal. prunell.* ℈ij. *Ocul. cancr.* ℨj. *Sacchar. viol.* ℨij. miſc. F. Pulv. Doſ. ℈ij. ſuperbibendo *Aq fl papav rhœad.* Vel fiat Mixtura cum *Aq. & Syrup. fl. papav. errat.* additis ſpirituoſis volatilibus *ſpir.* C. C. *ſal. armon. Mand. luc. piſc. ſang. hirc. ppt. Raſ. dent. apr.* Eleganter verò docet *D. Hulſe* Aquam ejus deſtillatam colore phœniceo tingere, quatenus cùm aqua inter deſtillandum in vas recipiens incipit defluere, ſublato

M Alem-

Alembici capitello in ejus roſtrum florum manipulus immittitur, qui ob humorem roridum roſtri lateribus adhæreſcentes ibidem manebunt, ſi verò reponatur dein capitellum, aqua deſtillata elegantem Rubini colorem contrahet; Et hoc modo etiam aliæ Aquæ deſtillatæ cum floribus tingi poterunt. Suntque

Papaver erraticum majus: ῥοιάς. Dioſc. Theoph. Plin. Papaver errat. Matth. Dod. Tab. erraticum 1. Fuch Rhœas vel flore caduco phœniceo, Lob.

Papaver erraticum minus: Papaver erraticum alterum, Fuch. Dod. erraticum minus, Tab. Argemone exigua & 2. Trag. Utrumque inter ſegetes paſſim.

Papaver ſpontaneum ſylveſtre ſeu vulgare.

ANEMONE, Anemönlit / ἀπὸ τ̃ ἀνέμου, quòd flos tantùm vento flante aperitur; ceu Ovidius in Metamorph.

- - - *brevis eſt tamen uſus in illis:*
Namque malè hærentem & nimiâ levitate caducum
Excutiunt iidem, qui perflant omnia, venti.

eſt autem herba flore pentaptalo, foliis ferè ranunculi, unde & *Ammanno* eſt potiùs ranunc. nemoroſus flore majore vel ranunculus phragmites. Eſtq; vel

Anemone nemoroſa. Weiß oder Liecht-roht Waldhänlein: Ranunculus candidus, Trag. quarta ſpécies, Fuch. Anemone 5. Dod. Ranunculus nemoroſus, Lob. Tab. Flore eſt candido, aut ex purpura rubente, modò intenſiore colore, ſubcæruleo, carneo, roſeo. Paſſim in ſylvis, ut in nemore Wilenſi ad Novam domum, & alneto ad Wieſam.

Anemone alpina alba minor. In Helvetiâ & Auſtriâ.

Suntq; *Partium* tenuium, *ſaporis* acris, inſtar ranunculorum ingrati, herbacei: hinc attrahunt phlegmata & mundificant, ſpiritum incitant pro variâ ejus pro varietate ſubjectorum conſtitutione, id quod & de aliis plantis eſt intelligendum, prout inquit *Helmontius Imago Ferm. §. 26. p. m 72. Unus panis ab homine, cane, equo, vaccâ, ave, piſce, adeoq; genere diſtinctis, conteritur totidem fermentis ſpecificis ac acidis. Cluſius* bene notat Species hortenſes non minus variare ac Tulipas aut Irides.

ARGEMONE, Rohte Chamillen: Sic dicta, quòd ἄργεμα & nubeculas oculorum tollat. Convenit juxta *Ammannum* in multis cum papavere præcipuè ſylveſtri, dum ſuccum fundit lacteum & florem gerit tetrapetalum, cui ſuccedit ſiliqua multicapſularis cum operculo radiato.

Argemone alpina lutea, Biſmurz. In monte Sneberg Auſtriæ quâ parte ex pago ejuſdem nominis adſcenditur reperitur, item in montibus Sneberg & Valleſianorum Gletſcheris.

PUL-

PULSATILLA, Kuchenſchell / Bißwurtz: Eſt genus anemones, & hinc etiam propè ranunculos diſponenda; Extra dubium enim eſt, ait doctè *Excell. Rivinus* in magnifico opere *Introduct.* ſcilicet *gener. in Rem Herbar. p. m.* 30. Plantam cognoſci à partibus ſuis (vide ſupra *Cap. I.*) & quidem non aptius quàm ſi primùm flores, dein ſemina, tandemque folia, radices & ſi quæ ſunt alia examinentur probè, videlicet ex inſpectione florum apparet, illicò ad quem ordinem, h. e. ſummum genus pertineat hæc vel illa planta; ex inſpectione fructuum addiſcimus genus cuique proximum: ex inſpectione foliorum, radicum, &c. differentiam ſpecificam. Quòd verò Pulſatilla ad Anemones ſit referenda, patet conſpicuè ex Pulſatillâ polyanthe violaceâ Anemones folio Breynii quam Monſpelii in horto *D. Magnol* cum *D. Sloane Anglo* vidi. Vocatur & aliàs *Herba Venti*; quòd ſeminum tremuli pappi leviſſimo flatu huc & illuc agitentur Junio & Julio. *Species* ſunt plantæ hexapetalæ, juxta *Ammannum*, cujus flori deciduo ſuccedunt plurima ſemina ſimul juncta verſus ſummum caulis faſtigium, à quorum ſingulis villoſa cæſaries ſive corona incaneſcens proſilit. Eſtque in noſtris oris & Helvetiâ

Pulſatilla folio craſſiore & majore flore: Herba venti, Trag. Pulſatilla, Matth. Dod. Tab. vulgaris, Lob. Anemone ſyl. Fuch. In monte Crentzach primo Vere.

Pulſatilla folio tenuiùs inciſo & flore minore, ſive paluſtris: in Prod. primo loco deſcripta. In pratis Michelfeldæ.

Pulſatilla apii folio vernalis flore majore & minore.

Pulſatilla flore albo ſeu anemone alpina Geſneri in Deſcript. montis Fracti.

Pulſatilla lutea alpina hiſpidior.

Pulſatilla alpina flore acaulo minore non deſcripta. In monte Fracto omnes reperiuntur.

Temperata Radix eſt, acris tamen, calida & ſicca, Venenis & peſti reſiſtit & *Alexipharmaca* cenſetur, dum partibus ſuis tenuibus & mobilibus ſudorem elicit.

RANUNCULUS, Hanenfuß: Ranunculorum nota characteriſtica non eſt vis cauſtica, ſed quòd habeant florem ex quinis foliolis conflatum quem ſequitur capitulum compactum ex ſeminibus compreſſis & acutis, imò hæc nota per omnia in omnibus reſpondet. Quoad folia verò apio ſimilis planta eſt, Ranunculusq; dicta, quòd *ranarum* more humidis limitibus & opacis marginibus lætetur. Ob *acerrimum* ſaporem cum ſiccitate junctum, linguam urendo mordicat, hine *veſicatorium* eſt & partes cum dolore

exulcerat, id quod præprimis de Ranunculo nemoroſo laudat *Exc. D. Jac. Wolfius Dec. II. Ann. VIII. Miſc. Curioſ. p. 352.* dum non ſolùm recens leviter tuſus, verùm etiam quovis anno collectus aridus aſſervatus & poſtea inciſus vel leviter contritus & madefactus Spiritu Vini magnitudine groſſi ope faſciolæ loco carnoſo applicatur, ſic enim in Odontalgia brachio è directo lateri oris affecti impoſitus certiſſimè conducit, & Gravidas hoc modo detentas præ Cantharidibus tutius ſolatur: Ob eandem cauſticam Vim curat & clavos pedis & verrucas, ſi *radix & folia* contuſa ſupponantur, verùm cautè ſic adhibenda, quia habent igneam qualitatem & cauſticâ vi Spiritus in motum furioſum concitant & fibras nimis divellunt, ut etiam lipothymia & gangræna ingruat, de quo vid. *D. Muralti Obſ. Chirurg.* præcipuè illam de Clavo pedis mortem inde inducente à nobis inſertam. Intus Infuſum ejus in Ictero laudari à *Gabelkofero in D. Muralti Hippocrate Helvet.* diximus. Proſperi Alpini arcanum fuiſſe in ſcabie ſuccum foliorum Ranunculi tenuifolii expreſſum & cum adipe illitum refert *Welſch. in Miſtom. Sect. III. §. XXVII.* Fuit, ait *Idem §. LXXVII.* qui nobis Patavii dejeravit in Ranunculo nemoroſo fl. albo ſibi vim narcoticam cognitam & expertam eſſe, quâ febres etiam diaphoreſi perſanet; unde & tanto minus Ranunculi uſum internè reformidat *Welſchius*, quòd & allia & alia cauſtica intus aſſumantur. *Species* ſunt plurimæ in noſtra patria. quò primùm etiam refertur

Adonis ſylv. flore pallido foliis longioribus. Anemone agreſtis Trag. Adonis fl. echino 2. & 3. inter ſegetes. Adonium lut. Tab. In arvis ante portam S. Albani inter fruges. Majo. Mentionem ejus facit *Ovid. X. Metam.*

Ranunculus nemoroſus luteus, Gelbe Waldhänlein: & Lob. Tab. Ranunc. ſylv. alterum genus, Trag. 4. ſpecies lutea, Fuch. Anemone 6. Dod. In nemore circa Novam domum & alneto prope Wieſam. Martio & Apr.

Ranunculus nemoroſus vel ſylvaticus folio rotundo, Wilder goldgelber Hanenfuß: Ranunculus dulcis, Trag. Ranunculi 1. ſpecies, Fuch. auricomus, Lob. Ranunc. dulcis nemorum, Tab. In dumetis & ſylvis humidioribus ad Wieſam, Novam domum, & alibi.

Ranunculus nemoroſus Muſcatellina dictus: Ariſtolochiæ rotundæ concavæ ſimilis, Trag. Moſchatella, Cordo. Ranunc. minimus Septentrionalium herbido muſcoſo flore, Lob. Fumaria bulboſa tuberoſa minima, Tab. In dumetis ad Novam domum copioſè, & verſus Riehen.

Ranunculus pratenſis erectus acris, Brennender Mattenhanenfuß: Ranunc. luteus, Trag. pratenſis ſurrectis cauliculis, Lob. Ranunc. hortenſis 2. Dod. ſylv. & 2. Tab. In pratis humidis: ſic in pratis circa patibulum Novæ domus foliis in umbilicò maculatis, & hic, Ranunc. altera ſpecies maculis notata, Trago. Majo.

Ranunculus pratenſis repens hirſutus, Süſſer haarichter Hanenfuß: Ranun-

Digitized by Google

Ranunculus pratenſis repante cauliculo, Lob. Ranunc. hortenſis 1. Dod. vinealis,ſeu dulcis 6. Tab. Paſſim in pratis aliquando in agris & vineis Majo.

Ranunculus pratenſis radice verticilli modo rotundâ, Kleiner Hanenfuß / St. Antonis-Rüblein: Ranunc. exiguus & 1. Trag. 5. Matth. minor, Fuch. Tab. bulboſus, Lob. tuberoſus, Dod. In pratis & cœmiteriis, in ſaxoſis vix duarum, triúmve unciarum reperitur. Majo & Junio.

Ranunculus pratenſis radice verticilli modo rotundâ flore pleno acaulos. Non deſcripta eſt hæc planta. *Excell. D. D. Muraltus* reperit circa oppidum Liechſtal prope Baſileam.

Ranunculus arvenſis echinatus: Ran. hortenſis altera ſpecies, Fuch. ſyl. 3. Dod. arvorum, Lob. arvenſis, Tab. Inter ſegetes.

Ranunculus paluſtris Apii folio lævis, Waſſerhanenfuß: Apium aquaticum, Trag. Ran. 1. Matth. aquaticus, Fuch. Ran. paluſtris rotundiore folio, Lob. paluſtris, Tab. In humidis Michelfeldæ. Majo & ſeq.

Ranunculus longifolius paluſtris major, Langer Waſſerhanenfuß: Lingua Plinii, Lugd. Ranunc. lanceolatus major, Tab. In paludibus Michelfeldenſibus. Junio.

Ranunculus paluſtris ſerratus: Flammula ranunculus folio ſerrato, Dod. Ranunc. aquaticus anguſtifolius ſerratus, Lob. Ranunc. lanceatus ſerratus, Tab. In alneto & Michelfeldæ in pratis. Julio.

Ranunculus montanus foliis plantaginis. In alpibus Helveticis & Pyrenæis.

Ranunculus hirſutus altior.

Ranunculus aconiti folio flore albo majori.

Ranunculus aconiti flore globoſo.

Ranunculus alpinus humilis rotundifolius flore majore. Omnes in monte Fracto, Schelenino & Criſpalto proveniunt.

Ranunculus montanus ſubhirſutus latifolius. In humidis montis Muteti.

Ranunculus nemoroſus Thalictri folio. In monte Fracto prope Caſam quæ dicitur die Roſtecker Alp.

NAPELLUS, Eiſenhütlein: Napellus planta eſt foliis quinis ex unius pediculi apice prodeuntibus, pentaphylli modo, iisque anteriori parte diviſis, & averſa ſubalbicantibus: caulem edit bicubitalem, ſubrubentem, fragilem, ſtriatumque, in cujus faſtigio flores ſpicati purpurei poſt expanſionem lamii flores æmulantes. Hos ſequuntur corniculatæ ſiliquulæ, ſurſum ſpectantes, ternæ ex uno tantùm pediculo exorientes, in quibus ſemen concluditur nigrum, ac minutum. Radice nititur turbinata, vulgaris rapunculi modo, ſubnigricanteque, à qua numeroſæ oriuntur

fibræ adeò invicem contextæ, ut retis ſpeciem referant. Naſcitur in monte Criſpalto ubi eam reperit *Exc. Wepferus*. Excalfacit cum acrimoniâ cauſticâ: eſt enim tota planta pernecabilis admodum ob ſal volatile acerrimum (quo dempto vis ejus roborandi ut in helleboro & aliis obtineri poterit) ſed radix cæteris partibus atrocior, adeò ut manu aliquandiu retenta, quouſque concaleſcat, tenentem perimat. Quin etiam paſtores necatos ſe ſcire refert *Mathiolus*, qui aſſandis aviculis, Napelli caule pro veru temerè uſi ſunt. Napelli vis, inquit, in necandis hominibus adeò immanis, ſævaque exiſtit, ut nullis ferè antidotis occurri poſſit, niſi quàm primùm, & ſtatim ſuccurratur, quod tamen Aconitum ſumentibus non evenit. Hujus immanitatem ſe vidiſſe *Mathiolus* refert Romæ anno à Chriſto nato 1524. menſe Novembri in Capitolio, Clementis VII. Pont. max. anno primo. Nam cùm decreviſſet experiri olei cujusdam præſtantiſſimi vires, quod Gregorius Caravita Bononienſis Chirurgus tunc Præceptor ejus, contra deleteria medicamenta, & venenoſorum animalium quorumcunque morſus paraverat, juſſit Pontifex venenum dari duobus latronibus, quos leges damnaverant, quo ſuorum facinorum pœnas luerent, laqueo vitam finire, ut in iis olei hujus experimentum fieret. Horum alterum, qui plurimum Napelli ſumpſerat, dulciariis panibus commiſtum, Pontificii medici ſtatim oleo inungendum præbent, qui poſt tertium diem ſæpius oleo perunctus evaſit incolumis: quanquam non ſine magna formidabilium ſymptomatum acceſſione. Alterum verò, cui longè minus venenati panis exhibuerant, oleo inungi vetant, ut aſſumpti veneni effectum, ſævitiamque cernerent. Id quod illis rei exitus facilè comprobavit: quandoquidem paucis pòſt horis obiit infelix, iis omnibus incommodis, cruciatibus, & ſymptomatibus correptus, quæ ab epoto Napello provenire ſcribit Avicenna. Vidit id etiam Pragæ Metropoli Regni Bohemiæ, Anno 1561. Menſe Decembri in Latrone quodam ſuſpendio damnato, cui Napelli radix à carnifice data eſt drachmæ pondere rhodoſaccharo excepta, Cæſareis Medicis præſentibus, ut antidoti famoſi cujuſdam vires exploraretur, an contra Napellum id præſtaret, quod antea in altero damnato, qui Arſenici drachmas duas ebibit, efficaciſſimè præſtiterat. Lubens itaque voravit ille lethiferum Napelli pharmacum, utpote qui non ſolùm ſibi conducibilius cenſebat, veneno in carcere necari, quàm laqueo publicè in patibulo ſuſpendi, ſed quod etiam ſperaret ſe à Medicis ſervari poſſe. Interim tranſacta jam ſeſquialtera hora, cùm nihil ſymptomatis appareret, verebamur omnes, ne fortaſſe in Bohemia algidæ regionis cauſa, Napellus venenoſus naſceretur, aut quòd ipſa radix ſucco deſtituta, ob editos jam caules, flores & ſemen, nihil operaretur. Quo factum eſt, ut alte-

ut alterum illi pharmacum propinatum ſit, ex ejusdem Napelli caule, fo- »
liis, floribus, & ſemine paratum. At ibidem duabus adhuc horis Me- »
dicis bene obſervantibus, miſero illi mali prorſus nihil acceſſit. Reduci- »
tur ille ad carceres, abeunt cæteri, & eum ſoli totum committitur nego- »
tium. Hora tranſacta carceris cuſtos me admonet, illum jam ægrotare. Ego, »
ait ille, ſtatim adſum, audioque ipſum de univerſi corporis laſſitudine ul- »
ceroſâ, imbecillitate magnâ, & cordis gravedine conqueri: tunc itaque »
quamvis audacter ſatis loqueretur, nullo ſanè mentis incommodo, & vi- »
vidis me intueretur oculis, cùm tamen frontem inſpicerem frigido ſudo- »
re madentem, & arterias jam ferè obdormiſcere, antidotum propinari ju- »
beo, quo epoto illico inverſis oculis, atque ore in latus diſtracto, capite- »
que in ſcapulas rigente, ingenti admodum animi deliquio correptus eſt. »
Itaque totus collapſus decidiſſet in terram, niſi à carceris cuſtode retentus »
eſſet. Jubeo interim cum vino irrorari faciem, & anterioribus capillis »
excuti. Quo ingenio ſtatim revixit, emiſſis interim per ſedem excremen- »
tis. Poſthac jubeo illum jacere ſuper ſtraminibus ibi ad hoc paratis, ut »
quid inde ſequeretur, animadverterem. Ille verò de frigore conquerens, »
paulò poſt putrida, bilioſa, & livida quædam vomitione rejecit, quâ ſe non »
parum adjutum fatebatur. Interim ſe ad ſiniſtrum convertit latus, ac ſi »
dormire vellet. Prohibeo ne dormiat. Dum hæc aguntur, nullo alio »
exorto ſymptomate, tandem obmutuit, & obiit ſimul, livida facie ac ſi la- »
queo ſuſpenſus. Hæc *Mathiolus*. Vid. *Excell. DN. Doct. Wepfer. Cicut. Aquat.* »
Huc ſpectat

ACONITUM, Wolffswurtzel/Narrenkappen: Quoniam in nudis caulibus, quas *aconas* nominant, naſcatur, dictum, planta itidem *venenata*, unde Aconita ſumuntur pro venenis ſimpliciter, ut: *Miſcent aconita noverca*, Virg. Et fertur de Calpurneo, quod Romæ ſucco genitalibus affricto liquore Mulieres interfecerit, ut ſic diteſceret. *Ranunculo* affine eſt, diviſum enim in partes folia poſſidet, *colorem* obſcurè virentem ſupra infra albicantem habentia, *flores* ejus è flavo vireſcentes in ſpicâ poſiti ſunt, vel ut *Ammannus* loquitur *initio Canon*. Aconitum habet florem cucullatum, quo deciduo prodeunt ſiliquæ membranaceæ quaternæ, quinæ, trinæ, (unica etiam interdum pro aconiti genere) multa anguloſa, ſubrotunda, aſpera, rugoſa, minuta ſemina nigri vel rufi coloris continentes. Species ſunt

Aconitum lycoctonum albis pallidisve floribus: Aconit. ſextum, Cam. an Acon. *6.* ? Matth. Lugd. Tab. In montis Muteti umbroſis humidis.

Aconitum lycoctonum luteum. In monte Lunæ ſupra thermas Fabarias.

Aconitum cæruleum, ſeu Napellus primus. In monte Waſſerfall copioſè provenit. *Welſchius* in horto ſuo prope eum conſerit Antiphthoram

ram figurâ foliorum & florum ſimilem dictam, verùm magis humilem & ſubviridulo obſoleto colore, unde magis hypophthora dicitur.

Aconitum racemoſum: an Actæa Plinii? German. Chriſtoffelwurtz/ Chriſtophoriana, Dod. Lob. Tab. Herba flore perfecto ſimplici baccifera foliis minus nervoſis fructu racemoſo per maturitatem nigro foliis Imperatoriæ accedentibus, facultate venenoſâ. *Rajus Meth. Plant. p.* 107. Unde & *Ammanno* non eſt aconitum, ſed Solanum ramoſum & racemoſum bacciferum non ſcandens. In monte Muteto, Majo, Junio.

Radix Aconiti pulveriſata & oleo commixta pulices necat, decoctio radicum idem præſtat; *intra corpus uſurpari* non debet, quia id pro more venenorum Saturninorum plumbeo colore fœdat, qui color Saturninus etiam in Spleneticis dictis apparet: animi deliquium etiam inducit ob ſpiritus vitales ſolares obnubilatos. Circa Autumnum & antea floret.

HELLEBORUS, Nießwurtz: Nomen παρὰ τὸ ἑλεῖν τῇ βορᾷ, quòd eſu perimat, Dioſcoridis eſt Melampodium à Melampode Paſtore, qui eo jumenta & oves purgaverit & ſanaverit. In montibus provenit. Majo & Julio floret. Eſtque

Helleborus niger fœtidus: Helleboraſter flore viridi, qui *Ammanno* non minus ac albus & niger vulg. aconitum eſt: *Rajus* autem refert inter herbas flore imperfecto monoſpermas ſemine triquetro hexaphyllis foliis: Eſt Elleborus niger ſyl. ad Iterinus. Trag. Fuch. Veratrum nigrum; Dod. Seſamoides magnum, Cordi, Lob. Helleboraſter maximus, Lob. Tab. Paſſim in dumetis circa Birſam & Wieſam.

Helleborus albus Geſn. Copioſè reperitur in monte Neſſo propè Stockhornium, hinc dicitur der Nieſſen & Nießwurtz.

Helleborus ſaniculæ facie major. In monte Fracto.

Helleborus ſaniculæ facie minor. In Alpibus ſcilicet monte Fracto, Spiegel Rhætorum & Pyrenæis.

Ex his Helleborus albus radice ſua multis capillamentis intricata, ut eleganter *Excell. DN. Doct. Muraltus in Miſcell. Cur. Dec. II. Ann. II. p.* 241. habet, eſt igneo *ſapore*, gulam contrahit inſtar laquei, os cum calore exiccat, hinc violenter purgat per ſuperiora, aliquantulum etiam per *inferiora* fibris enim nerveis & membranis ſepticâ ſuâ & erodente qualitate tam infenſus eſt, ut ſpiritus in iis contremiſcant, ſtringant & in motus ſpaſticos cieant: Cautè tamen uſurpatus Melancholicis prodeſt, ſi probè correctus (not. Correctio fit, dum prius jure coquitur) in *infuſione* hauriatur, hinc *Vinum Helleboratum* etiam ex Helleboro nigro, qui Januario & Februario floret, in morbis chronicis utiliter movet vomitum, & ſi hauriatur, con-

junctum

junctum cum aliis laxantibus alvum ſollicitat; *corrigitur* ejus pernicies cum *ſemine aniſi, cydoniorum, aceto* & *granatorum ſucco*, ut inviſcantibus & figentibus ejus acrimonium volatilem. Sed de hoc alibi. De Pomo helleborato & Eſſentia hellebori diximus in *Miſcell. Curioſ. Dec. II.* aliudque ſpecificum Melampodii non purgans pro ſanguine depurando & tergendo ſiſtit *Welſchius Hecatoſt. II.* 20. *pag. m.* 11. qui & in *Mictomim.* §. *LXXV.* refert Abbatem quendam Dæmone vexatis Infuſum *helleb. alb.* ʒj. *Cinam.* ℈ß. in *Vini alb.* ℥iiij. addito *par. ſacchar.* præbuiſſe, ut exorciſmo ne quidem opus fuerit, quo in cæteris utebatur. Vid. & *Etzlerus Iſag. Phyſ. Mag. p.* 14. ubi refert, quòd ſi Folia recto tempore, Saturno nimirum exaltato benevoloq; Jovis & Lunæ radio illuſtrato colligantur & in aëre abſq; ſole exiccentur & cum ſacchari quantitate ſufficiente fiat pulvis, optimum eſſe ſenectutis defenſivum, quo Veteres Philoſophos uſos fuiſſe *Theophraſtus* teſtatur. Saturnina ſcil. planta eſt, juxta cit. *Etzlerum*, & proin morbis cunctis Saturninis validè reſiſtens: Hujus ope, ait melancholicum Dæmoniacum reſtitui, qui Diabolum præſentem eumque ſecum abducere volentem ſomniabat: æthereâ item pollet vi in Epilepſiâ, Apoplexiâ & Hydropiſi, hujus enim uſu plurimos hydropicos tumore etiam pectus jam occupante intra paucos dies aliis pharmacis concurrentibus divinâ gratiâ curavi. Hactenus *Etzlerus*. Paratur & ex eo expertiſſimum remedium ad Aſthma Oxymel helleboratum: Extus ex helleboro albo habetur Secretum *Helmontii* in *ſcabie*: ℞. *Hellebor. alb. ſubtil. pulveriſ. Sulph. vulg. aa.* ℥ß. ſubigatur cum *Oleo laurin.* ℥x. F. Ung.

HELLEBORINE, Frauenſtüle: Helleboro ſimilis eſt, ſeu parvi hellebori ſpecies ſiliquis donata aconito ſimillimis; radice eſt fibroſâ, foliis nervoſis: ab Orchide differt, cui quoad flores & vaſcula ſeminalia ſimilis, flores habens ſtellatos acrem guſtum habet, & obinde deobſtruit & à viſcoſitatibus glandulas expedit, ſi cum *fol. ſcabioſ. chamadr. agrimon. cichor. capill. ven. Cort. rad. cappar.* & radicibus aperientibus in aceto maceratis prius &c. decoquatur, qualiter in Hydrope Anaſarcâ utiliſſimum eſt. In umbroſis montibus & Alpibus creſcit. Ubi notandum, Plantas ſaturninas omnes loca amara umbroſa, ſordida & inculta & Septentrionem verſus inclinantia amare. Species autem ſunt Plantæ ſeu herbæ flore hexapetalo tricapſulares, ſemine minutiſſimo pulviſculi inſtar, radicibus fibroſis. Eſtque

Helleborine latifolia montana, Breitblat / Wild Nießkraut mit Purpurblumen: Satyrium 8. Trag. Helleborine ſive Epipactis recentiorum, Lob. Helleborine, Dod. prima, Tab. In monte Muteto.

Helleborine altera atrorubente flore : Aliſma botryoides ſeu racemoſum. Thal. In Muteto.

Helleborine anguſtifolia paluſtris ſive pratenſis, Wild Rieſkraut: Elleborine 2. Cluſ. In pratis paludoſis Michelfeldæ. Junio.

Helleborine flore albo, vel Damaſonium montanum latifolium: Helleb albo flore, Tab. In montoſis Mönchenſtein, & nemore Alsweilenſi. Junio.

Helleborine montana anguſtifolia purpuraſcens: Damaſonium tenuifolium, Cord. Helleb. anguſtifolia, Tab. In monte Muteto, & verſus Mönchenſtein. Junio.

Helleborine flore rotundo ſeu Calceolus Mariæ. In monte Hutliaco circa Tigurum

DORONICUM, Gemſenwurtzel: Ita dicitur, quòd Rupicapræ montes adſcendentes eo veſcantur, id quia impunè ab iis fit, ac etiam Homines abſque noxâ eam devorant, meritò è Venenorum numero, inter quem *Matthiolus* illud retulit, eximitur; Hinc nos utiliter id præſcripſimus in Vertigine pro roborando capite, blando enim & dulci ſucco temperatoque ſucco optimè acrimoniam humorum ſpiritus animales turbantem corrigit, cujus ratione etiam intus in Cancero eam utiliſſimè brutis non ſaltem ſed & hominibus exhibitam fuiſſe novi. Fertur Funambulos pulverem inde parare contra vertiginem, quam ſcil. ipſæ rupicapræ comeſtione hujus radicis dum altiſſimas rupes ſcandunt, evitant. Quia verò fibris ſuis inſtructa eſt hæc radix, comeſtione in Ventriculo paulatim conglobantur in globum nigricantem Ægagropila dictum, cujus virtus certè mirabilis eſt, quantum enim robur militibus ſuis conciliarit Dux Rohanenſis in bello contra Hiſpanos norunt, & narrant adhuc Rhæti. Qui verò prolixius quæſtionem num Doronicum ex genere Aconitorum ſit, enodatam cupit, videat *Exc. D. D. Muraltum in Miſc. Curioſ. Dec. II. Ann II p.* 243 Valet nimirum hac in re etiam Plantarum ad certas ſuas claſſes reductio & quid præprimis hoc in negotio conſiderandum ſit, debita attentio, ſic enim quidam Doronicum ad aconita referunt, non ſecus ac alii Caltham paluſtrem quoq; Pœoniam, Aquilegiam, Calcatrippam ſpecies aconiti faciunt: eò quòd fructus eorum quodammodo conveniant, & delapſis aut ſaltem neglectis floribus hæ herbæ ſpectantur, ut bene notat *Excell. Rivin. in Introduct. ad Rem Herbar. p.* 27. Quare ut Botanophilus certior fiat de inveniendo Plantarum ſummo genere vel quæ ſtatio herbæ ſit attribuenda, laudatus *Rivinus* ante omnia conſiderandum eſſe monet, an & qualis flos in eâ deprehendatur. Si nullus unquam flos appareat pertinebit planta ad claſſem earum, quæ flore omnino carent, ut *fungi, tubera, &c.* Si verò flos adeſt,

Digitized by Google

adeſt, videndum de qualitate ſeu ſtructurâ ejus, utrum perfectus an imperfectus & obſcurus ſaltem reperiatur, quæ enim nonniſi analogum quid floris perfecti ferunt, ut *Gramina, Frumenta, Atriplex, Filix, &c.* proximi ſunt iis, quæ flore carent, itaque proximè ad præcedentia locanda. Ubi verò perfectis floribus occurrit Planta, Figura attendenda juxta *Joach. Jungium, D. Aug. Quirin. Rivinum*, an ea ſit *regularis* ſeu informis & quaſi tornatilis figuræ, ut ſi circulus circumſcribatur, è floris centro ſeu umbilico, harmonicè conſpirent omnia: an verò è contrariò flos ſit à *regulari figura plus minus declinans*, indeque vel magis difformis aut irregularis. Regularium ſunt plurimi nempe ſimplicis vel compoſiti, ut ex Tabulâ generali ſequenti Rivinianâ conſtat: Nimirum

- Plantæ aliæ Flore
  - gaudent vel
    - perfecto
      - regulari
        - ſimplici
          - Monopetalo.
          - Dipetalo.
          - Tripetalo.
          - Tetrapetalo.
          - Pentapetalo.
          - Hexapetalo.
          - Polypetalo.
        - compoſito ex
          - Regularibus tantùm.
          - Regularibus & Irregularibus ſimul.
          - Irregularibus tantùm.
      - irregulari
        - Monopetalo.
        - Dipetalo.
        - Tripetalo.
        - Tetrapetalo.
        - Pentapetalo.
        - Hexapetalo.
    - imperfecto
  - carent.

Jam verò ſi Doronicum attentè conſiderabimus floreſque ejus inſpiciamus, patebit illud eſſe ex Plantis compoſitis, ex regularibus & irregularibus ſimul, quæ communiter dicuntur diſco radiato, vid. diſcum conſtituunt floſculi monopetali regulares, radium monopetali irregulares, quamvis enim obiter intuentibus idem videatur radius cum polypetalis,

tamen non ſaltem & margine diviſo, ſed & maximè & ſtylo excreſcente ſatis patet floſculos eſſe & integros & irregulares, qui radium formant, qualis generis eſt non ſaltem Doronicum ſed & *Helenium, Flos Solis, Calendula, Bellis, Chamomilla,&c.* Quare & juxta Aſtrologicam Plantarum Diviſionem non abſurdum foret ſtatuere, Doronicum eſſe plantam ſolarem ſalubremque etiam exinde eſſe ejus uſum; ſic namque & *Clariſſ. D. Olaus Rudbeck Upſal. Suec. in Diſſert. de Plant. fundamentali notitia p. 49.* apertè profitetur, quòd plantæ fructificatione convenientes principiis etiam activis & virtutibus conveniant, prout exemplo plantarum angiopolyſpermarum & verticillatorum *loc. cit.* probat, quamvis aliàs non à Viribus ſed à ſimilitudine & convenientiâ in partibus præcipuis notæ generum characteriſticâ ſint deſumendæ, ut *Cap. I.* diximus & conſentientem non ſaltem quoad flores & ſemen ſed & partes alias habemus ipſum *Rajum Hiſt. Plant. Part. I. p. 676.* Species ſunt

Doronicum radice dulci. In monte Regio Underwaldenſ.

Doronicum plantaginis folio. In monte Lunæ ſupra pagum Valenæ. Vocatur & Calendula alpina, quam *Baro de Hochberg in Georg. Cur. Tom. I. pag.* 421. ut & *Excell Febrius Præſes p. m. in Miſc. Cur. Ann IX & X. Obſerv. 2. fol.* 24. (ubi Arnicam appellat) in caſu ab actu aliisque contuſionibus ubi ſanguis grumoſus colligitur, laudant, cujus ratione etiam Fallkraut Germanicè dicitur.

Doronicum Helveticum incanum. In Alpibus plurimis.

Doronicum Helveticum humile craſſis foliis. In jugis Valeſianorum.

Juxta *Moriſonium in Hort. Bleſ.* Doronicum eſt planta ſtellata in pappum abiens.

GENTIANA, Entian: Ab Inventore *Gentio* Illyricorum Rege, qui primus in bello ejus reperit vires denominata, prout jam in *Reg. Veget. P. I.* diximus Nomina Plantarum alia deſumi, vel ab Inventoribus, ut hæc Gentiana, alia à patriâ, ut Cydonia,&c. alia à brutis, ut Meliſſa, Blattaria, alia ab inanimatis, ut Campanula, alia à modo creſcendi, tempore & duratione, ut Convolvulus, primula Veris, ſempervivum, alia à foliorum numero, odore plantæ, uſu, &c. *Folia* habent inſtar plantaginis, *Flores* coloris cœrulei conſtantis (qui aliàs talis conſervatur, ſi plantæ ad umbram inter papyri folia exiccentur) calathoïdes, margine in lacinias aliquot totidem folia imitantes plerumque diviſo; *ſemina* glumis incluſa ſervantur: *Sapor* radicis amaricat, abſynthiacus eſt, viſcoſus, penetrans; hinc ſale ſulphureo potenter abſtergit, calefacit & ſiccat, acidum auſterum mitigat, ſudorem movet, aperit & attenuat, deobſtruit, proinde ejus *uſus* eſt alexipharmacus, in peſte, venenis, hydropem, colicam & uteri ſuffocationem tollit &

curat;

Digitized by Google

curat; Creberrimi uſus eſt in febribus intermittentibus, frigidis & chronicis, in quibus ante paroxyſmum ʒß. felici cum ſucceſſu adhibetur, adeò ut pro ſuccedaneo Chinæ Chinæ haberi poſſit, vel ordinetur unà cum ipsâ, v. gr. ℞. *Rad. chin. chin.* ʒiij. *gentian.* ʒij. *cichor.* ℥j. *Herb. abſynth. M*jß. *card. ben. cent. min. aa. M*.j. miſc. ad ſacculum lapide onerandum, cui affundatur *Menſ.* j *Vini & dimid. Aquæ*, cui etiam admiſceri poteſt *Sal. abſynth* ʒj. *fl. ſal. armoniaci* ʒß. Sic certò & citò febres abiget intermittentes rebelles; Vel taliter; ℞. *Rad. gentian. chin. chin. aa.* ʒiij. *Cort. fraxin.* ʒij. *Herb. chamedr. abſynth, card. bened, aa. M.j. Lap. hæmatit.* prius probè per varias elutriationes cum aquâ ferventi præparati ℥ß. *Flor. ſal. armon.* ʒj *Macis* ℈ß. Inciſ. inſuantur ſacculo ex lino. Loco Lapidis Hæmatitis etiam Limatura Chalybis ſumi poteſt, & valebit Infuſum maximè ad Tumores ex febri provenientes. Inſervit *radix ſicca* dilatandis *fiſtulis* & *mundificandis*, verùm cautè agendum, ne aſperitate ſuâ nimis irritet & inflammationem inducat, præſertim in locis tendinoſis, taliter enim vidimus Gangrænam acceleratam cum ſubſequente febri lentâ, quam comitabatur tandem mors ipſa. Conſule *Fel. Würtz. de Abuſib. in Chirurg.* Contra ſcorbutum laudat *Rajus* ſeq. remedium; ℞. *Rad. Gentian. glycirrhiz. Cinam. Mac. Piper. nigr. aa* ℥iij. *Croci* ℥ij. *Herb. Brittan.* ℥vj. pulveriſ. add. *Vini opt. pint. Holland.* ℥iv. *Acet. fort.* ℔iv. *Ovor. rec. vitell tria*; macerentur tepidè dein uſui reponatur Doſis ℥iij. Laudatur & in Herniâ inveteratâ, Paralyſi, Lue venereâ, &c. Vid. *Muntingius*. Floret Julio & Auguſto, montes & locos incultos inhabitat. Species Gentianæ ſunt Herbæ flore monopetalo erecto cavo & oblongo margine in plures lacinias diviſo fructu oblongo bivalvi. Suntque

Gentiana major lutea: Gentianæ 1. ſpecies, Trag. Gentiana, Matth. Fuch. Dod. major, Lob. In monte Waſſerfall.

Gentiana cruciata, Creutzwurtz: Cruciata, Trag. Fuch. Dod. Gentiana minor, Matth. Lob. Tab. In pratis aridis & locis ſaxoſis herbidis montis Crentzach & ſylvâ Hüningen. Julio.

Gentiana autumnalis ramoſa: Gentiana 7. Tab. In pratis montis Muteti, ſylvâ Hüningen copioſè.

Gentiana anguſtifolia autumnalis, Blauer Herbſthimmel-ſtengel: Pneumonanthe Cordi, Lob. Campanula autumnalis, Dod. In pratis collium. Auguſto & Septembri.

Gentiana paluſtris anguſtifolia, Lungenblumen: Gentiana minima, Matth. Calathiana viola in pratis udis, Dod. Pneumonanthe, (in humentibus ericetis) Lob. Tab. In pratis Michelfeldæ.

Gentiana major purpurea, C. B.

Gentiana major flore punctuato, C. B. J. B.

Gentiana major aſclepiadis folio, Hæ tres ſpecies in Fracto & Alpibus Rhæticis reperiuntur.

Gentiana major utriculis ventricoſis. Ibidem.

Gentiana alpina anguſtif. magno flore. Creſcit propè Urſulam. Aug.

Gentiana alpina latifolia magno flore. In Alpibus Rhæticis & monte Schelenino.

Gentianella omnium minima. In ſumis Alpium Helveticorum jugis.

Gentianella alpina æſtiva centaurii minoris foliis, Bitterwurtz. In Fracto & Lunæ monte.

Gentianella cœrulea oris piloſis. Ibidem.

PLANTAGO, Wegerich: quòd folia lata habeat & ſecus vias naſcatur dicta, Græcis ἀρνόγλωσσον, quaſi lingua agnina eſtq; planta multinervea flores ſtaminoſos in ſpicas congeſtos gerens, adſtringente vi & alcali copioſo prædita, *ſaporem* enim habet ſtypticum, terreum, amaricantem, inſipidum, abſtergentem, ſiccantem & refrigerantem, hinc ſanguinis, alvi fluxionibus medetur, vulneraria eſt & hepatica, vomitum ſiſtit, in febribus prodeſt; juxta *Dioſcoridem* enim *L. II. C.* 114. ſi ejus radices tres in Vini cyathis tribus, & pari aquæ potentur: rem verò ſic ſe habere fide Matronæ illuſtris refert *D. Marcus Gerbezius Miſcell. Cur. Dec. II. Ann. IX. pag.* 100. quo tamen non quamvis plantaginem aſſumpſit, ſed illam, quæ anguſtifolia eſt, & in arenoſis collibus creſcit; nimirum hujus ligavit radices *5, 6. 9.* uſque ad 11. cum foliolis duobus vel tribus minimis in petia & infundit per noctem in aceti cyathum, expreſſis & ineunte paroxyſmo expreſſum acetum propinavit. *Semen* ad ʒß. cum *gran. cherm. in ovo ſorbili* datum, abortum præcavet, teſte *Welſch. Miſtom. III. §. 66* Externè mundificat & conſolidat vulnera ulceraque inveterata, præcipuè verò inflammationes, eryſipelaceas, impertigines, &c. ſanat, id quod maximè *Succus* expreſſus præſtat. Quòd ſi is expreſſus cum *Succo ſymphyti majoris* & *Saccharo* miſceatur & ad *Syrupi* conſiſtentiam coquatur, optimum evadit remedium in mictione cruentâ, vomitu ſanguineo & hæmoptyſi, utiliſſimus etiam in hydrope, ubi juxta *Williſium* ſanguinis craſis eſt ſtricta nimis à ſale fixo & ſulphure exaltatis cum *ſucc beccabung. aquat. ad* ℥iij. aſſumptus. Paratur inde *aqua* & Extractum, quod Salâ teſte non ſaltem in febribus ſed & arenulis renum optimè conducit. Modum ejus Extracta talia parandi dedimus in *Regn. Veget. Part. I. C. XIV.* Vomitus etiam ſanguinis curatur *Aq. plant. cum ſpir. vitr. & tinct. roſar. rubr.* *Aquatica plantago* ſapore acerrimo aromati ſimili gaudet, unde veſiculas excitat copioſas, ſi in hydrope pedibus tumentibus contuſa applicetur, qualiter obſervavit *Ettmüllerus* inſigni cum levamine aquas exire. Ob hoc ſal volatile acre antiſcorbuticum quoque audit & lac minuens. Vid. *Heurnius in Meth. ad Prax. Med.* Hæc herba cum ſucceſſu in tollendis *furunculis* uſurpatur impoſitis nempe extrinſecus foliis, id quod

quod & præcipuè folia Plantaginis in cœmeterio collecta præſtant; egregiè namq; *Illuſtris Boyleus Tr de Inſido Experiment. ſucceſſ. p m.76.* Sanè rei Botanicæ Authores ejusdem nominis plantas in claſſes infimas laudabili ἀκριβείᾳ diſtribuerunt, paucisque rerum naturalium ſtudioſis ignotum eſt, complures eſſe, e. g. roſarum ſpecies ab invicem latè diſcrepantes, quemadmodum differentiam obſervamus inter roſam rubram & pallidam, itidemque inter malum ſylveſtre, petitium, & melapium ſive appianum. Verùm præter haſce differentias, quæ adeò manifeſtæ ſunt, ut Botanicorum Obſervationem meruerint, obſcuriores & tamen inſignes eſſe poſſunt inter plantas individuas ſub eodem ultimo ſubdiviſionis capite comprehenſas; eæque partim à temperie aëris proficiſcuntur, cujus ratione Senna, e. g. in *Britannia* nata *Alexandrinæ* eſt admodum diſſimilis; partim à ſoli ingenio, quod patet ex mutatione, quæ plantis ſylveſtribus in hortos transplantatis ſolet accidere; partim etiam aliis à cauſis, quibus impreſentiarum non licet immorari, Verùm quotidiè obſervamus Roſam ab aliâ ſui generis Roſâ, pariterque malum appianum ab alio forma multum abludere. His adde quòd cum exterior telluris cortex variis exhalationibus ſubterraneis imprægnetur, ſuccisque diverſis diſtemperetur; fieri poteſt, ut planta „ aliqua particularis ejusmodi ſuccum è ſolo ſuo alliciat, unde alienis qualitatibus donata, à plantis ejusdem generis circumcreſcentibus diſcrepet. „ Quò ſpectat, quod hîc in memoriam ſuccurrit, me dum ante aliquot annos ab *Aurelia Allobrogum* in *Italiam* iter facerem, à Viro Nobili in *Helvetia* degente (cujus Frater olim in famulatu meo fuerat) ad caſtrum ipſius humaniter invitatum, ibidemque inter alia, vino quodam exceptum fuiſſe, quod capiti quidem vehementer infeſtum, alioquin ad vini *Hiſpanici* naturam accedere videbatur. Et quandoquidem ſimilem potum in iſtis oris etſi diu commoratus nunquam deguſtaveram, deſiderabam ſcire undenam fuiſſet allatum: reſponſum autem tuli in iſtis montibus proveniſſe; quod ſanè credere non poteram, donec certior deinde factus eſſem in quodam agello natum, cujus viſcera ſulphure abundabant, inde à ſoli genio inebriandi vim, aliasque facultates, quibus à vino in reliquis iſtius regionis vineis proveniente diſcrepabat, contraxiſſe. Hinc & laudatus *Boyle* paulò in anteced. refert ſibi à Nobili quodam relatum eſſe quendam à primariis Medicis Londinenſibus, halinitrum è terrâ cœmeteriorum prolectum medicamentis ſuis ſelectioribus pro eximio arcano immiſcere conſueviſſe. Julio menſe florens copioſè reperitur. Species Plantaginis ſunt juxta *Rajum* herbæ flore imperfecto ſtamineo quæ fructum proferunt flori contiguum flore ſedi ſeminis cohærente, ſeminibus vaſculo rotundo elliptico per maturitatem transverſim in medio diſſilientes incluſis puliciformibus pluribus fuſcis teretiuſculis. Eſtque

Plantago

Plantago latifolia ſinuata: Plantago rubea, Trag. major, Matth. Fuch. Dod. Tab. latifolia lævis, Lob. In agrorum marginibus & viarum ſemitis, reperitur etiam aliquando caule foliato extra portam S. Blaſii in viâ, quâ itur ad molendinas cuprarias.

Plantago latifolia incana: Plantago latifolia, Trag. major, Matth. incana, Lob. media, Fuch. Dod. minor Dioſc. Tab. In pratis.

Planta anguſtifolia major : Plantago lanceolata, Trag. Tab. longa, Matth. quinquenervia, Lob. In pratis & ad parietes paſſim.

Plantago trinervia anguſtiſſimo folio : quæ 3. in Prodr. In viis, ut & ſequens.

Plantago anguſtifolia minor; & Tab.

Plantago aquatica latifolia, Groſſer Waſſer-wegerich: Plantago aquatica, Trag. Matth. Fuch. Dod. Tab. aquat. foliis Betæ aut Plantaginis, flore Gallii albi, Lob. In aquis cænoſis, potiſſimùm Michelfeldæ. Eſt ſpecialiter polyſperma flore tripetalo aquatica, ut mox ſequens *Sagitta aquatica*. Floret Julio & Auguſto.

Plantago trinervia montana. In aſcenſu montis fracti copiosè.

PYROLA, Wintergrün : Nomen à foliis pyri-formibus accepit. *Caulem* habet tenuem, rotundum, album, *folia* perpetuâ fronde viteſcunt, *flores* per intervalla ſunt diſpoſiti: *ſaporem* habet adſtringentem, ſiccantem, qui index eſt copioſi alkali & partium terreſtrium virginearum, hinc in vulneribus adhibetur, eorumque periculoſa ſymptomata præcavet, dum maximè ſanguinis motum refrænat & non niſi æqualem conſervat. *Decoctum* ejus contra caſum inſervit. Ingreditur cum ſanicula, veron. prunell. ſymphyt. Unguentum vulnerarium *Junckenii* à nobis in *Select. Remed. p.* 88. deſcriptum. *Waldſchmid* in *Prax. pag.* 534. Potionem talem vulnerariam parat ſingulis 3. vel 4. horis cochlear de eâ ſumendo : ℞. *Pyrol. Virg. aur. Artemiſ. Bet. rubr. aa. M. j.* Hujus ℞. cochl. j. coq. cum *Vini albi* Menſ. j. Has ſpecies menſe Auguſto ſiccandas ſuadet. Eſtque

Pyrola rotundifolia major: Pyrola, Matth. Dod. Lob. Tab. Limonium Fuch. ſyl. & Betæ ſyl. ſpecies, Trag. Eſt ex Herbis flore pentapetalo capſulâ ſeminali pentagonâ juxta *Cluſium* & *Dalechampium*. In monte Muteto circa Mönchenſtein.

Pyrola folio mucronato ſerrato : Ambroſia Dalechampii in Dioſc. Pyrola 2. & tenerior, Cluſii. In monte Crentzacho, Mönchenſtein & Waſſerfall. Junio & Julio.

BISTORTA, Natterwurtzen: Dicitur, quòd *radice* in ſe *intortâ* & *convolutâ* conſtet, unde vel ex adſpectu ſubauſteram ſe prodit, & quoad Vires refrigerat,

refrigerat, ſiccat, & adſtringit, alexipharmaca & ſudorifera eſt, non ſecus ac Tormentilla. Hinc utraque Ingrediens eſt Pulveris ſtyptici *Exc.D D.Wedelii*, quem ſiſtimus *Sel. Mat. Med. è III. Regn. pag. 106.* vomitum compeſcit & abortum præcavet, (vid. Tabulæ Embryonum in *Remed Angl. p. 206*) catharros exiccat, fluxiones quasvis uteri inprimis ſiſtit, ſi pulvis ejus in *Conſerv. roſar. rubr vet. vel balauſtior.* ſumatur. *Fungus* ejus in vulneribus ac narium hæmorrhagiâ ſanguinem mirè ſiſtit: Species ſunt

Biſtorta major radice minùs intortâ: Biſtorta, Matth. Dod. major, Trag. Tab Biſtorta Britannica, Lob. Serpentaria fœmina, Fuch Eſt juxta *Rajum* Herba flore imperfecto ſeu ſtamineo ſemine nudo triquetro ſeu pentapetala ſemine triangulari ſplendente, cujus ratione à *Knaut* poſt Lapatha locatur. In pratis humidis circa molendinas cuprarias.

Biſtorta major radice magis intortâ. Inter Bernam & Lucernam.

Biſtorta alpina media.

Biſtorta alpina minor. Inter Curiam Rhætor. & thermas Fabarias copioſè utraque ſpecie floret.

Not. verò, quòd quamvis Biſtorta non ſecus ac Pimpinella, Rapunculus corniculatus, &c. flores in unum quaſi coaleſcentes geſtent, tamen non ſint à genere florum compoſitorum, horum enim notæ ſunt, ut tum è communi perianthio prodeant floſculi plures, quo ſcil. deſtituitur Biſtorta, tum ut iidem arctiſſimè condenſati exiſtant, quo modo quia laxius cohærent, excluduntur, quæ ſunt, ut *Cornus, Allium, Trifolia, &c.* Vid. *Rivin. Introduct. gener. p. 37.*

POTAMOGETUM, Samkraut: Quaſi fluminibus vicinum. Quoad Folia accedit Biſtortæ & Perſicariæ: planta paluſtris eſt aquis innatans, pentapetalos, flores in ſpicam digeſtos gerens, quibus ſingulis ſingula ſuccedunt ſemine tumida, triangularia. Majo & Junio floret: *Refrigerat* & adſtringit, ulcera curat inveterata inprimis Eryſipelata: *folia* cum aceto, oleo olivarum cocta podagricos dolores leniunt & tollunt. Species ſunt

Potamogeton rotundifolium, quod Dioſc. Potamog. Trag Matth. Fuch. Tab. In piſcinis infra Michelfelden verſus Hüningen copioſè.

Potamogeton foliis latis ſplendentibus: Potam. altera, Dod. In rivulis molendinariis.

Potamogeton foliis criſpis, Krauß Samkraut: Alga 2. Trag. Puſillum fontilapathum, Lob. Iisdem locis.

Potamogeton ſalicis folio. Phyllitis lacuſtris, Cord. hiſt. Potamogeton Dodonæi. Potamogeton anguſtifol. Tabern. Ex Hultelingæ palude Baſileæ allatum. Creſcit & in laco Bodamico & aliis foſſis. Juxta *Rajum* ſunt herbæ flore ſtamineo ſemine nudo à figurâ triquatrâ diverſo, rotundo aut compreſſo aut teretiuſculo, ut dictum.

Potamogeton minimum capillaceo folio, ſupra Curiam Rhætorum verſus Sax in paludibus. Junio fluitabat.

TRIBULUS AQUATICUS, Waſſernuß, Stachelnuß: A triplici cuſpide formâ machinularum ferrearum quæ figuræ trigonæ ſunt, nomen habet, repræſentant & mitras Jeſuitarum: Eſtque Potamogeton foliis criſpis juxta *Ammannum in Charact. p. 429.* Caſtanearum ſaporem habent & ut illæ cocti edi poſſunt. Decoctum antinephriticum eſt.

Tribulus aquaticus, Trag. Matth. Dod. Lob. Cord. in Dioſc. Geſn. &c. In ſtagnis circa arcem Hultelingen reperitur.

NYMPHÆA, Seeblumen: Ita dicitur quod *Plinio* teſte *L. XXV. C. VII.* Nymphæa nata ſit Nymphâ ex Zelotopiâ erga Herculem mutuâ. Eſtque *planta aquatica* lato & rotundo folio, vel flavis vel albicantibus floribus lilio ſimilibus, cujus & medium eſt croceum vel ſtamina lutea ſunt: Ejus *radix & ſemen* vim habent effrenem ſpirituum motum compeſcendi, unde dicitur, quod frigerant & ſiccant, & adſtringant; ſpecialiter autem radicem Nymphææ luteæ antiſpaſmodicam eſſe, ſi amuleti inſtar geſtetur, diximus in *Select. Remed. ex triplici Regno p. 27* & de ſemine Nymphææ ſingulariter notat *Tachen. Hipp. Chym. p. m. 97.* nihil promptius ſe deprehendiſſe in calculo, ſeu quod non ſaltem ureterum contracturam relaxet, ſed & dolorem admirabiliter placet: *Flores & folia* ejus ſucculenta ſunt & hinc itidem humectant & refrigerant, quia *Ettmüllero* judice, ſal volatile temperatum & blandum in receſſu habent, vel juxta *Itzler. Iſag. Phyſ. Mag. p. 114.* Veneri Lunâ participante in Cancro & Scorpio (unde & in aquis proveniat) ſubjicitur, inde namque fluat prædicta Virtus radicis antiſpaſmodica & quod vertigini vel ad ſimplicem adſpectum, medeatur ſi colligatur Jove in Cancro exiſtente. Hac de cauſâ etiam Nymphæarum harum *Uſus* præcipuus eſt ad fluxus alvi, ad pollutionem nocturnam ob ſeminis acrimoniam, ſanguinis æſtum & tenuitatem. Extrinſecus crebro adhibentur *folia & flores* ad æſtus febriles & vigilias ſopiendas (in lotionibus pedum unde & in Officinis proſtant Oleum & Syrupus) item ad faciem clarificandam, maculas enim abolet, cutimque nitidam reddit, Venus ſcil. formoſitati præeſt & Luna faciei domina generalis. Species ſunt herbæ flore polypetalo fructu rotundo turbinato in plures cellulas, inſtar papaveris (cujus pericarpio & operculo ſtellato hinc ſimilis eſt) aliquando ad 14. diviſo, ſemina ex rotunditate oblonga plura gerente.

Nymphæa alba major: Nymphæa candida, Trag. Fuch. alba, Matth. Dod. Lob. Tab. In ſtagnis Michelfeld. & Hultelingen.

Nymphæa

Nymphæa alba minor, ſeu Morſus ranæ: Morſus ranæ, Dod. Lob. Tab.

Nymphæa alba minor: Nymphæa parva, Matth. alba minor, Tab. Michelfeldæ utraque.

Nymphæa lutea major.

Nymphæa lutea minor magno flore.

Nymphæa lutea minor parvo flore. Propè Solodorum & Bernam.

SAGITTA AQUATICA, Waſſerpfeil: A *tricuſpide* foliorum formâ ſupernè in unam, infernè in duas deſinentium nomen habet; ratione verò florum non immeritò quærit *Ammannus*, an non ad Juncum floridum referri poſſit cum *Dodonæo*. Officinis ignota eſt, ſed ut plantago aquatica in ſcorbuto ſale volatili attenuante proderit. Quare & juxta *Rajum* eſt herba flore perfecte ſimplici ſeu perianthio tecto aut nudo, ſeminibus nudis uni flori ſuccedentibus pluribus incerto numero, quæ dici ſolet polyſperma, flore tripetalo aquatica, uti etiam eſt ſupra Plantago aquatica. Species ſunt

Sagitta aquatica major: Sagit. major, Matth. Dod. Tab. Piſtana Magonis, ſive Sagittaria aquatica Plinii. Lob. Michelfeldæ.

Sagitta aquatica minor latifolia & anguſtifolia. Klein Pfeilkraut: In diverſis Helvetiæ paludibus.

ARUM, Aron / Ἄρον, ἱερὸν, quaſi ſacrum dictum, unde & plebeculæ Barba Aronis, & Gallis Fils de Preſtre. Foliis eſt *Dracunculi* cum latitudine cavis, ſed integris unde diſtinguitur ab Ariſaro (quod tamen ejus ſpecies eſt ob buccas) quod inciſis foliis gaudet. *Saporem* habet acerrimum, *ſepticum* valde *pungentem*, ob copioſiſſimum ſal volatile, quo ſi ulla alia planta turget, imo quovis Zingibere acrior eſt, hinc ſpiritum furioſè incitat, calefacit & ſiccat, ſalivam movet & menſes, pituitam viſcoſam potenter incidit & reſolvit, quare egregiè Aſthmaticis prodeſt, & in aceto decoctum iis qui ex alto ceciderunt, teſte *Helmontio*; ubi ſciendum Acetum ſal ejus volatile optimè mitigare, ut notante *Ettmyllero* emergat inde velut tertium ſal inſtar naſturtii. Paratur inde *pulvis ſtomachicus Quercetani* & *fecula Aronis*. Mirum verò quod referat *Helbigius Ann. IX. Dec. I. Miſcell. Cur. p.* 464. quod Indis radix ari cocta (maxima enim & craſſiſſima illic creſcat) loco panis habeatur. Radices Ari cum floribus ſulphuris mixtas El Beynon miſericors ille Samaritanus ut ſummum antiphthiſicum laudavit, *Doleus L. I. Cap. V Sect.* 16. Extus folia cum ſtercore vaccino anodyna ſunt in podagrâ. Radix loco Radicis Dracunculi cum arſenico cryſtallino præparato & fuligine mixta Cancrum nævoſque cutis pulveris formâ certò ſanat. Circa ſepes Novembre, Decembre, Januar. & Februario floret. Ari Species

 ſunt

ſunt herbæ bacciferæ acinis ſeu baccis uni flori ſuccedentibus pluribus, flore monopetalo convoluto. Suntque

Arum vulgare non maculatum : Arum, Fuch. Tab. Arum 1. & vulgare, Trag. Paſſim in dumetis humidioribus, præſertim circa Novam domum, Wieſam & Birſam.

Arum maculatum nigrum : Arum offic. Lob. icon. maculatum, Tab. In dumetis ad S Jacobum, & circa Novam domum. Majo.

ASARUM, Haſelwurtzel: Sic dicitur quaſi radix corylorum ſub quibus naſci ſolet. Vocatur & Nardus ſylveſtris, quod odore & viribus nardum æmuletur, nimirum eſt planta graveolens rotundifolia primo vere ſub foliis florem *herbaceum* profundens: *radicem* habet acrem, *aromaticam, inſtar Zingiberis urentem*, in fine nauſeoſam, hinc ſale itidem ſcatet volatili copioſo & ſpiritu fermentativo fibras ventriculi in motus corrugatorios potenter extimulante, *folia* minus penetrantia ſunt, & aliquid adſtrictionis habent. Ob copiam verò dicti Salis non mirum Aſarum dici calefacere & ſiccare ordine tertio, æquè ac Acori radices, tenuiumque eſſe partium, cujus ratione meſenterii, ductuum pancreaticorum & bilariorum, uteri & renum obſtructionibus morbiſque inde ſcaturientibus variis oppidò medetur, hinc & egregium eſt antifebrile (cum pipere in mero ante paroxyſmum data in Quartanâ) & draſticum uterinum, unde urinam movet & menſes fortiter provocat, ac fœtum mortuum excludit, præcipuè autem craſſam pituitam ac cæteros humores per vomitum & aliquando per ſeceſſum violenter expurgat, ſi v. g. folia 6. vel 8. in vino vel ſero lactis macerata aut in vino leviter cocta & expreſſa exhibeantur. Ubi tamen notandum, quò fortius Aſarum coquatur, ut particulæ tenues avolent vel cocta fortius exprimantur, ut ſcilicet partes terreſtriores volatilium remoræ unà obtineantur, vel etiam in marmore diutius conterantur, tum tantò facilius vim ejus purgandi mitigari; hinc in potentiorem correctionem requirit per *acetum*, ut ſine incommodo poſtmodum exhiberi poſſit, quatenus ſcilicet ſic ſal ejus volatile efferum figitur. Floret in montoſis humidis primo vere. Vid. *Deſcript. ſimplic. Catal. Plant. officin.* Juxta *Rajum* eſt herba flore imperfecto fructum proferens flori contiguum, ſeminibus pluribus fuſcis vel nigricantibus acinis uvarum quoad figuram externam quodammodo ſimilibus fructu per maturitatem in tres carinas dehiſcente.

Aſarum, & Trag. Matth. Fuch. Dod. Tab. Aſarum, Baccharis, ſive Baccatus, Lob. In monte Muteto & Mönchenſtein.

TUSSILAGO, Roßhuben: Quod tuſſi medeatur, etiam Farfara dicta latifolia eſt, ibi naſcens juxta Plinium, ubi aquæ ſubſunt, quod tamen & de Conyzâ

Conyzâ aſſerere potuiſſet. Videtur eum ignoraſſe Bechium caulem, florem & ſemen ferre. *Saporem* habet ſubamarum, balſamicum, coſtinum, dulcem, aqueum & modicè acrem, hinc calefacit moderatè, & decoctum ejus morbis pectoris præcipuè aſthmati & inflammationibus, v. g. Pleuritidi prodeſt, *tuſſim* & *phtiſim* curat, præcipuè etiam ſi fumus tubulo per os attrahatur inſtar Nicotianæ id, quòd jam *citatus Plinius* agnovit, neque enim dubium in Thoracis & aliis morbis herbarum fumos egregiè prodeſſe, præſertim & cerebri, quod fumus perflat, ſolvitque obſtructiones ſubtilibus ſuis & mordacibus corpuſculis; videmus quàm multi tabaci fumum adhibeant, non quidem ut aliqui vulgo putant, quod tabacum, quod ſiccum eſt, cerebrum exſiccet, hoc eſt humores illos ſuperfluos, quo cerebrum ut plurimùm ſcatet, exhauriat; ſed quia ſuis acribus corpuſculis meatus laxat, ad pituitam purgandam à natura inſtitutos, hinc etiam ſternutationem excitat, nempe illa eadem corpuſcula, acrimonia ſua, nervoſas interiorum narium fibras vellicant, quo reverà facto, cerebrum ad ſternutationis motum determinatur & excitatur, quare & Raphaël Tob. C. IV. fumum piſcini hepatis laudavit pro fugando dæmone; Fumi ſcil. ſpiritus eorumque morbos proximius feriunt, ſuntque Dæmones hi plerumque convulſionis quædam ſpecies, etſi & aliud genus Dæmoniorum, *Matth.* 17. *v.* 21. non egrediatur, niſi per precationem & jejunium. Vid. *Turretin. Inſtit. Theol. Elenchr. P. I. p.* 114. Præter Syrupum de Farfarâ Officin. vid Syr. de myrrh. ut & Tabulas Farfaraceas in *Remed. Anglic. p. m.* 204. 206. Novit *Ettmyllerus* pauperculam quæ ſolis foliis tuſſilaginis *extus* in ulceribus mammillarum utiliter uſa eſt. *Rajus* refert folia inſtar ſalviæ in butyro frixa comeſta pueros hecticos reſtituiſſe. Folia poſt *marcidum Florem prorumpunt*, unde *Ammannus* deſcribit, quòd ſit pappeſcens non lacteſcens flore diſcoride radiato luteo ante folia erumpente. Loca paluſtria & aquatica inhabitat. Species ſunt ex herbis flore è floſculis pluribus compoſito ſtellato ſeminibus papposis, foliis integris oblongis odore carentibus. Pariter ſequens Petaſites.

Tuſſilago vulgaris: Ungula caballina, Trag. Tuſſilago, Matth. Fuch. Dod. & Farfara, Lob. Paſſim in arenoſis ad aquas.

Tuſſilago alpina rotundifolia glabra.

Tuſſilago alpina rotundifolia caneſcens. In monte Fracto.

Tuſſilago alpina folio oblongo. In Gotthardo in rupium fiſſuris quæ exactè figuram Joh. Bauhini refert.

PETASITES, Peſtilentzwurtz: A formâ folii quod πέτασος Galeri modo amplum ſit, dicitur, naſciturque penes fluvios paludes folio populi ſed ampliore, vel tuſſilaginis, cujus ſpecies eſſe videtur, flores enim ſimi-

liter folia antevertunt. ſuntque illi in uno caule plures in thyrſum diſpoſiti. *Radix* ejus ſale turget volatili, cujus ratione tenuium eſſe partium dicitur, eſtque ſudorifera, alexipharmaca, & quia in taleolos ſecta conſpicitur *gummoſa* & ſaporem de ſe edit amaro-coſtinum (ut & coſtis ſubſtitui poſſit) totumque os uno quaſi amarore inficit (adeoque inter *optima apophlegmatizantia* haberi poteſt) etiam in morbis chronicis utiliſſimè uſurpatur pro ſanguinis vigore renovando & lymphæ acrimoniâ toleranda, omnesque putredines tollit, menſes movet & morbos pectoris curat. Ingreditur hinc Aceta & Eſſentias bezoardicas, datur q; ejus acetum cum ſucco rutæ & parum Theriacæ. *Extrinſecus* commendatur ad ulcera maligna quæ exiccari debent, unde jubet *Sim. Pauli* eam Cataplaſmatis & Emplaſtris bubonibus applicandis eam remiſcere: Eſt autem Petaſites papposa non lacteſcens, flore diſcoide ante folia (id quod tamen in Petaſitide Africanâ calthæ paluſtris folio excipitur) erumpente vel floribus ante folia erumpentibus in uno caule pluribus in thyrſum vel racemum diſpoſitis nudis. Species ſunt

Petaſites major & vulgaris: Petaſites, Trag. Fuch. Dod. Lob. Tab. Tuſſilago major, Matth. In pratis uliginoſis eorumque foſſis: ad rivulum ad S. Jacobum copioſè, & quâ Rieham itur.

Petaſites minor ſeu fœmina. In aſcenſu montis Fracti.

CACALIA, Scheiffkraut: Folia candida & prægrandia, mediæ magnitudinis inter tuſſilaginem & petaſitidem habet, circinatæ rotunditatis, in ambitu ſerrata; flores verò Bryoniæ ſimiles, quaternis foliolis bifidoque ſtylo conſtantes purpuraſcentis coloris, qui dehinc in pappum abit, unde juxta *Moriſonium in Hort. Bleſ.* planta papposa non lacteſcens, diſco nudo, hincque ad tuſſilaginem vel virgam auream referenda. Vel eſt herba flore diſcoide nudo purpuraſcente papposa foliis majoribus ſubrotundis: Species ejus ſunt

Cacalia foliis craſſis & hirſutis: Cacalia 1. & vulgaris incano folio, Cluſ. in monte Waſſerfall, & ſylvâ Langenbruck.

Cacalia foliis cutaneis acutioribus & glabris C. B. Tuſſilago alpina Dalechampii.

Cacalia tomentoſa; Copioſè in deſcenſu ad thermas Fabarias.

LAPPA, Klettenkraut: Gr. Xanthium διὰ τὸ ξανθὰς ποιεῖν τὰς τρίχας, quod flavos reddat capillos Lappa minor. Folia habet cucurbitæ, majora tamen duriora, nigriora hirſuta. Fructus ejus facilè veſtibus injectione adhæret, unde Germ. proverbium, Einem eine Kletten anhencken/ i. e. calumniis afficere. Caules teneriores à corticibus fœtentibus ſeparantur, & ita ut alia oleta cocti à quibuſdam comedi ſolent. Quia ſale alcalico nitroſo

conſtat,

conſtat, digerit. ſiccat & iis qui ſanguinem aut pus expuunt, prodeſt, unde in hæmoptyſi & pleuritide radicis pulveriſatæ cochlear unum vel decoctum pro eliciendo ſudore utiliſſimè datur. Vid. *Cnöphel. in Faſcic. Medicam.* Ob Sal nitroſum Arthriticorum materiam albam tophaceam, quâ & cretæ inſtar pingere poſſunt, de quo vid. *Foreſt. L. IX. Obſerv. VII.* per urinas commodè expurgat, id quod & præſtat ſemen, præterea obhinc veſicæ dolorem tollit, dolorem iſchiadicum ſanat, præprimis ſi folia contuſa ſucculenta artuum doloribus apponantur, unde fortiter adhærent & ſal acidum rodens in ſe ſuſcipiunt, qualiter teſte *Ettmyllero*, cuidam Arthrico inſtar 12. horas dolores omnes levati ſunt. Aquam perſonatæ ad ℥ii. ad ſomnum promovendum propinabat Prævotius id quod præcipuè memorabile eſſe *Welſchius Mict. III. §. XXXIX.* dicit, quòd diaphoreticæ vi plerumque narcoticam conjunctam etiam oſtendat. Folia Bardanæ ait *idem* § *LX.* vertici impoſita uterum ſurſum, femori verò deorſum trahere & umbilico admota ſubſidere non patiuntur. In hydrope extus id utiliſſimè quoque imponi §. *LXXII.* refert: *Etzlerus* refert, quòd ſi ejus radix colligatur Sole in Virg. exiſtente, Lunâ novâ, certiſſimum eſſe contra Odontalgiam remedium, ſale enim abundare ſaturnino, quo etiam dolores leniat, ut dictum: Si autem colligatur in plenilunio, lienis obſtructiones & inflammationes præſentiſſimè tollere virtute ſuâ & mercurio ſaturnino. Febris quartana decocto ejus abacta à D. Penâ in Henrico III. Rege Galliarum. Lappæ minoris Vires ſunt, quòd radix ejus decocta capillorum proventum juvet.

Species Lappæ ſunt

Lappa major, Arcium Dioſc. Lappa major, Trag. Perſonata, Fuch. Lob. major, Matth. Bardana, Dod. Hæc eſt herba flore compoſito capitata foliis non ſpinoſis verùm capitulorum ſquammis in aculeos rectos exeuntibus, ſquammarumque mucronibus hamatis.

Lappa minor, Xanthium Dioſcor. Lappa minor, Trag. Xanthium, Matth. Fuch. Dod. Tab. ſive Strumaria, Lob. Eſt herba flore imperfecto, cujus fructus à floribus aliquantulum ſejuncti ſunt. Utraque paſſim in fimetis, præſertim extra portam S. Johannis & Cineream.

CAPUT

CAPUT VIII.

De Violis, Leucojo luteo, Lychnide, Saponariâ, Caryophyllis, Anthirrhino, Linariâ, Lino, Gratiolâ, Serpillo, Origano, Menthâ, Urticis, Euphraſiâ, Betonicâ, Scrophulariâ, Verbaſco, Primulâ Veris, Digitali, &c.

VIOLA, Violen / Veielkraut: Eſt planta vernalis latiori *folio* ſtatim à radice carnoſo exeunte, *flore* purpureo, plano, odorato veſtita. *Florem* habet ſuaviſſimi odoris in principio Veris: *Folia Violaria dicta*, ſapore pingui, unctuoſo, aqueo & herbaceo prædita ſunt. hinc refrigerant & humectant, & in Infuſo mirè tuſſim Infantũ ferinam ſiſtunt. Tota enim planta temperatiſſima eſt alcali mitigante benigno referta, cujus ratione lymphæ acrimoniam corrigit & expectorationem ſummopere juvat. In ſpecie autem *flos cordialis* eſt, & intima ejus flava ſubſtantia ſpecificum, juxta Gieswein, antinephriticum, quia ſcilicet & *ſemen* inde ſuccreſcens potenter & tamen ſecurè urinam pellit cum alvi laxatione, unde *Dravvitzius Tr. de ſcorbuto* ita præſcripſit: ℞. *Sem. violar.* ℥ß. *Aq. veronic.* ℥iiij. F. Emulſ. add. *Nitr. opt.* ʒß. *Ocul. cancr. ppt.* ℈j. *Syr. de alth. Fern.* ʒvj. miſc. inde paratur *aqua ſtillatitia* contra dolorem capitis à nimio fervore ortum & vigilias, *Syrupus* Epilepſiæ infantum mirificè prodeſt alvum enim leniter ſubducit, ardores febrium compeſcit, raucedinem ſanat, refrigerando & humectando ſic etiam minuit & tabem, ſitim ſedat, de quo in *D ſcript. Medic. Offic.* Idem facit ejus *Conſerva*; *Oleum violarum* uſurpatur in Clyſteribus & Inflammationibus, imò dorſo in febribus ardentibus ſummo cum fructu ad ſanguinis motum rapidum nimis inhibendum, illinitur.

Viola tricolor ob alcali temperatum acidum volatile in ſanguine Infantum furias exercens domat & æſtum eorum mitigat, convulſionibusque inde obortis medetur, unde Aqua ejus utiliter iis exhibetur. Vid. *Obſerv. Chirurg. Med. Excell. D.D. Muralti* ſcholiis à nobis illuſtratæ.

Species ſunt herbæ flore pentapetalo capſulâ ſeminali triquetrâ ſeu è tribus carinis compoſitâ, ſeu ut *Amman.* ex *Moriſonio, Nard. Anton. Reccho* ſe exprimit, Viola eſt pentapetalos, cui floribus evaneſcentibus ſubveniunt capitula rotunda in tres cellulas carinasvé dehiſcentia, ſemine albo parvo, rotundo ſeu oblongo plena.

Digitized by Google

Viola Martia odora ſimplex: Viola præcox purpurea & alba, hortenſis & campeſtris odora ſimplici flore, Lob. Paſſim ad ſepes, in ſylva Auguſtana, & Hüningenſi prope Michelfelden, flore albo reperitur. Flos enim utcunque ſit purpureus, tamen & albus, carneus, violaceus aut ex albo & carneo mixtus quandoque eſt.

Viola Martia inodora ſylv. Viola purpurea ſylv. ſive canina, Trag. Hunds-Violen. Viola inodora, Dod. canina, Tab. cærulea inodora ſyl. ſerotina, Lob. Paſſim in ſylvis circa Hüningen, in monte Crentzach & Muteto, Martio & Aprili.

Viola bicolor arvenſis, Wild Fronſamfraut: Herba trinitatis ſylv. Trag. Jacea altera, Matth. Viola ſyl. Lob. Viola trinitatis minor petræa, Tab. Paſſim in agris. Aprili.

Viola alpina rotundifolia lutea. In ſylvis Helvetiorum propè Lucernam & montem Fractum.

Viola montana tricolor odoratiſſima. In jugis montis Regii Undervv.

Viola tricolor erecta. In Lunæ monte.

Viola alpina purpurea exiguis foliis. In Fracto. Vid. Geſn. de Lunariis Herbis.

LEUCOJUM LUTEUM foliis virentibus, Gelbe Nägelein: à bulboſo Leucojo differt, de quo ſupra: Hoc verò Leucojum dicitur, quamvis ex vario colore in floribus magna notetur differentia, dum ſunt & cærulei aut purpurei aut lutei: Lutei autem hi, *Keiri* dicti, *flores* ſunt fragrantiſſimi, aromatici odoris; nunc tetrapetali nunc ſaltem tripetali, ut obſervavimus; ſiliquæ tenues oblongæ, in quibus ſemen latum: folia verò ſaporem habent nauſeoſum, acrem inſtar naſturtii mordacem, ſalivam cientem partium tenuium à ſale volatili copioſo emanantem: hinc exterget, ſiccat, diſcutit, calefacit: uterinum ſunt inſigne, menſes cient, ſecundinas proritant, aliasque impuritates ex utero expurgant. *Flores* inſuper *cordiales* ſunt & nervini, in paralyſi, apoplexiâ, epilepſiâ, &c. peculiariter paratur inde Acetum pro hyſtericis extus, *Conſerva*, *Aqua* ex integrâ plantâ: ex floribus apes mel copioſum parant: *Oleum* ex infuſione florum abdomini illitum ſingulariter dolores poſt partum oriundos ſedat & Clyſteribus uterinis utiliſſimè admiſcetur. Februario & Martio floret.

Leucojum luteum foliis virentibus: Viola lutea, Trag. Fuch. Viola petræa lutea, Tab. Leucojum luteum, Dod. & Keiri, Lob *Rajo* eſt herba flore tetrapetalo ſiliquoſa ſiliquâ bicapſulari, ſemine rotundo: hinc *Moriſonius* vocat Leucojum ſiliquoſum bicapſulare folio viridi flore luteo minore ſylveſtre. Ad muros foſſarum interiorum urbis.

P Leu-

Leucojum luteum magno flore ex ſemine à *Celeb. D. D. Volkamero* nobis transmiſſo in horto colimus. Ejus ſemen, juxta *Hippocr. de Nat. Mul.* cum *Vino* datum ſecundinas & menſes pellit, imò & venenati miaſmatis ſecretionem à ſanguine in febre malignâ laborantibus utiliſſimè juvat, v. g. in Emulſione; ℞. *Sem. cheyri* ʒj. 4. *frig. maj. aa.* ʒj. *cum aq. ſcabioſ. & flor. acac.* F. Emulſ. *Man. Chriſt.* edulcoranda.

HESPERIS montana, Weiſſe Violen: Dicitur Heſperis, quia ejus flos ſub veſperam præſertim grato odore nares ferit, interdiu aut nullum aut leviſſimum ſpirat, notantibus *Plinio* & *Theophraſto*; Vocatur etiam *Viola matronalis*, quòd à matronis in hortos transferatur & colatur, ut fiat coronarum materia. *Moriſonio* eſt tetrapetalos ſiliquoſa, bicapſularis, leucojis valde accedens floribus tetrapetalis, ſed odore florum differt, præcipuè ſiliquis & ſemine; ſiliquæ enim ſunt oblongæ rotundæ non compreſſæ, ut Leucojorum, continentes ſemen oblongum figurâ, non autem planum compreſſum, ut in Leucojorum ſeminibus conſpicitur. *Radices* habet aliquos parvas, lignoſas & albas, caules erigens cubitum, & plus in cubitum ſeſquidinidium altos hirſutos; *Odoris* ſunt ſuaviſſimi, *colore* nunc albo nunc dilutè purpureo rubro. Eſtque

Heſperis montra pallida odoratiſſima, C. B. ſeu Viola matronalis ſylveſtris: provenit ſponte in Sequanorum vallibus, per quas Rhenus fluit ſub ſepibus. Reperitur & in monte ſupra Taminium ad muros: Item ad rupes, quæ ſpectantur, ſi navi Urania petatur per Lacum 4. urbium Waldenſium. Floret Aprili, Majo & Junio.

Vim habet ex partium ſuarum tenuitate & odore ſulphureo urinas & ſudores ciendi, incidendi, abſtergendi, detergendi, digerendi, cujus obhinc ratione difficulter ſpirantibus mederi traditur; antiſcorbuticum eſſe creditur, non minus ac Erucæ, quibus ut ſapore ita facultate proxima videtur eſſe tum foliis tum ſemine juxta *Dodonæum* & *Lobelium*. Hinc & non minus ac præcedentes flores Cheyri Infuſis anticterícis commiſceri poterit, v. g. ℞. *Fl. Leucoji cœrul. vel flavor. calendul. aa.* P. ij. *rad. curcum. aſphodel. rhab el. aa.* ʒj. *Croci or.* ℈ß. Infuantur ſacculo pro Menſ. j. Vini ſumendo indies cyathum poſt ſumptum pulverem ex *Bezoard. mart. Ludov.* ʒij. *fl. armon.* ʒß. *Ol. nuciſt. gr. vj. vel ex Bezoard. mart. & Lumbric. terreſtr. aa.* De uſu ejusmodi florum maximè Cheiri vid. *Theophraſt. Paracelſ.* qui tamen ſæpius voce Cheiri non flores hujuſce vegetabilis ſeu flores antimonii croceos intelligit, tales enim ſublimatione in rubedinem fixati & auro combinati medicinam largiuntur omnium excellentiſſimam.

LYCHNIS, Marienröslein: quaſi Lucernula vel lucidus luculentusque flos vel etiam quòd folia hirſuta ad ellychnia inſervire poſſint. Eſt planta

planta coronaria flore caryophylli. *Ammannus* deſcribit, quòd ſit pentapetala, quorum ſingula ſunt bifida (petala) utplurimum atque ſingulis floribus deciduis ſuccedit involucrum unicum, pyramidale utplurimum, aliquando oblongum cui ſedes ſeu ſtylus nutritivus in medio eſt, circa quem ſemina multa minuta diſtributa ſunt: Sunt ergo Lychnidum Species herbæ flore pentapetalo vaſculo ſeminali ſimplici polyſpermæ, capſulâ ſeminali lævi vel oblongâ cylindraceâ & pyramidali, aut breviore & rotundiore. Creſcunt in his oris & in Helvetia

Lychnis ſylv. alba ſimplex, vel Saponaria hirſuta: Roſæ Marianæ ſimilis 3. Trag. Ocymaſtrum ſive Ocymoides, Matth. Tab. Paſſim ad ſepes. Majo.

Lychnis aquatica purpurea ſimplex, Rohter Wiederſtoß: Roſæ Marianæ ſimilis 4. Trag Lychnis ſyl. rubello flore, Lob. Ocymaſtrum rubrum, Tab. Lychnis ſylv. minus hirta perennis flore rubello ſimplici, Moriſon. In pratis ad rivulos, & alibi ad aquas. Majo.

Lychnis ſegetum major, Raden/Kern-Nägelein: Githago, Trag. Lolium, Fuch. Pſeudomelanthium, Matth. Lob. Nigellaſtrum, Dod. Lychnis arvenſis, Tab. Lychnis ſegetalis major hirſuta annua, Moriſon. Hinc inde inter ſegetes. Junio.

Lychnis ſegetum rubra foliis perfoliatæ: Polygonaton, Trag. icon. Vaccaria, Dod. Iſatis ſylv. Vaccaria dicta, Lob. Myagrum, Vaccaria quorundam, Tab. Inter ſegetes paſſim, potiſſimùm versùs Michelfelden.

Lychnis ſylv. glabra perennis, Moriſon, quæ Been album: Roſa Mariana 5. Trag. Been album, Dod. Papaver ſpumeum, Lob. Herba articularis, Tab. Latiore & anguſtiore folio, pro ratione ſoli. Etſi autem papaver ſpumeum Lobelio dicatur, nil tamen minus quàm papaver eſt, cùm huic proprium ſit fructum ferre aſteriſco in vertice inſignitum. Spumea ſeu aſpergo in hac & aliis quibusdam plantis obſervabilis juxta *Excell. D. D & Prof. Eglingerum* ortum ſuum debet animalculo ex locuſtarum genere in medio ſpumæ latitanti. Paſſim in agris. Majo & Junio.

Lychnis ſylv. latifolia caliculis turgidis ſtriatis, Wilde Himmel-Röslein mit geſtreifften Häußlein: Lychnis ſylv. 3. Cluſ. caliculis ſtriatis, Lob. Tab. In agris Hüningenſibus, Junio.

Lychnis montana viſcoſa alba latifolia: Floris cuculi ſyl. genus, Trag. hoher Steinbrech/ i. e. Saxifraga elatior, Lon. Lychnis ſylv. Tab. In monte Muteto & Crentzach.

Lychnis alpina pumila folio gramineo ſeu Muſcus alpinus lychnidis flore. In medio montis Fracti aſcenſu ad rupes etiam in hujus montis cacumine.

Lychnis ſeu ocymoides repens montanum. Eodem quo prior loco.

Digitized by Google

Lychnis coronaria ſylveſtris. Hanc in Rhætiæ alpibns flore hortenſi odoratiore invenit Cl. D. D. Muralt. Julio floret.

Huc ob affinitatem faciei externæ commodiſſimè refertur.

SAPONARIA major lævis, Seiffenkraut: Saponaria, Trag. Dod. Lob. Tab. Struthium ſativum, Fuch. Lychnis ſaponaria dicta major vulgaris flore ſimpliei, Moriſon. Ad ſepes, & in ripa Rheni. Junio & Junio. Ita dicitur, quod Saponis vicem præbeat ad pannos purgandos: Saporem hæc habet acrem, viſcoſum, abſtergentem notabilem.

Vires autem *Lychnidum* prædictarum procedunt ex ſale volatili ſulphureo florum, cujus ratione dicuntur eſſe partium tenuium, adeoque calefaciendi & ſiccandi, ſubtiliſandi, reſolvendi & aperiendi vim habere fertur, quòd fiſtulas curent, & ſanguinem ſiſtant. Vires *Saponariæ* ob vim abſtergentem ſaponariam in Aſthmate, Utero, menſibus ciendis, Lue Venereâ à *Williſio* præcipuè laudantur: Abluendis manuum ſordibus apta eſt. *Extrinſecus* ptarmica eſt, tumores ac præcipuè pannos diſcutit: Operatur ferè ad modum quo ſalina fixa calcinata in corpore operantur.

CARYOPHYLLUS, Nägelein: A *Caryophyllorum aromat. odore* dictus. ob odorem gratum & formam foliorum glabram & mollem pro Joviali plantâ habetur quæque Jovis imperio ſubjaceat: Eſt autem Caryophyllus folioſus, laciniatus vel ſimplex (qui tamen facilè transplantatione duplari poteſt ante plenilunium menſe Septembri) vel plenus vel multiplex variis flammulis præditus, prout nempe eſt aut altilis aut ſylveſtris: in his enim mangonio & arte magna varietas conſpicitur. Officinis vocantur Tunicæ & Vetonicæ altiles ſeu coronariæ. Herba ſimilis eſt foliis graminum, unde & Graßblumen dicuntur, *Ammannus* autem ex *Moriſonio* Caryophyllum depingit, quòd ſit pentapetala. cujus ſingula petala utplurimum ſunt multifida ſeu laciniata atque ſingulis floribus deciduis ſuccedit capſula oblonga cylindracea plurima ſemina nigra compreſſa habens circa ſtilum nutritivum contenta.

Hinc Caryophyllorum Species ſunt ut præcedentes Lychnides herbæ flore pentapetalæ polyſpermæ, &c. Suntque

Caryophyllus barbatus ſylveſtris: Armeria ſylv. altera, Lob. In collibus circa Crentzach.

Caryophyllus ſylv. prolifer: Armeria prolifera, Lob. Caryoph. ſylv. minimus, Tab. Paſſim locis aſperis, non rarò in muris.

Caryophyllus ſylv. vulgaris: Caryophyllea ſylv. Trag. Matth. Betonica ſylv. 1. Fuch. Armerius flos 1. Dod. Armeria ſive Caryophyllus ſylv. minor, Lob. Caryoph. montanus 1. Tab. Paſſim in locis aſperis & pratis aridioribus.

Caryo-

Caryophyllus flore tenuiſſimè diſſecto: Superba, Trag. alba, Lob. Betonica ſylv. altera, Fuch. Caryophyllæus minor, Dod. Caryophyllus plumarius albus, Tab. In der Hart/ & pratis paludoſis circa Michelfelden.

Caryophyllus pratenſis flore laciniato ſimplici: Flos cuculi pratenſis, Trag. Armerius ſylv. Dod. Armeria pratenſis ſylv. Lob. Caryophyllus pratenſis, Tab. Paſſim in pratis.

Caryophyllus arvenſis hirſutus flore majore, Weiß Acker-nägelein-graß: Caryoph. holoſtius, Lob. Holoſtium caryophylleum, Tab. Lychnis arvenſis minor vulgaris hirſuta, Moriſon. Paſſim ad ſepes. Aprili.

Caryophyllus arvenſis umbellatus folio glabro: Holoſtium caryophylleum arvenſe, Tab. Lychnis graminea hirſuta umbellifera. Moriſon. In agris.

Caryophyllus arvenſis glaber flore majore, Blumengraß: Euphraſia gramen, Trag. Gramen, Fuch. alterum, Matth. Leucanthemum, Dod. Gramen floridum majus, Tab. Holoſtium Ruellii, Lob. Lychnis graminea glabra flore majore, Moriſon. Ad ſepes, potiſſimùm viâ Riehanâ, & in nemore retro Novam domum. Aprili & Majo.

Caryophyllus ſylv. flore minimo: Saxifragia ſive Saxifraga antiquorum, Lob. In agris.

Caryophyllus holoſtius alpinus latifolius. Hic in Valeſianorum alpibus ut & ad thermas Fabarias producitur.

Caryophyllus ſaxatilis foliis gramineis umbellatis corymbis, ſeu Gypſophyllum majus Thelii. In Rupibus Gotthardi.

Flores potiſſimùm Junio Menſe producti uſurpantur qui colore ſunt ſaturo rubeo & præ aliis ſuaveolentes ſunt & in hortis coluntur, quamvis & flores caryophylli pratenſis flore laciniato ſimplici odoratæ ſatis utiliter iis commiſceri poſſint: Innuunt autem tali colore ſulphur anodynum diſcutiens & roborans, cujus ratione (præterquam ut dictum, Jovialis ſint naturæ & ob ſpiritum Jovialem ſanguinem Jovialem emaculent augeantque) Caryophylli *Cephalici* ſunt & *Cordiales*, unde conveniunt in Vertigine, Apoplexiâ, Epilepſiâ aliiſque capitis & nervorum affectibus, præprimis ſi inde *Conſerva* paretur & *Syrupus*, maximè ſi per infuſionem florum potius quàm ex ſucco fiat, quia ſulphureæ & ſalis volatiles partes ſic magis conſervantur; hinc commendatur in ſyncope & palpitatione cordis: *Decoctum* autem totius juxta Dodonæum alleviat partum, capitis vulnera ſanat, Odontalgiam & Cephalalgiam lenit, ſi os eo colluatur.

ANTIRRHINUM, Kalbsnaſen: Sic dicitur, quòd fructu ſit vituli naribus ſimili, abſque calcari poſterius, quia ſcilicet pars ejus inferior immediatè calyci herbaceo quinquepartito immergitur; capſulâ bifariam diſtin-

diſtinguitur in duas cellulas utrinque ſemina continentes, quæ tribus foraminibus ſurſum verſus, e.g. lateraliter perforantur, quorum duo terminantur in cellulam inferiorem & tertium ſuperius in cellulam ſuperiorem; in ambabus autem cellulis continentur plurima ſemina ſubruſa aut fuſca. Folia *ſaporem* habent ingratum, pinguem, fœtidum, ſubamarum; hinc menſes ſollicitat & matricis ſuffocationem ſedat, ad incantamenta & ſcorpionum ictus à Mulierculis adhibetur, & *contra Diabolum à collo ſuſpenditur. Matthiolus* Vim ejus contra incantationes ex cane obmuteſcente animadvertit, hincque plantæ hujus in os ejus inſertione latratum denuò procuravit. Vid. *Carrichter. Tract. de Veneficiis in Chirurg. Exc. D. D. Muralti*. Oleum mirabile contra Veneficia hucuſq; ſecretum ſeq. damus: ℞. *Ol. hyper.* ℔j. *Vini gener. ſextar. & ſem. Terebinth. deſt. Ol. later. lumbric. aa.* ℥ij. *Ping. hum. deſtill. Ol. è medull. human. aa.* ℥iij. *Antirrhin. major. M.* viij. *hyperic. M.* vj. *verbaſc. M.* ij. *fol. perſicar. polytrich. pyrol. aa. M.* iij. *flor. beton. cent. min. prunell. conſolid. aur. chelidon. aa. M.* j. *Sem. antirrhin.* ℥ß. *hyperic.* ℥j *rad. Dracunc. maj. ariſtol. rot. ſymphyt. aa.* Mß *ſcrophular. fabar. aa M* j. Bulliant in diplomate vaſe optimè clauſo ad conſumptionem vini, poſtea imponantur *Croci mart. Mumiæ, Myrrh. Thur. Maſtich. aa.* ʒij. denuò coquantur leviter per circulationem. Doſis gutt. 10, 15, vel 20. intus in cochl. vini vel aquâ deſtillatâ, qualiter expellit, quod per faſcinationem injectum eſt & format alicubi ulcus; Valet & contra impotentiam, item Vulnera periculoſa. Infantibus eo illinuntur pulſus & ſcrobiculus cordis. Cæterùm quomodo Salomon à DEO edoctus fuerit fugare Dæmones, quam artem poſteà multi etiam alii tempore Joſephi cum fructu exercuerint, vid. apud *Joſeph. VIII. 2.* Julio & Auguſto floret circa margines.

Species *Rajo* vocantur Herbæ flore monopetalo fructu bicapſulari flore rictum exprimente abſque calcari vaſculo ſeminali tribus foraminulis perforato vituli nares exprimente. Suntque

Antirrhinum arvenſe majus: Antirrhinum 1. Matth. ſylv. ſive Phyteuma, Dod. Antirrhinum minus, Tab. minimum, Lob. Paſſim in agris.

Antirrhinum arvenſe minus: Antirrhinum, Matth. alterum minimum repens, Lob. In pratis agris, etiam tectis.

LINARIA, Leinkraut: Sic dicitur, quòd ſit foliis Lini ſimilis. Eſt ſpecies Antirrhini, unde ſimiliter florem habet monopetalum rictu anterius & calcari poſterius donatum & ſemen binis capſulis apum alvearia referentibus incluſum, ſepto membranaceo utramque ſeriem diſterminante. *Folia* verò lini nigra, demum rubentia. Locis incultis creſcit, juxta ſepes, Junio, Julio & Auguſto floret.

Species ejus *Rajo* ſunt herbæ flore monopetalo fructu bicapſulari flore rictum exprimente cum calcari, vaſculo ſeminali ſubrotundo. Suntque

Linaria vulgaris lutea flore majore: Linaria vulgaris, Trag, 1. Dod, Oſyris, Matth. Fuch. Lob. major, Tab. Paſſim in agris.

Linaria montana floſculis albicantibus: Linaria adulterina, Tab. In monte Reichenſtein, & Michelfeldæ.

Linaria planta eſt *diuretica* ob amarum, quem habet ſaporem & ſubacrem, unde Germ. dicitur Harnkraut/ maximè ſi Aqua ejus cum ſucco cort. ebuli detur, ut in *Schol. ad Obſerv. Chirurg. Muralti* diximus; Eſtque hinc Uſus præcipui in Ictero & obſtructo hepate, urinæ difficultate, hydrope: *Extrinſecus* imponitur abdomini in ſtranguriâ & ano, in hæmorrhoidum dolore, dum ſcil. recens cum lini pinguedine porcinâ prius ſubigitur: Vid. *Deſcription. Mat. Medic. Francofurtenſ.* & *infra*, item *Gremſium* & *Cardiluc.*

LINUM, Flachs: Vulgaris eſt planta, circa quam plurimos labores tolerant Mulieres, quæque fundamentum eſt papyri noſtratis, cujus certè inventio planè divina eſt, ſic namque ex lino fit veſtis, quòd multi non crederent, niſi experientia ſtultis quoque hoc teſtatur; unde nec mirum multos etiam Doctorum vim auri ſeminalem negare, cùm tamen ipſum ſit ſemen & inde ſe multiplicari poſſit in ſuâ terrâ, h. e. Mercurio. Folia habet mollia & attactu glabra, flores cœruleos. Uſurpatur vulgo *ſemen*, quod ſulphureis mucilagineis ramoſisque ſuis particulis anodynam vim exerit, calefacit, digerit, emollit, maturat, *uſûs* præcipui hinc in tuſſi, pleuriſi & phthiſi, ſi juxta *Etzlerum Iſag. Phyſ. Mag Med. p.* 58. cum aliis Jovialibus, v. g. amygdalis & paſſulis miſceatur. Jovialis enim planta Linum eſt, ex quo hinc Sacerdotes lineâ veſte induebantur, de quo vid. *Spencer. de Ritib. Hebræor. Extrinſecus* maturat tumores, lenit dolores, fœtum expellit, ſi farina formâ Cataplaſmatis imponatur, Oleum ſummum anodynum eſt & in pleuritide (cum ſpir. diair.) per inſolationem prius depuratum, certiſſimum remedium: Clyſmata anodyna quoque in doloribus nephriticis & pertinaci alvi obſtructione cum ſucceſſu ingreditur. Filum ex eo paratum in lixivio coctum ut & illud è Cannabe, poſt expreſſionem abdomini applicatum maximè ſolatur Ileoſos. *Mich. Meyerus* in Luſu ſerio eleganter notat Librum impreſſum ex ſolo lino conſtare, ſi papyrum ad nigredinem uſtam & oleo lini incraſſato miſtam pro atramento adhibeant. Sed *Deuter. XXII.* 11. Lex extat veſtem ex lino & lanâ mixtam prohibens, ut nimirum Judæi à Zabiis diſtinguerentur. Vid. *Majemon. in More Nevoch. p.* 447. Majo & Jun. floret. Species ejus juxta *Rajum* ſunt herbæ flore pentapetalo aut polypetalo foliis in caulibus nullo aut alterno ordine poſitis vaſculo ſeminali in decem

cem loculamenta totidem ſemina continentia diſpertito, flore caduco, ſeminibus oblongis compreſſis ſplendentibus, colore melino.

Linum arvenſe, ſylveſtre, Trag. In agris avenaceis.

Linum ſylv. anguſtifolium flore minore: Linaria 4. Trag. Linum ſylv. tenuifolium, Lob. Tab.

Linum pratenſe floſculis exiguis: Linocarpos, Thal. Paſſim in pratis maximè montoſis.

POLYGALA, Kreutzblümlein: Juxta deſcriptionem Bauhini *frutex* brevis eſt, palmi altitudinem petens, foliis lenticulæ; juxta Moriſonium verò eſt legumen papilionaceum ſiliquis articulatis erectis: guſtu eſt amaricante adſtrictorio, & quamvis inde non adeò aperire videatur tamen ejus potus, lactis abundantiam facere creditur. Sic namque ſe obſervaſſe & expertum eſſe refert *Welſch. in Mictomim. §. XLIX.* Cordialia etſi adſtringentia, pleraque partum promovere, roboratâ ſcilicet naturâ cujus id opus unicum eſt. Conſtans eſt color florum & fortè in eâ partes tenues abundant non ſecus ac in Polygala Indica fruteſcente *Celeb. Hermanni* Indigo præbente, cujus Vires ſiſtit *Exc. D. D. Muraltus in Obſerv. Chirurg* & ʒj. pondere Ictericis utiliter dedit *D. Liſterus, Anglus.* Junio & Julio floret. Species ſunt

Polygala vulgaris purpurea, cærulea, alba: Polygalon, Trag. Polygala, Tab. recentiorum, Lob, Flos ambarvalis, Dod. Moriſonio dicitur Polygala tetrapetala ſiliculoſa bicapſularis. Paſſim in pratis, & circa Michelfeldam acutioribus foliis.

CAMPANULA arvenſis erecta, Glockenblümlein: Aliàs Onobrychis, folia habet lentis ferè longiora caulem dodrantalem, florem puniceum, radicem exiguam: planta eſt, Lino congener, cujus vires cum Linaria eædem. Foliis lodit ſuperioribus latioribus caulem amplexantibus, inferioribus, longioribus, nullis crenatis, ſed quibusdam criſpatis, unde apud *Tabernamontanum* duæ ſunt figuræ, nomine Violæ arvenſis & Violæ pentagoniæ. Nimirum eſt monopetala tricapſularis ſeminibus pluribus lucidis in alveolis erecta & lacteſcens. Plantula omnino elegantiſſima.

Campanula arvenſis erecta: Campanula arvenſis minima, Dod. Onobrychis altera Belgarum, Lob. Viola arvenſis & Viola pentagonia, Tab. *Speculum Veneris*, Germ. Paſſim inter ſegetes.

HYSSOPI FOLIA, Klein Schlangenkraut: *Geſnero* dicitur *Graticla minor*, & Parkinſonio anguſtifolia, *Joh. Bauhino* Hyſſopifolia aquatica, quia in aquoſis & ubi per hyemem aquæ ſtagnarunt, *Rajo* referente, non

rarò

rarò reperitur. Eſt autem Hyſſopus, cum quo affinitatem gerit hæc herba, planta ſpicata, hincque *Ammanno* caſſidæ ſeu ſcutellariæ ſpecies & Euphragia cœrulea dicta in *Charact. Plant. p. 262.* Foliis & caules Hyſſopifoliæ dodrantales amicti ſunt alternatim poſitis hyſſopi, floribusque itidem ut Hyſſopus cœruleis quinque foliolis ſtriatis conſtantibus, quare & odorem ſuaviſſimum inſtar Hyſſopi gerit, & vires cum eodem participat. Odorem autem Hyſſopus aromaticum ac calidum, *fortem*, ſaporem *amarum*, acrem, calidum habet: hinc abſtergit, incidit, aperit, attenuat, protruſionem quieſcentis urget, hinc *Uſus* ejus *præcipuus* eſt in attenuandâ phlegmaticâ & viſcidâ pulmonum materiâ, in aſthmate & tuſſi, quid præterea valeat extus diximus in *Deſcript. Plantar. Officinal.*

Hyſſopifolia: Gratiola minor, Geſ. Hyſſopoides, Cam. Juxta *Ammannum Charact. Plant. pag.* 207. eſt Euphragia. In humidis ad prata viæ Richanæ.

CUSCUTA, Flachsdotter: Nonnullis *Lini podagra*, quod *linum amplectatur*, dicitur, ſicuti ſi thymum involvat, dicitur *Epithymum*. *Ammanno* hinc vocantur tales plantæ paraſiticæ. Nimirum eſt herba flore tetrapetalo capſulâ ſeminali brevi tetragonâ foliis carens vel foliaceum ſaltem habens, fructum ferens tetragonum 4. ſemina rotunda papaveris inſtar in ſuis angulis incluſa habens. Numeratur, ut dictum, inter herbas paraſiticas, quales autem dicuntur, quæ aliis ſeſe involvunt.

Saporem habet ſubacrem, partium tenuium, unde *ſplenetica* inprimis eſt, & hepatica purificandæ maſſæ ſanguineæ inſerviens, hinc & in Nodulis ordinata calefacit & ſiccat, abſtergit, ſubadſtringit, aperit, (vel teſte ſignaturâ dum vaſa meſeraica repræſentet) melancholico-acidum humorem corrigit: *Utilis* hinc in ſcabie, ictero nigro, &c. Julio & Auguſto Lino inprimis adhærens reperitur. Eſtque

Cuſcuta major: Androſaces, Trag. Cuſcuta, Matth. Caſſytha, Dod. Lob Tab. Caſſutha, Fuch. Dod. Ad ſepes ſupra Urticam, in agris circa Linum.

SERPILLUM, Klein Coſtens: Pergit jam *Bauhinus* ſiſtere Plantas Verticillatas, quales ſunt plantæ, quarum floſculi galeati caulem articulatim velut verticilli amplectuntur, foliolis interſperſis, ſuntque pleræque aromaticæ aut ſaltem odoratæ, ut vel præ reliquis patet ex Serpillo, quod odorata planta eſt, latè per terram ſerpens, unde nomen. *Odorem* ſcilicet habet valde aromaticum, *ſaporem* acrem, amarum, coſtinum, hinc calefacit & ſiccat, anticatharralis, *cephalica* eſt, *uterina. ſtomachica*, defluxiones à frigiditate tollens, aſthmaticos juvat, menſes provocat & urinam, per quam

Q ut &

Digitized by Google

ut & inſenſilem tranſpirationem præcipuè ſerum catharrale nimium exhaurit. Colligitur ubi rore matutino adhuc madet pro Aquâ catharrali ſeq. ℞. *Serpilli talis q. ſ.* affund. *Vini generoſ.* Digerantur per 14. dies, deſtillato liquori denuo adde ſerpillum viride recens, & denuo deſtill. ſic obtinebis *Aquam* ſpirituoſam *ſerpilli*, cui ſi addideris *Lign. Saſſafras*, potentior fiet. Talis *Aqua* Serpilli parturientibus etiam cum ſucceſſu adhibetur, quia pariendi conatus multiplicat. Serpillum, Thymum, Satureiam in collutione non ſaltem, ſed & in pediluviis Odontalgiæ mederi *Welſchius* teſtatur *Miſcomim. III §. XCIII.* maximè verò ſi ſpiritus vini cum ſerpillo deſtilletur & ore detineatur. *Sim. Pauli* refert ſe Balſamo ſerpilli auſpicato Vertiginoſos à vertigine præſervare.

Serpilli Species, ut ſequens Polium, ſunt Verticillatæ herbæ ſuperficie perennante, ut ſupra Botros chamædryoides. Eſtque

Serpillum foliis citri odore: Serpillum citratum, Matth. Tab. In pratis montoſis circa Landskrön, ad patibulum.

Serpillum vulgare minus: Serpillum, Trag Fuch. Lob. Serpillum vulgare, Dod. ſylv. Matth. Serpillum minus flore albo & purpureo, Tab. Paſſim in pratis.

Serpillum anguſtifolium hirſutum, vel montanum repens hirſutum: Serpillum Pannonicum 3. Cluſi. In monte Waſſerfall.

Serpillum latifolium hirſutum. Circa Baſileam in locis arenoſis ſæpius repetitur.

POLIUM, Wilder Roſmarin: à πολιὸν ſic dictum propter canitiem & tomentoſam lanuginem, quæ in capitulis ac foliis apparet, quin & Polium ex humilioribus ſuffruticibus eſt foliis oblongis & in legitimis ſeu genuinis ſpeciebus circa margines crenatis. *Odorem* habet aromaticum, fortem, guſtu amaricat, unde incidit, attenuat, hydropicos & ictericos juvat, vermes provocat, urinam & menſtrua pellit. Hinc Theriacæ ingrediens eſt. Retulit nobis Chirurgus quidam Monſpelienſis ſe Emplaſtro ex *pice & polio montano* magnam thoracis contuſionem ſanaſſe. Junio & Majo menſe in montibus floret. Species ſunt

Polium Lavendulæ folio: Polium alterum, Matth. recentiorum fœmina lavandulæ folio, Lob. Polium fœmina, & Polium campeſtre, Tab. Circa Birſam in arenoſis circa Michelfelden.

Polium montanum repens. In Alpibus & monte Gotthardi.

AGERATUM ſerratum Alpinum, Eine Gattung S[illegible]
dicitur juxta *Plinium L. XXVII. C.* 4. quia diutiſſimè [illegible]
characteriſticæ ejus, ut notat *Rajus*, ſunt flores lu[illegible]

mam diſpoſiti, folia integra profundè ſerrata. *Folia* habet Origani, atque etiam temperamento & viribus cum Coſto hortorum ſeu Balſamitâ mare convenit. Ageratum foliis ſerratis, C.B. cum Ophiogloſſo in oleo bullitum cum *Cer. Tereb.* parùm Emplaſtrum præſtans præbet. Creſcit vulgò in Helveticis montibus, & Junio Julioque floret. *Decoctum* ejus ob principium ſalino-ſulphureum, quo calidum eſt, provocat & urinam & menſtrua.

ORIGANUM, Doſten/ Wohlgemuht: De Etymologia ejus Græcâ videatur Bauhinus. Germanicè ita dicitur quaſi herba boni animi, quòd animum ſuſcitet & gaudia pariat. Juxta *Etzlerum* enim Jovi mancipatur in Sagittario domo Jovis, unde taliter collecta contra furta & veneficia valere dicit, ſi amuleti inſtar geſtetur vel in domo ſuſpendatur. Folia habet *Majorana*, ſed majora, minus tamen ac illa aromatica acris & penetrans eſt, unde & à *Dodonæo*, *Rajo* ad Majoranam refertur; *Odorem* habet ſuaviſſimum, aromaticum velut mentha, pulegium & ocymum; *ſaporem* verò ſubacrem, amaricantem, coſtinum, hinc ſanguinem viſcoſum præſertim in capite circa nervos auditorios ſubſiſtentem diſſolvit, ſpiritum incitat, aperit, abſtergit, curat aſthma, tuſſim, icterum & affectibus mulierum hyſtericis medetur. Novi Empiricum, qui iſtud Vinis medicatis ſuis omnibus immiſcuit utiliter. Extus Decoctum pro ſuffitu aurium eorum tinnitui & gravitati medetur, lac etiam auget, & ſudorem movet; Origanum Creticum deſtillatione Oleum præbet, quod in Odontalgiâ omnium præſtantiſſimum comperi. *Rajo* eſt planta verticillata floribus in capitula ſquammoſa congeſtis. Creſcit hìc

Origanum ſylveſtre: Origanum vulgare, Trag. ſylv. Fuch. Dod. Tab. Agrioriganum, ſive Onitis major, Lob. Paſſim ad ſepes, cujus triplex varietas nimirum foliis longioribus rotundioribus floribus ex candido rubentibus, phœniceis, ſanguineis, Tragoriganum Dioſcorid quibusdam. Ferè ubique ad vias creſcit, quamvis nomen ejus ferat, quod montanis delectetur locis. Notæ autem Origani [illegible] ajoranæ ſunt flores in capitula ſquammoſa congeſti in ſummis c[illegible] mulis, ut dictum.

CLIN[illegible] Baſili[illegible] ectipes, aliis Origanum verti[illegible] pecie[illegible] is Verticillatis caulibus non[illegible] catis à foliorum alis [illegible] tis, ut & ſunt Stachys [illegible] que [illegible] g. Acinos, Lob. Cli[illegible] guſto.

Cli-

Clinopodium arvenſe ocimi folio: Baſilicum 3. Trag. Pſeudoclinopodium, Matth. Acinos, Fuch. Ocymum ſylv. Dod. Clinopodium vulgare, Lob. alterum, Tab. Paſſim in agris frumentaceis.

Clinopodium alpinum hirſutum. In Rhætico & Criſpalto & Lunæ monte.

Quoad *Vires* ob vim aromaticam inſtar Origani, quo tamen minus odorum eſt, uterina eſt planta juxta Dioſcoridem, maximè verò ſumpta *herbæ in decocto* ictus ſerpentum curat, convulſionibus, rupturis & Urinæ difficultati medetur & menſes & fœtum pellit. Oleum deſtillatum inde paratum inſuper egregium febrifugum eſt, præſertim ſi exhibeatur modo noſtro ſequenti: ℞. *Ol. deſtill. clinopod. vel ſaltem majoran. gut. viij. Flor. ſal. armoniaci* ʒß. *Sal. abſinth.* ℈j. miſc. in mortar. lapideo, addendo *Chin. Chin.* ʒiß. *Conſ. fl. calend. Anthos vel clinopod. roſar. rubr. aa.* ℥ß. miſc. F. Electuarium manè & veſperi ſumendum, in Quartanâ & tertianâ rebelliori.

MENTHA, Müntz: παρὰ τὸ μινύθειν inhibere, etiam Græcis ἡδύοσμος, quaſi ſuavis odoris dicta, quia ſcil. eſt planta aromatica cum ſuavitate gravitatem (unde quædam perſonæ ſingularem antipathiam cum eâ fovent, ut præter *Hannemannum* in Matrona quadam obſervavimus) præ ſe ferens:

Aquatica ſaporem habet acrem, ſubamarum, balſamicum, coſtinum, hinc calefacit & ſiccat, acorem morbificum corrigit, *ſtomachica* eſt, ejusque cruditates acidas tollit, præcipuè autem vomitum ſedat (cum fermento & aceto in Cataplaſma redacta) & egregiè paſſionibus uterinis prodeſt; in Diarrhæis & fluxibus aliis alvinis retardat, fluxionesque cœliacas & lientericas ſiſtit, & Cerebri frigiditatem corrigit, maximè & inflammationem & duritiem mammarum lactisque coagulationem externè impoſita tollit, ſeu aliàs fertur ipſam lacti infuſam ejus coagulationem omnem prohibere. Habetur ex eâ Oleum Menthæ coctum & deſtillatum quod cum Tacamahacâ mixtum regioni ventriculi utiliſſimè imponitur. De Elixiri menthæ quod contra affectus ventriculi aliàs commendatiſſimum eſt, referunt quidam illud ſanguinem ſiſtere, id quod & de herbâ naribus odorata dici ſolet, ut & de pediluvio, ſic enim poſtea inſtitutâ V. S. in pede nullum ſanguinem extillare fecit.

Mentha cattaria vulgaris & major, *Nepeta* dicta, *odorem* habet fortem (quem præprimis perſentiunt feles, qui inde hâc herbâ mirè delectantur) & aromaticum calidum, mordacem, unde præter vires ſupra dictas, ſingultum, flatus & febres ſanat; maximè ſie Oleum deſtillatum ejus intus 2. horis ante paroxyſmum detur modo ſequenti: ℞. *Ol. menth. gut. viij. Sal. tart. volat.* ℈j. *flor. ſal. armon. gr. vj.* miſc. in mortario lapideo, add *Aq. plant. cent. min. aa.* ℥ß. F. Pot. Creſcit locis humidis, Junio Julioque floret.

Menthæ

Digitized by Google

Mentha autem ut ſeq. Calamenthæ Species ſunt herbæ verticillatæ herbaceæ floribus vix labiatis tubo brevi quadripartitis aut quinquepartitis. Suntque

Mentha ſylv. rotundiore folio, Wilder Balſam: Mentaſtrum, Tab. Mentaſtrum folio rugoſo rotundiore ſpontaneum flore ſpicato odore gravi, J. Bauh. In agris humidioribus. Julio.

Mentha ſylv. longiore folio, Roßmünß: Mentaſtrum, Trag. Matth. Fuch. Dod. Lob. Mentaſtrum ſpicatum folio longiore candicante, J. Bauh. Iisdem locis, & patis humidis. Julio.

Mentha rotundifolia paluſtris, Waſſermünß: Balſamica agreſtis, Trag. Siſymbrium, Fuch. Dod. ſyl. Matth. Mentha aquatica, Lob. Calamintha aquatica, Tab. Major eſt & minor, in aquoſis Michelfeldæ. Julio.

Mentha cattaria vulgaris & major: Nepeta vulgaris, Trag. Herba gattaria, Matth. Calaminthæ 1. genus, Fuch. Cattaria herba, Dod. Mentha cattaria, Lob. felina, Tab. Ad ſepes hortorum extra portam S. Johannis.

CALAMINTHA, Wilder Polen: Quaſi bona & utilis Mentha dicitur; Verticillos habet rariùs diſpoſitos: *Odore* eſt excellente, ſapore acuto, amaro, easdemque vires quas Mentha poſſidet, ſudorem urinasque movet, Colicæ reſiſtit, exiccat, aperit, attenuat, unde ad obſtructiones hepatis, uteri, flatus diſcutiendos uſurpatur; *Dioſcorides* refert illam Elephantiacos juvare ſi edatur. Poteſt tibialibus vel ſandaliis indi ad promotionem menſium, ſic enim ſanguis in artubus languidiùs motus magis volatiliſabitur. Species ſunt

Calamintha pulegii odore: Calamintha altera, Matth. odore gravi pulegii, Lob. Pulegium ſyl. Dod. Calamintha arvenſis 2. Tab. Michelfeldæ.

Calamintha vulgaris, vel officinarum Germaniæ: Calamintha 2. Matth. montana, Dod. vulgaris, Lob. Tab. Paſſim ad ſepes, & in montoſis.

Calamentha arvenſis verticillata, Ackermünß: Nepeta agreſtris, vel 4. Trag. Calamentha altera, Fuch. Calamintha aquatica, Matth. Lob. arvenſis, Tab. Paſſim in agris, potiſſimùm humidioribus. Julio & Auguſto.

Calamentha montana inodora non deſcripta. Propè Lucernam quà Bernam itur.

MARRUBIUM, Weiß und ſchwarß Andorn; Ita dicitur, quòd folia marcida & ſqualentia ſint quaſi rubigine exeſa. Sunt plantæ congeneres meliſſæ ſeu verticillatæ herbaceæ, quarum caules non perennant: odorem ſulphureum edunt eumque ſuavem velut mentha, *ſaporem* amarum, calefacientem, ſiccantem, abſtergentem, attenuantem; hinc Uſus ejus præcipuè in obſtructionibus pulmonum, hepatis, meſenterii, uteri, adeo-

que in phtiſi, in expuitione ſanguinis, in partu difficili, lochiiſque remoratis, Ictero, v g. ℞. *Succ. marrub.* ℥iv. *Mell. q ſ.* Coq. in Syrup. de quo ſubinde cochleare ſumendum eſt, nimirum ſpecificum eſt, vel ℞. *Syr. de praſſ.* ℥ij. *Ol. Tart. per deliq.* ℈j. miſc. Valet & egregiè in ſcirrho hepatis. Marrubium Cardiaca dictum vel ex nomine ſuffocationi hypochondriacæ Infantum medetur & palpitationi cordis: In lixivio decoctum ſcabiei capitis medetur, pulvis ejus mariſcas ani ſanat. Vid. *Mylii Diſpenſ. Baſil. Chym. p.* 1174. Succus marrubii albi, millefolii, apii, rad. raphani, chelidoniæ cum aceti acerr. aa. mixtus cornua, oſſa injecta & in fimo equino 7. diebus digeſta mollit, ut in quasvis figuras duci poſſint. Hoc verò erit ex alcali ſuccorum non ſecus ac aliàs Lixivium calcis vivæ & ciner. clavellatorum raſuram cornuum ita emollit. Species ſunt

Marrubium Cardiaca dictum, Herzgeſpan: Meliſſa ſylv. Trag. Cardiaca, Matth. Fuch. Lob. Tab. Ad ſepes circa S. Jacobum & alibi. Julio.

Marrubium paluſtre glabrum, Waſſer-Andorn: Marrubium aquaticum, Trag Dod. Lob. Sideritis 1. Matth. Locis paluſtribus Michelfeldæ, ad Birſam, & Wieſam, aliiſque locis. Julio & Auguſto.

Marrubium nigrum fœtidum, Schwartzer ſtechender Andorn: Marrubium majus vel 1. Trag. Ballote, Matth. Fuch. Dod. Lob. Marrubiaſtrum, Tab. Ad ſepes paſſim.

Marrubium album vulgare: Marrubium candidum, Trag. album, Lob. Tab. Marrubium, Matth. Fuch. Dod. Nonnunquam ad ſepes & inter Bruglingen & Mönchenſtein.

LAMIUM, Tode- oder Taube-Neſſel/ Bynſaamen: Sic dicitur à florum cucullatâ effigie larvatam lamiam quodammodo repræſentante; Græcis Γαλιόψις, à florum itidem figurâ felis vel muſtelæ faciem & rictum nonnihil repræſentante; Aliàs *Urtica mortua*, quia toto frutice cum caule & foliis urticam referunt: at folia læviora ſunt & trita graviter olent; flores tenues ſunt, ac purpuraſcentes; ſemina minora, nigra, quibus ab Hormino diſtinguuntur. *Odorem* habent gravem, *ſaporem* verò inſipidum ſubfarinaceum & herbaceum, multùm ſalivæ provocantem, hinc alcali occultum potens habent, calefaciunt & modicè ſiccant. *Uterina* ſunt & ſpecificè fluori albo reſiſtit Conſerva ſummitatum florentium ſeu Decoctum uſurpetur, quo pacto *Ettmyllerus* mulierem generoſam ſic curatam ſe noſſe refert: valet & ad epilepſiam & dyſenteriam ac ventris tormina, affectus lienis ſi præprimis illa Lamii Species quæ inde Milzatella dicitur, in pulverem trita vel ejus Decoctum aſſumatur. Vid. *River. Prax. Extrinſecus* adhiberi poteſt pro mundificativo & mollitivo, ſic namque ſuccus cum aceto verrucas diſcutit, tumores duros & quoſcunque panos, &c. Intus & datus

adverſùs

adverſùs hæmorrhoides valere dicitur. Sic & Lamium purpureum fœtidum calefactum inter duos lateres calidos tumori ſcrophuloſo applicatum, eum unius noctis ſpatio aperit, cui dein applicandum ſeq. ℞. *Omphacii cochl. vj. But. maj. inſtar jugland* miſc. & impone lanæ nigræ oleo è pedibus bubulis madefactæ: Intus interea propinetur *aqua fl. geniſt.* Vid. *Remed. Angl.* Deſtillatur inde *aqua hyſterica* & *pectoralis.* Junio & Julio ubique ad vini ſepesque floret. Sunt autem Lamii genera, ut præcedentia Marrubia, herbæ verticillatæ ad modum Clinopodiorum ſuprà. Eſtque vel

Lamium purpureum fœtidum folio ſubrotundo, ſive Galeopſis Dioſcor. Todte Neßlen: Lamium, Trag. Fuch. Urtica iners altera, Dod. Urtica non mordax vulgaris fœtens purpurea, Lob. Galeopſis 2. Tab. purpurea, Lob. Aprili & per totam æſtatem.

Lamium purpureum vel album non fœtens folio oblongo, Todte Neßlen mit weiſſen und mit braunen Blumen: Galeopſis, Trag. Matth. Lamium ſive Archangelica, Lob. Lamium purpureum & album, Tab. Urtica iners, ſive Lamium 1 Dod. Aprili & ſeq.

Lamium folio oblongo luteum, Gelbe taube oder todte Neßlen: Urtica F. Trag. Urtica iners 3 Dod. Lamium luteum, Lob. Tab. In montoſis humidis. Aprili & Majo.

Lamium albâ lineâ notatum, ſive Milzatella: Urtica lactea, Matth. Galeopſis folio maculato Joh. Bauh. Macula illa albicans prout eſt in medio ſic in margine magis eſt in Lamio moſchato foliorum margine argentato, quod in Inſulâ Zante *Webler* & *Sponius* invenêre, quodque prior in *Itinerar. ſuo p.* 338. depingit. In ruderibus.

Lamium foliis caulem ambientibus majus & minus: Morſus gallinæ folio hederulæ alterum, Lob. Alſines ſpecies, Tab. In agris frumentaceis. Aprili & Majo.

Lamium maximum, ſylvaticum fœtidum, Groſſe ſtinckende taube Neſſel: Heraclea vel Urtica 11 Trag. Urtica herculea, Tab. In ſylvis montoſis, & ad ſepes circa molendinum ærarium.

Lamium montanum Meliſſæ folio: Meliſſa 1. Trag. icon. Meliſſophyllum verum, Fuch. Meliſſa Fuchſii, Lob. In montoſis Mutetæ & aliis. Et ex his ſpeciebus hocce Lamium montanum Meliſſę folio dictum ſeu Meliſſophyllum ſingulariter confert in affectibus glandulosis colli, dùm fumus ejus linteis excipitur & collo applicatur, qualiter ſcrophulas ipſas egregiè abiget. V. *Rem. Angl.* Colligendum autē Majo Lun. in Canc. exiſtente.

URTICA, Neſſel: Ejus folia rigidis aculeis denſiſſimè conſita ſunt, intra quos liquor acerrimus continetur, hinc namque quia urit & punctione ſua per aculeos hoſce pruritum & puſtulas igni ſimiles excitat, ita dicitur,

Digitized by Google

dicitur, & ob hanc pungentem & urentem facultatem Marti eam ſubjici *Etzlerus Iſag. Mag. Cap.III.* refert. Quare dicitur, *Difficiles lectu mihi Mars facit improbus herbas.* Moderatè aliàs calefacit & ſiccat, partium tenuium eſt, aperit, incidit, abſtergit, emollit, diuretica eſt, lithontriptica, ſcatet enim ſucco volatili nitroſo, qui & hinc internè in hæmorrhagiis & hæmoptyſi excellens remedium eſt, refert enim *Exc. D. D. Hannemann. in Miſcell. Cur. Dec. II. Ann. II. p.* 74. naribus herbam ſiccatam inflatam mox narium hæmorrhagiam ſanaſſe in muliere, & in *Scholiis Excell. D. D. Schröckius* refert in *MS. Welſchianis* notatum reperiſſe ℥ij. *Succi* hujus deſperatas narium hæmorrhagias ſanaſſe. Idem *Welſchius* laudat in *Miſtomim.* §. *XXXIII.* hæmorrhoides tumentes fotu urinæ urticatæ in Galliis ſæpè curatas eſſe; peculiariter Cicutæ adverſatur, ut & Hyoſcyamo. *Radix* condendatur maximè ad Icterum. *Herba* oleo ſumpta ſolvit alvum, abſtergit renes & calculos expellit, expectorationem & morbillorum eruptionem promovet: *Seminis Urticæ Romanæ* creber uſus eſt in affectibus pulmonum, aſthmate, tuſſi contumaci, pleuritide, peripneumoniâ & calculo, ſi cum melle conditum aſſumatur. *Extrinſecus* reprimit uvam inflammatam, & ſemen cum ſevo hircino vel oleo laurino & cerâ illitum contra frigus, ne ullum ſentiatur, experimentum præſens eſt, gangrænam mundificat, unde ſolent Chirurgi urente Urticâ fricare membra & ſanguinem allicere, adeoq; atrophiæ ſubvenire, quod & ſuccus expreſſus linteis applicatus præſtat: Sic & in Pernionibus: ℞. *Urtic. urent. minor. caule rubr. q. v.* Coq. in *Oleo lini,* (quòd ſcilicet pruriginem ab urticis ſedat) uſque dum urticæ nigreſcant, & inungatur. *Exc. D. D. Paullini in Obſ. Med. Phyſ. Ann. VI. Dec. II. Miſc. Cur. annex. p.* 57. refert Hortulanum quendam ante exercitia Veneris membrum & teſtes viridi urticæ faſce fricaſſe & cæduſſe, ſicque rem animoſius & felicius perfeciſſe. Id verò maximè mirabile eſt, quod *cit. Etzlerus* refert, nimirum ſemen Urticæ collectum, Marte Ariet. vel Scorp. aut Capricor. tenente, ſi potantibus exhibeatur protinus, cùm incaluerit rixas excitaturos manusque commutaturos fore. *Sim. Pauli* refert Cereviſiæ recentis intempeſtivam fermentationem exhiberi & à tonitru defendi, collocando in doliis urticam urentem maximam & fruſta chalybis. Floret Julio & ſemen Auguſto maturum eſt: ubicunque reperitur. Species ſunt

Urtica urens maxima: Vrtica major, Fuch. Tab. vulgaris urens 1. Trag. urens altera, Dod. ſyl. aſperior, Lob. Vrtica 2. Matth. Ad antiquas maceries & ſepes.

Urtica urens minor: Vrtica 3 Trag. Matth. urens minima, Dod. minor, Fuch. Tab. minor acerior, Lob. Paſſim etiam in hortorum areolis.

Not. Vrtica urens maxima & minor ſunt ex herbis flore imperfecto, quarum fructus à floribus totis plantis diſtant, velut ſexum præ ſe ferunt, ut ſupra

ſuprà Mercurialis. Juxta *Hortum Malabar. T. II. p. 74.* & *Ammannum* Urtica urens maxima, minor, & pilulas ferens, cùm non ſint galeatæ ſed verticillatæ & aliquo modo racemi verticillatim diſponantur, ad figuram galeatarum verticillatarum remittantur.

Urtica aculeata foliis ſerratis, Acker-Neſſel: Cannabis ſyl. Trag. ſpuria altera, Lob. Cannabina alba, Tab. In agris. Julio & Auguſto.

Urtica fatua aculeata foliis non ſerratis: Cannabis ſpuria facie Urticæ, Lob. Ad ſepes.

Hæ duæ poſteriores Urticarum ſpecies ſunt, ut ſuprà allata Clinopodiorum, Lamiorum genera herbæ verticillatæ floribus galeatis & labiatis ſpicatis è foliorum alis ad caulium nodos exeuntibus, verticillis denſiùs diſpoſitis, pariter ut & ſequentes *Sideritidum* ſpecies.

SIDERITIS, Wundkraut / Beruffkraut: Græcè ἀπὸ τοῦ σιδήρου, quòd velut ferrum glutinet vulnera, Germanicè autem non quòd acclamationes verbis factas elúdat (ut in *Tr. de Faſciniat. Exc. Frommannus & Dec. II. Miſc. Cur. Ann. III. pag. 316.* docet) ſed quia excellente virtute abſtergendi pororum obſtructionem pollet. Eſt autem planta, quæ duos caules aut tres, aut plures ſimul ſurſumverſùs mittit; Valet, ut dictum, pro abſtergendis cutaneis & aperiendis poris corporis. Species ſunt

Sideritis vulgaris hirſuta erecta, Gliedkraut: Sideritis 1. Fuch. Sideritis Heraclea, Tab. Sideritis ſive ferruminatrix, Lob. Paſſim ad ſepes.

Sideritis arvenſis latifolia glabra, Groß Alyſſen: Sideritis 2. Matth. Alyſſum majus, Tab. Lamiis accedit. In agris ad Wieſam, item Hüningæ & Michelfeldæ. Auguſto.

Sideritis arvenſis anguſtifolia rubra, Kornwirth: Ladanum ſegetum Plinii, & Tetrahit anguſtifolium aliis, Lugd. Alyſſum Galeni flore purpureo, Tab. Paſſim in agris, frugibus demeſſis. Julio & Auguſto.

Sideritis Alſine triſſaginis folio. Circa Alſatiã & Argentor. reperitur.

EUPHRASIA, Augentroſt: dicitur quaſi Solamen oculorum, Græcis Εὐφρωσύνη, eò quòd caligines oculorum diſcutiendo eos delectet; parva planta eſt, folia habens criſpa, venoſa, circumcirca denticulata, floribus eſt galeatis, ſed non eſt ſimul verticillata, ſemina ſunt albicantia: Folia amarorem cum adſtrictione conjunctum exhibent. Inſigniter eſt ophthalmica, quia clarificat ſpiritum oculorum & acuit viſum, unde plantæ pulvis Conſervis ophthalmicis utiliſſimè admixtus fuit à *Job. Caſp. Bauhino*, referente enim *Foreſto L. XI. Obſerv. 32.* ejus conſervæ ſolius uſu continuo puella per decennium viſûs obſcuritate laborans reſtituta eſt, id quod & *Melichius in Diſpenſ.* teſtatur. *Arnoldus Villanovanus* commendat Vinum Vin-

cem loculamenta totidem ſemina continentia diſpertito, flore caduco, ſeminibus oblongis compreſſis ſplendentibus, colore melino.

Linum arvenſe, ſylveſtre, Trag. In agris avenaceis.

Linum ſylv. anguſtifolium flore minore: Linaria 4. Trag. Linum ſylv. tenuifolium, Lob. Tab.

Linum pratenſe floſculis exiguis: Linocarpos, Thal. Paſſim in pratis maximè montoſis.

POLYGALA, Kreuʒblümlein: Juxta deſcriptionem Bauhini *frutex* brevis eſt, palmi altitudinem petens, foliis lenticulæ; juxta Moriſonium verò eſt legumen papilionaceum ſiliquis articulatis erectis: guſtu eſt amaricante adſtrictorio, & quamvis inde non adeò aperire videatur tamen ejus potus, lactis abundantiam facere creditur. Sic namque ſe obſervaſſe & expertum eſſe refert *Welſch. in Miſcomim. §. XLIX.* Cordialia etſi adſtringentia, pleraque partum promovere, roboratâ ſcilicet naturâ cujus id opus unicum eſt. Conſtans eſt color florum & fortè in eâ partes tenues abundant non ſecus ac in Polygala Indica fruteſcente *Celeb. Hermanni* Indigo præbente, cujus Vires ſiſtit *Exc. D. D. Muraltus in Obſerv. Chirurg* & ʒj. pondere Ictericis utiliter dedit *D. Liſterus, Anglus.* Junio & Julio floret. Species ſunt

Polygala vulgaris purpurea, cærulea, alba: Polygalon, Trag. Polygala, Tab. recentiorum, Lob. Flos ambarvalis, Dod. Moriſonio dicitur Polygala tetrapetala ſiliculoſa bicapſularis. Paſſim in pratis, & circa Michelfeldam acutioribus foliis.

CAMPANULA arvenſis erecta, Glockenblümlein: Aliàs Onobrychis, folia habet lentis ferè longiora caulem dodrantalem, florem puniceum, radicem exiguam: planta eſt, Lino congener, cujus vires cum Linaria eædem. Foliis ludit ſuperioribus latioribus caulem amplexantibus, inferioribus, longioribus, nullis crenatis, ſed quibusdam criſpatis, unde apud *Tabernæmontanum* duæ ſunt figuræ, nomine Violæ arvenſis & Violæ pentagoniæ. Nimirum eſt monopetala tricapſularis ſeminibus pluribus lucidis in alveolis erecta & lacteſcens. Plantula omnino elegantiſſima.

Campanula arvenſis erecta: Campanula arvenſis minima, Dod. Onobrychis altera Belgarum, Lob. Viola arvenſis & Viola pentagonia, Tab. *Speculum Veneris*, Germ. Paſſim inter ſegetes.

HYSSOPI FOLIA, Klein Schlangenkraut: *Geſnero* dicitur *Gratiola minor*, & Parkinſonio anguſtifolia, *Joh. Bauhino* Hyſſopifolia aquatica, quia in aquoſis & ubi per hyemem aquæ ſtagnarunt, *Rajo* referente, non

rarò

Digitized by Google

rarò reperitur. Eſt autem Hyſſopus, cum quo affinitatem gerit hæc herba, planta ſpicata, hincque *Ammanno* caſſidæ ſeu ſcutellariæ ſpecies & Euphragia cœrulea dicta in *Charact. Plant. p.* 262. Foliis & caules Hyſſopifoliæ dodrantales amicti ſunt alternatim poſitis hyſſopi, floribusque itidem ut Hyſſopus cœruleis quinque foliolis ſtriatis conſtantibus, quare & odorem ſuaviſſimum inſtar Hyſſopi gerit, & vires cum eodem participat. Odorem autem Hyſſopus aromaticum ac calidum, *fortem*, ſaporem *amarum*, acrem, calidum habet: hinc abſtergit, incidit, aperit, attenuat, protruſionem quieſcentis urget, hinc *Uſus* ejus *præcipuus* eſt in attenuandâ phlegmaticâ & viſcidâ pulmonum materiâ, in aſthmate & tuſſi, quid præterea valeat extus diximus in *Deſcript. Plantar. Officinal.*

Hyſſopifolia: Gratiola minor, Geſ. Hyſſopoides, Cam. Juxta *Ammannum Charact. Plant. pag.* 207. eſt Euphragia. In humidis ad prata viæ Riehanæ.

CUSCUTA, Flachsdotter: Nonnullis *Lini podagra*, quod *linum amplectatur*, dicitur, ſicuti ſi thymum involvat, dicitur *Epithymum*. *Ammanno* hinc vocantur tales plantæ paraſiticæ. Nimirum eſt herba flore tetrapetalo capſulâ ſeminali brevi tetragonâ foliis carens vel foliaceum ſaltem habens, fructum ferens tetragonum 4. ſemina rotunda papaveris inſtar in ſuis angulis incluſa habens. Numeratur, ut dictum, inter herbas paraſiticas, quales autem dicuntur, quæ aliis ſeſe involvunt.

Saporem habet ſubacrem, partium tenuium, unde *ſplenetica* inprimis eſt, & hepatica purificandæ maſſæ ſanguineæ inſerviens, hinc & in Nodulis ordinata calefacit & ſiccat, abſtergit, ſubadſtringit, aperit, (vel teſte ſignaturâ dum vaſa meſeraica repræſentet) melancholico-acidum humorem corrigit: *Utilis* hinc in ſcabie, ictero nigro, &c. Julio & Auguſto Lino inprimis adhærens reperitur. Eſtque

Cuſcuta major: Androſaces, Trag. Cuſcuta, Matth. Caſſytha, Dod. Lob. Tab. Caſſutha, Fuch. Dod. Ad ſepes ſupra Urticam, in agris circa Linum.

SERPILLUM, Klein Coſtens: Pergit jam *Bauhinus* ſiſtere Plantas Verticillatas, quales ſunt plantæ, quarum floſculi galeati caulem articulatim velut verticilli amplectuntur, foliolis interſperſis, ſuntque pleræque aromaticæ aut ſaltem odoratæ, ut vel præ reliquis patet ex Serpillo, quod odorata planta eſt, latè per terram ſerpens, unde nomen. *Odorem* ſcilicet habet valde aromaticum, *ſaporem* acrem, amarum, coſtinum, hinc calefacit & ſiccat, anticatharralis, *cephalica* eſt, *uterina ſtomachica*, defluxiones à frigiditate tollens, aſthmaticos juvat, menſes provocat & urinam, per quam

ut & inſenſilem tranſpirationem præcipuè ſerum catharrale nimium exhaurit. Colligitur ubi rore matutino adhuc madet pro Aquâ catharrali ſeq. ℞. *Serpilli talis q. ſ.* affund. *Vini generoſ.* Digerantur per 14. dies, deſtillato liquori denuo adde ſerpillum viride recens, & denuo deſtill. ſic obtinebis *Aquam* ſpirituoſam *ſerpilli*, cui ſi addideris *Lign. Saßafras*, potentior fiet. Talis *Aqua* Serpilli parturientibus etiam cum ſucceſſu adhibetur, quia pariendi conatus multiplicat. Serpillum, Thymum, Satureiam in collutione non ſaltem, ſed & in pediluviis Odontalgiæ mederi *Welſchius* teſtatur *Miſcellanea. III. §. XCIII.* maximè verò ſi ſpiritus vini cum ſerpillo deſtilletur & ore detineatur. *Sim. Pauli* refert ſe Balſamo ſerpilli auſpicato Vertiginoſos à vertigine præſervare.

Serpilli Species, ut ſequens Polium, ſunt Verticillatæ herbæ ſuperficie perennante, ut ſupra Botros chamædryoides. Eſtque

Serpillum foliis citri odore: Serpillum citratum, Matth. Tab. In pratis montoſis circa Landskrón, ad patibulum.

Serpillum vulgare minus: Serpillum, Trag Fuch. Lob. Serpillum vulgare, Dod. ſylv. Matth. Serpillum minus flore albo & purpureo, Tab. Paſſim in pratis.

Serpillum anguſtifolium hirſutum, vel montanum repens hirſutum: Serpillum Pannonicum 3. Cluſi. In monte Waſſerfall.

Serpillum latifolium hirſutum. Circa Baſileam in locis arenoſis ſæpius reperitur.

POLIUM, Wilder Roßmarin: à πολιὸν ſic dictum propter canitiem & tomentoſam lanuginem, quæ in capitulis ac foliis apparet, quin & Polium ex humilioribus ſuffruticibus eſt foliis oblongis & in legitimis ſeu genuinis ſpeciebus circa margines crenatis. *Odorem* habet aromaticum, fortem, guſtu amaricat, unde incidit, attenuat, hydropicos & ictericos juvat, vermes provocat, urinam & menſtrua pellit. Hinc Theriacæ ingrediens eſt. Retulit nobis Chirurgus quidam Monſpelienſis ſe Emplaſtro ex *pice & polio montano* magnam thoracis contuſionem ſanaſſe. Junio & Majo menſe in montibus floret. Species ſunt

Polium Lavendulæ folio: Polium alterum, Matth. recentiorum fœmina lavandulæ folio, Lob. Polium fœmina, & Polium campeſtre, Tab. Circa Birſam in arenoſis circa Michelfelden.

Polium montanum repens. In Alpibus & monte Gotthardi.

AGERATUM ſerratum Alpinum, Eine Gattung Odermennig: Ita dicitur juxta *Plinium L. XXVII. C.* 4. quia diutiſſimè non marceſcit. Notæ characteriſticæ ejus, ut notat *Rajus*, ſunt flores lutei nudi in umbellæ for-

mam

mam diſpoſiti, folia integra profundè ſerrata. *Folia* habet Origani, atque etiam temperamento & viribus cum Coſto hortorum ſeu Balſamitâ mare convenit. Ageratum foliis ſerratis, C.B. cum Ophioglosſo in oleo bullitum cum *Cer. Tereb.* parùm Emplaſtrum præſtans præbet. Creſcit vulgò in Helveticis montibus, & Junio Julioque floret. *Decoctum* ejus ob principium ſalino-ſulphureum, quo calidum eſt, provocat & urinam & menſtrua.

ORIGANUM, Doſten/ Wohlgemuht: De Etymologia ejus Græcâ videatur Bauhinus. Germanicè ita dicitur quaſi herba boni animi, quòd animum ſuſcitet & gaudia pariat. Juxta *Etzlerum* enim Jovi mancipatur in Sagittario domo Jovis, unde taliter collecta contra furta & veneficia valere dicit, ſi amuleti inſtar geſtetur vel in domo ſuſpendatur. Folia habet *Majorana*, ſed majora, minus tamen ac illa aromatica acris & penetrans eſt, unde & à *Dodonæo, Rajo* ad Majoranam refertur; *Odorem* habet ſuaviſſimum, aromaticum velut mentha, pulegium & ocymum; *ſaporem* verò ſubacrem, amaricantem, coſtinum, hinc ſanguinem viſcoſum præſertim in capite circa nervos auditorios ſubſiſtentem diſſolvit, ſpiritum incitat, aperit, abſtergit, curat aſthma, tuſſim, icterum & affectibus mulierum hyſtericis medetur. Novi Empiricum, qui iſtud Vinis medicatis ſuis omnibus immiſcuit utiliter. Extus Decoctum pro ſuffitu aurium eorum tinnitui & gravitati medetur, lac etiam auget, & ſudorem movet; Origanum Creticum deſtillatione Oleum præbet, quod in Odontalgiâ omnium præſtantiſſimum comperi. *Rajo* eſt planta verticillata floribus in capitula ſquammoſa congeſtis. Creſcit hîc

Origanum ſylveſtre: Origanum vulgare, Trag. ſylv. Fuch. Dod. Tab. Agrioriganum, ſive Onitis major, Lob. Paſſim ad ſepes, cujus triplex varietas nimirum foliis longioribus rotundioribus floribus ex candido rubentibus, phœniceis, ſanguineis, Tragoriganum Dioſcorid quibusdam. Ferè ubique ad vias creſcit, quamvis nomen ejus ferat, quod montanis delectetur locis. Notæ autem Origani ut & Majoranæ ſunt flores in capitula ſquammoſa congeſti in ſummis caulibus & ramulis, ut dictum.

CLINOPODIUM, Wilde Baſilien: Quaſi Lectipes, aliis Origanum verticillatum, prout & ejus Species ſunt ex herbis Verticillatis caulibus non perennantibus floribus galeatis & labiatis ſpicatis à foliorum alis caulium nodos exeuntibus, verticillis denſius diſpoſitis, ut & ſunt Stachys Germ. major, Marrubium album, Lamii genera. Eſtque

Clinopodium origano ſimile: Origanum 4. Trag. Acinos, Lob. Clinopodium, Tab. vulgare, Matth. Paſſim ad ſepes. Auguſto.

Clinopodium arvenſe ocimi folio: Baſilicum 3. Trag. Pſeudoclinopodium, Matth. Acinos, Fuch. Ocymum ſylv. Dod. Clinopodium vulgare, Lob. alterum, Tab. Paſſim in agris frumentaceis.

Clinopodium alpinum hirſutum. In Rhætico & Criſpalto & Lunæ monte.

Quoad *Vires* ob vim aromaticam inſtar Origani, quo tamen minus odorum eſt, uterina eſt planta juxta Dioſcoridem, maximè verò ſumpta *herba in decocto* ictus ſerpentum curat, convulſionibus, rupturis & Urinæ difficultati medetur & menſes & fœtum pellit. Oleum deſtillatum inde paratum inſuper egregium febrifugum eſt, præſertim ſi exhibeatur modo noſtro ſequenti: ℞. *Ol. deſtill. clinopod. vel ſaltem majoran. gut. viij. Flor. ſal. armoniaci* ʒß. *Sal. abſinth.* ℈j. miſc. in mortar. lapideo, addendo *Chin. Chin.* ʒiß. *Conſ. fl. calend. Anthos vel clinopod. roſar. rubr. aa.* ℥ß. miſc. F. Electuarium manè & veſperi ſumendum, in Quartanâ & tertianâ rebelliori.

MENTHA, Müntz: παρὰ τὸ μινύθειν inhibere, etiam Græcis ἡδύοσμος, quaſi ſuavis odoris dicta, quia ſcil. eſt planta aromatica cum ſuavitate gravitatem (unde quædam perſonæ ſingularem antipathiam cum eâ fovent, ut præter *Hannemannum* in Matrona quadam obſervavimus) præ ſe ferens:

Aquatica ſaporem habet acrem, ſubamarum, balſamicum, coſtinum, hinc calefacit & ſiccat, acorem morbificum corrigit, *ſtomachica* eſt, ejuſque cruditates acidas tollit, præcipuè autem vomitum ſedat (cum fermento & aceto in Cataplaſma redacta) & egregiè paſſionibus uterinis prodeſt; in Diarrhæis & fluxibus aliis alvinis retardat, fluxioneſque cœliacas & lientericas ſiſtit, & Cerebri frigiditatem corrigit, maximè & inflammationem & duritiem mammarum lactiſque coagulationem externè impoſita tollit, ſeu aliàs fertur ipſam lacti infuſam ejus coagulationem omnem prohibere. Habetur ex eâ Oleum Menthæ coctum & deſtillatum quod cum Tacamahacâ mixtum regioni ventriculi utiliſſimè imponitur. De Elixiri menthæ quod contra affectus ventriculi aliàs commendatiſſimum eſt, referunt quidam illud ſanguinem ſiſtere, id quod & de herbâ naribus odorata dici ſolet, ut & de pediluvio, ſic enim poſtea inſtitutâ V. S. in pede nullum ſanguinem extillare fecit.

Mentha cattaria vulgaris & major, *Nepeta* dicta, *odorem* habet fortem (quem præprimis perſentiunt feles, qui inde hâc herbâ mirè delectantur) & aromaticum calidum, mordacem, unde præter vires ſupra dictas, ſingultum, flatus & febres ſanat; maximè ſic Oleum deſtillatum ejus intus 2. horis ante paroxyſmum detur modo ſequenti: ℞. *Ol. menth. gut. viij. Sal. tart. volat.* ℈j. *flor. ſal. armon. gr. vj.* miſc. in mortario lapideo, add *Aq. plant. cent. min. aa.* ℥ß. F. Pot. Creſcit locis humidis, Junio Julioque floret.

Menthæ

Mentha autem ut ſeq. Calamenthæ Species ſunt herbæ verticillatæ herbaceæ floribus vix labiatis tubo brevi quadripartitis aut quinquepartitis. Suntque

Mentha ſylv. rotundiore folio, Wilder Balſam: Mentaſtrum, Tab. Mentaſtrum folio rugoſo rotundiore ſpontaneum flore ſpicato odore gravi, J. Bauh. In agris humidioribus. Julio.

Mentha ſylv. longiore folio, Roßmüntz: Mentaſtrum, Trag. Matth. Fuch. Dod. Lob. Mentaſtrum ſpicatum folio longiore candicante, J. Bauh. Iisdem locis, & patis humidis. Julio.

Mentha rotundifolia paluſtris, Waſſermüntz: Balſamica agreſtis, Trag. Siſymbrium, Fuch. Dod. ſyl. Matth. Mentha aquatica, Lob. Calamintha aquatica. Tab. Major eſt & minor. in aquoſis Michelfeldæ. Julio.

Mentha cattaria vulgaris & major: Nepeta vulgaris, Trag. Herba gattaria, Matth. Calaminthæ 1. genus, Fuch. Cattaria herba, Dod. Mentha cattaria, Lob. felina, Tab. Ad ſepes hortorum extra portam S. Johannis.

CALAMINTHA, Wilder Poley: Quaſi bona & utilis Mentha dicitur; Verticillos habet tariùs diſpoſitos: *Odore* eſt excellente, ſapore acuto, amaro, easdemque vires quas Mentha poſſidet, ſudorem urinasque movet, Colicæ reſiſtit, exiccat, aperit, attenuat, unde ad obſtructiones hepatis, uteri, flatus diſcutiendos uſurpatur; *Dioſcorides* refert illam Elephantiacos juvare ſi edatur. Poteſt tibialibus vel ſandaliis indi ad promotionem menſium, ſic enim ſanguis in artubus languidiùs motus magis volatiliſabitur. Species ſunt

Calamintha pulegii odore: Calamintha altera, Matth. odore gravi pulegii, Lob. Pulegium ſyl. Dod. Calamintha arvenſis 2. Tab. Michelfeldæ.

Calamintha vulgaris, vel officinarum Germaniæ: Calamintha 2. Matth. montana, Dod. vulgaris, Lob. Tab. Paſſim ad ſepes, & in montoſis.

Calamentha arvenſis verticillata, Ackermüntz: Nepeta agreſtris, vel 4. Trag. Calamentha altera, Fuch. Calamintha aquatica, Matth. Lob. arvenſis, Tab. Paſſim in agris, potiſſimùm humidioribus. Julio & Auguſto.

Calamentha montana inodora non deſcripta. Propè Lucernam quà Bernam itur.

MARRUBIUM, Weiß und ſchwartz Andorn: Ita dicitur, quòd folia marcida & ſqualentia ſint quaſi rubigine exeſa. Sunt plantæ congeneres meliſſæ ſeu verticillatæ herbaceæ, quarum caules non perennant: odorem ſulphureum edunt eumque ſuavem velut mentha, *ſaporem* amarum, calefacientem, ſiccantem, abſtergentem, attenuantem; hinc Uſus ejus præcipuè in obſtructionibus pulmonum, hepatis, meſenterii, uteri, adeo-

Digitized by Google

que in phtiſi, in expuitione ſanguinis, in partu difficili, lochiisque remoratis, Ictero, v g. ℞. *Succ. marrub.* ℥iv. *Mell. q ſ.* Coq. in Syrup. de quo ſubinde cochleare ſumendum eſt, nimirum ſpecificum eſt, vel ℞. *Syr. de praſſ.* ℥ij. *Ol. Tart. per deliq.* ℈j. miſc. Valet & egregiè in ſcirrho hepatis. Marrubium Cardiaca dictum vel ex nomine ſuffocationi hypochondriacæ Infantum medetur & palpitationi cordis: In lixivio decoctum ſcabiei capitis medetur, pulvis ejus mariſcas ani ſanat. Vid. *Mylii Diſpenſ. Baſil. Chym. p.* 1174. Succus marrubii albi, millefolii, apii, rad. raphani, chelidoniæ cum aceti acerr. aa. mixtus cornua, oſſa injecta & in fimo equino 7. diebus digeſta mollit, ut in quasvis figuras duci poſſint. Hoc verò erit ex alcali ſuccorum non ſecus ac aliàs Lixivium calcis vivæ & ciner. clavellatorum raſuram cornuum ita emollit. Species ſunt

Marrubium Cardiaca dictum, Hertzgeſpan: Meliſſa ſylv. Trag. Cardiaca, Matth. Fuch. Lob. Tab. Ad ſepes circa S. Jacobum & alibi. Julio.

Marrubium paluſtre glabrum, Waſſer-Andorn: Marrubium aquaticum, Trag Dod. Lob. Sideritis 1. Matth. Locis paluſtribus Michelfeldæ, ad Birſam, & Wieſam, aliisque locis. Julio & Auguſto.

Marrubium nigrum fœtidum, Schwartzer ſtechender Andorn: Marrubium majus vel 1. Trag. Ballote, Matth. Fuch. Dod. Lob. Marrubiaſtrum, Tab. Ad ſepes paſſim.

Marrubium album vulgare: Marrubium candidum, Trag. album, Lob. Tab. Marrubium, Matth. Fuch. Dod. Nonnunquam ad ſepes & inter Bruglingen & Mönchenſtein.

LAMIUM, Tode- oder Taube-Neſſel/ Bynſaamen: Sic dicitur à florum cucullatâ effigie larvatam lamiam quodammodo repræſentante; Græcis Γαλίοψις, à florum itidem figurâ felis vel muſtelæ faciem & rictum nonnihil repræſentante; Aliàs *Urtica mortua*, quia toto frutice cum caule & foliis urticam referunt: at folia læviora ſunt & trita graviter olent; flores tenues ſunt, ac purpuraſcentes; ſemina minora, nigra, quibus ab Hormino diſtinguuntur. *Odorem* habent gravem, *ſaporem* verò inſipidum ſubfarinaceum & herbaceum, multùm ſalivæ provocantem, hinc alcali occultum potens habent, calefaciunt & modicè ſiccant, *Uterina* ſunt & ſpecificè fluori albo reſiſtit Conſerva ſummitatum florentium ſeu Decoctum uſurpetur, quo pacto *Ettmyllerus* mulierem generoſam ſic curatam ſe noſſe refert: valet & ad epilepſiam & dyſenteriam ac ventris tormina, affectus lienis ſi præprimis illa Lamii Species quæ inde Milzatella dicitur, in pulverem trita vel ejus Decoctum aſſumatur. Vid. *River. Prax.* *Extrinſecus* adhiberi poteſt pro mundificativo & mollitivo, ſic namque ſuccus cum aceto verrucas diſcutit, tumores duros & quoscunque panos, &c. Intus & datus

adversùs

adverſus hæmorrhoides valere dicitur. Sic & Lamium purpureum fœtidum calefactum inter duos lateres calidos tumori ſcrophuloſo applicatum, eum unius noctis ſpatio aperit, cui dein applicandum ſeq. ℞. *Omphacii cochl. vj. But. maj. inſtar jugland.* miſc. & impone lanæ nigræ oleo è pedibus bubulis madefactæ: Intus interea propinetur *aqua fl. geniſt.* Vid. *Remed. Angl.* Deſtillatur inde *aqua hyſterica* & *pectoralis.* Junio & Julio ubique ad vini ſepesque floret. Sunt autem Lamii genera, ut præcedentia Marrubia, herbæ verticillatæ ad modum Clinopodiorum ſuprà. Eſtque vel

Lamium purpureum fœtidum folio ſubrotundo, ſive Galeopſis Dioſcor. Todte Neßlen: Lamium, Trag. Fuch. Urtica iners altera, Dod. Urtica non mordax vulgaris fœtens purpurea, Lob. Galeopſis 2. Tab. purpurea, Lob. Aprili & per totam æſtatem.

Lamium purpureum vel album non fœtens folio oblongo, Todte Neßlen mit weiſſen und mit braunen Blumen: Galeopſis, Trag. Matth. Lamium ſive Archangelica, Lob. Lamium purpureum & album, Tab. Urtica iners, ſive Lamium 1 Dod. Aprili & ſeq.

Lamium folio oblongo luteum, Gelbe taube oder todte Neßlen: Urtica F. Trag. Urtica iners 3 Dod. Lamium luteum, Lob. Tab. In montoſis humidis. Aprili & Majo.

Lamium albâ lineâ notatum, ſive Milzatella: Urtica lactea, Matth. Galeopſis folio maculato Joh. Bauh. Macula illa albicans prout eſt in medio ſic in margine magis eſt in Lamio moſchato foliorum margine argentato, quod in Inſulâ Zante *Webler* & *Sponius* invenêre, quodque prior in *Itinerar. ſuo p.338* depingit. In ruderibus.

Lamium foliis caulem ambientibus majus & minus: Morſus gallinæ folio hederulæ alterum, Lob. Alſines ſpecies, Tab. In agris frumentaceis. Aprili & Majo.

Lamium maximum, ſylvaticum fœtidum, Groſſe ſtinckende taube Neſſel: Heraclea vel Urtica 11 Trag. Urtica herculea, Tab. In ſylvis montoſis, & ad ſepes circa molendinum ærarium.

Lamium montanum Meliſſæ folio: Meliſſa 1. Trag. icon. Meliſſophyllum verum, Fuch. Meliſſa Fuchſii, Lob. In montoſis Mutetæ & aliis. Et ex his ſpeciebus hocce Lamium montanum Meliſſę folio dictum ſeu Meliſſophyllum ſingulariter confert in affectibus glanduloſis colli, dum fumus ejus linteis excipitur & collo applicatur, qualiter ſcrophulas ipſas egregiè abiget. V. *Rem. Angl.* Colligendum autē Majo Lun. in Canc. exiſtente.

URTICA, Neſſel: Ejus folia rigidis aculeis denſiſſimè conſita ſunt, intra quos liquor acerrimus continetur, hinc namque quia urit & punctione ſua per aculeos hoſce pruritum & puſtulas igni ſimiles excitat, ita dicitur,

Digitized by Google

dicitur, & ob hanc pungentem & urentem facultatem Marti eam ſubjici *Etzlerus Iſag. Mag. Cap.III.* refert. Quare dicitur, *Difficiles lectu mihi Mars facit improbus herbas.* Moderatè aliàs calefacit & ſiccat,partium tenuium eſt, aperit, incidit, abſtergit, emollit, diuretica eſt, lithontriptica, ſcatet enim ſucco volatili nitroſo, qui & hinc internè in hæmorrhagiis & hæmoptyſi excellens remedium eſt, refert enim *Exc. D. D. Hannemann. in Miſcell. Cur. Dec. II. Ann. II. p.* 74. naribus herbam ſiccatam inflatam mox narium hæmorrhagiam ſanaſſe in muliere, & in *Scholiis Excell. D. D. Schröckius* refert in *MS Welſchianis* notatum reperiſſe ℥ij. *Succi* hujus deſperatas narium hæmorrhagias ſanaſſe. Idem *Welſchius* laudat in *Miſtomim. §. XXXIII.* hæmorrhoides tumentes fotu urinæ urticatæ in Galliis ſæpè curatas eſſe; peculiariter Cicutæ adverſatur, ut & Hyoſcyamo. *Radix* condendatur maximè ad Icterum. *Herba* oleo ſumpta ſolvit alvum, abſtergit renes & calculos expellit, expectorationem & morbillorum eruptionem promovet: *Seminis Urticæ Romanæ* creber uſus eſt in affectibus pulmonum, aſthmate, tuſſi contumaci, pleuritide, peripneumoniâ & calculo, ſi cum melle conditum aſſumatur. *Extrinſecus* reprimit uvam inflammatam, & ſemen cum ſevo hircino vel oleo laurino & cerâ illitum contra frigus, ne ullum ſentiatur, experimentum præſens eſt, gangrænam mundificat, unde ſolent Chirurgi urente Urticâ fricare membra & ſanguinem allicere, adeoq; atrophiæ ſubvenire, quod & ſuccus expreſſus linteis applicatus præſtat: Sic & in Pernionibus: ℞. *Urtic. urent. minor. caule rubr. q. v.* Coq. in *Oleo lini*, (quòd ſcilicet pruriginem ab urticis ſedat) uſque dum urticæ nigreſcant, & inungatur. *Exc. D. D. Paullini in Obſ. Med. Phyſ. Ann. VI. Dec. II. Miſc. Cur. annex. p.* 57. refert Hortulanum quendam ante exercitia Veneris membrum & teſtes viridi urticæ faſce fricaſſe & cædiſſe, ſicque rem animoſius & felicius perfeciſſe. Id verò maximè mirabile eſt, quod *cit. Etzlerus* refert, nimirum ſemen Urticæ collectum, Marte Ariet. vel Scorp. aut Capricor. tenente, ſi potantibus exhibeatur protinus, cùm incaluerit rixas excitaturos manusque commutaturos fore. *Sim. Pauli* refert Cereviſiæ recentis intempeſtivam fermentationem exhiberi & à tonitru defendi, collocando in doliis urticam urentem maximam & fruſta chalybis. Floret Julio & ſemen Auguſto maturum eſt: ubicunque reperitur. Species ſunt

Urtica urens maxima: Vrtica major, Fuch. Tab. vulgaris urens 1. Trag. urens altera, Dod. ſyl. aſperior, Lob. Vrtica 2. Matth. Ad antiquas maceries & ſepes.

Urtica urens minor: Vrtica 3 Trag. Matth. urens minima, Dod. minor, Fuch. Tab. minor acerior, Lob. Paſſim etiam in hortorum areolis.

No[illegible]ima & minor ſunt ex herbis flore imperfecto, qua- [illegible]cis plantis diſtant, velut ſexum præ ſe ferunt, ut ſupra

ſuprà Mercurialis. Juxta *Hortum Malabar.* T. II. p. 74. & *Ammannum* Urtica urens maxima, minor, & pilulas ferens, cùm non ſint galeatæ ſed verticillatæ & aliquo modo racemi verticillatim diſponantur, ad figuram galeatarum verticillatarum remittantur.

Urtica aculeata foliis ſerratis, Acker-Neſſel: Cannabis ſyl. Trag. ſpuria altera, Lob. Cannabina alba, Tab. In agris. Julio & Auguſto.

Urtica fatua aculeata foliis non ſerratis: Cannabis ſpuria facie Urticæ, Lob. Ad ſepes.

Hæ duæ poſteriores Urticarum ſpecies ſunt, ut ſuprà allata Clinopodiorum, Lamiorum genera herbæ verticillatæ floribus galeatis & labiatis ſpicatis è foliorum alis ad caulium nodos exeuntibus, verticillis denſiùs diſpoſitis, pariter ut & ſequentes *Sideritidum* ſpecies.

SIDERITIS, Wundkraut / Beruffkraut: Græcè ἀπὸ τοῦ σιδήρου, quòd velut ferrum glutinet vulnera, Germanicè autem non quòd acclamationes verbis factas eludat (ut in *Tr. de Faſciniat. Exc. Frommannus & Dec. II. Miſc. Cur. Ann. III. pag.* 316. docet) ſed quia excellente virtute abſtergendi pororum obſtructionem pollet. Eſt autem planta, quæ duos caules aut tres, aut plures ſimul ſurſumversùs mittit; Valet, ut dictum, pro abſtergendis cutaneis & aperiendis poris corporis. Species ſunt

Sideritis vulgaris hirſuta erecta, Gliedkraut: Sideritis 1. Fuch. Sideritis Heraclea, Tab. Sideritis ſive ferruminatrix, Lob. Paſſim ad ſepes.

Sideritis arvenſis latifolia glabra, Groß Alyſſen: Sideritis 2. Matth. Alyſſum majus, Tab. Lamiis accedit. In agris ad Wieſam, item Hüningæ & Michelfeldæ. Auguſto.

Sideritis arvenſis anguſtifolia rubra, Kornwirth: Ladanum ſegetum Plinii, & Tetrahit anguſtifolium aliis, Lugd. Alyſſum Galeni flore purpureo, Tab. Paſſim in agris, frugibus demeſſis. Julio & Auguſto.

Sideritis Alſine triſſaginis folio. Circa Alſatiã & Argentor. reperitur.

EUPHRASIA, Augentroſt: dicitur quaſi Solamen oculorum, Græcis Εὐφροσύνη, eò quòd caligines oculorum diſcutiendo eos delectet; parva planta eſt, folia habens criſpa, venoſa, circumcirca denticulata, floribus eſt galeatis, ſed non eſt ſimul verticillata, ſemina ſunt albicantia: Folia amarorem cum adſtrictione conjunctum exhibent. Inſigniter eſt ophthalmica, quia clarificat ſpiritum oculorum & acuit viſum, unde plantæ pulvis Conſervis ophthalmicis utiliſſimè admixtus fuit à *Joh. Caſp. Bauhino*, referente enim *Foreſto L. XI. Obſerv.* 32. ejus conſervæ ſolius uſu continuo puella per decennium viſûs obſcuritate laborans reſtituta eſt, id quod & *Melichius in Diſpenſ.* teſtatur. *Arnoldus Villanovanus* commendat Vinum Vin-

demiæ tempore paratum ſenibus ophthalmicis, cui & *Fabric. Hildanus* aſſentit; ſed cautè: Pulveri ejus miſcent alii macis parum. Reperitur in pratis ad ſylvas. Julio & Auguſto floret. Species ſunt

Euphraſia officinarum: Euphraſia 2. & 6. Trag. Eufragia, Matth. Euphraſia & Eufraſia, Fuch. Dod. Lob. Tab. In pratis Michelfeldæ & ad Wieſam copiosè. Eſt monopetala bicapſularis flore galeato ſeminibus tumidioribus.

Euphraſia pratenſis rubra, Rohter Augentroſt: Eufraſia altera, Dod. Lob. Odontites, Tab. Iisdem locis.

Euphraſia pratenſis lutea: Odontites 2. flore luteo, Tab. In dumetis ad patibulum. Hæ duæ Euphraſiæ ſpecies ſunt Herbæ monopetalæ bicapſulares flore galeato ſeminibus compreſſis.

Euphraſia lutea radice ſquammatâ. Montoſis aſperis & humidis Helvetiorum agris gaudet. Hæc fuit primùm in Biennenſium Helvet. alpibus, dein non longè ab Einſidlen reperta.

MELAMPYRUM, Wald-Hirſ / Kühe-Weitzen: Quaſi *Triticum nigrum* dicitur, quod ex tritici maturatione generari cenſeatur; unde ſi ſemen ejus, ut lolii & pſeudomelanthii Matth. frumento miſceatur, tum panis fit deterior; aliàs *Planta* eſt Euphraſiæ ſimilis, ſpicam comatam rubicundam gerens; Juxta Moriſonium verò in genere eſt planta galeata, vel ut Knauth diſponit, eſt ex herbis flore monopetalo bicapſularibus flore galeato ſeminibus tumidioribus, ut Euphraſia præcedens Officin.

Melampyrum purpuraſcente comâ, Kühweitzen mit purpurfarbem Gipffel: Triticum vaccinum, Trag. Dod. Melampyrum, Lob. Tab. Inter ſegetes. Majo & Junio.

Melampyrum luteum latifolium, Gelber Kühweitzen: Cratæogonon, Lob. Milium ſylv. 1. & 2. (ſolo colore floris differunt) Tab.

Melampyrum luteum anguſtifolium: quod pro Melampyro luteo linariæ folio, in Prod. deſcribitur. Vtrumq; in Muteto Monte & Waſſerfall.

Quoad Vires ſpiritu flatuoſo referta eſt, quo abdomen diſtenditur & obſtructiones cauſantur.

BETONICA, Betonien: Aliis Vetonica ratione originis à Vettonibus ſcilicet populis Hiſpaniæ; Eſt planta utiliſſima & vulgatiſſima inter Joviales relata, unde *cephalica* ſummè & tantùm non polychreſta eſt, de quâ integrum *Tract.* vid. *Ant. Muſæ Aug. Imp. Medici in Oper. Apulei*, unde Itali. Vende la tonica & compra la Betonica. *Saporem* habet amarum, ingratum, ſubterreũ cum odore fraccido conjunctum, hinc calefacit modicè & ob ſulphur blandum anodyno-narcoticum ſale volatili perfuſum diſcutit, aperit, exterget,

exterget, *Sim. Pauli Quad. Bot. p. m.* 220. obhine Radix Betonicæ dicitur ſtomacho eſſe ingrata, & vomitum movere. Verùm quia Plantæ Folia ſulphureis conſtant partibus, minimè tamen capiti nocentibus inſigniter lauda ut in Vulneribus capitis, hinc univerſim Vulneraria, Cephalica, ſplenetica, hepatica, uterina, diuretica planta eſt. Infuſum foliorum ejus, ut Thee caput vaporibus obſeſſum ſerenat, ſerum abundans per urinas evehit, hincque podagricis prodeſt, & oculos clarificat. Decoctum ejus dolores poſt partum mitigat, v. gr. ℞. *Fol. beton. M. j.* Coq. *in Vin. alb. Colat.* ℥x. *ſolv. Syr. rhamn. cathart.* ℥j. *roſ. ſol.* ℥ß. pro 2. doſ. in dolore coxæ poſt partum. Sic ad ſurditatem fit Aqua auri inſtillanda: ℞. *Fol. beton. cum flor. fol. laur. aa. M. ij. Cepar. alb.* ℥iv. *Roriſmar. Balſamit. aa. M. j. Anguill. alb. ping. Amygdal. amar.* ℔ß. Contund. & deſtill. Cataplaſma ex eâ contuſâ paratum amentiam poſt melancholiam curavit juxta pulverem cephalicum, notante *Welſchio Hecatoſt. II. pag.* 11. Paratur inde *aqua deſtill. Conſerva, Emplaſtrum* (præprimis ſi Succus recens cum melle ad conſiſtentiam coquatur & parum *Balſam. Peruviani* vel ſaltem *Terebinthina* addatur.) pro vulneribus capitis.

Quoad Diſpoſitionem Betonica ex florum configuratione eſt herba verticillata herbacea caulibus non perennantibus, floribus galeatis & labiatis ſpicatis. Eſtque

Betonica purpurea: & Fuch. Betonica, Trag. Matth. Dod. Lob. Tab. Michelfeldæ, in monte Crentzacho & Muteto.

Betonica alba. In viâ ad montem Waſſerfall non longè Dornaco.

SERRATULA, Schartenkraut: A' foliis minutim ſerratis nomen accepit, notante *Bauhino*, cui *Differentia* in foliis *ratione inciſura* quadruplex eſt, 1. *fol. omnibus ſerratis* & inciſurâ carentibus etiam flore candido, ut Serratula tinctoria, quam *Moriſon.* ad Virgam auream hinc refert; 2. *fol. ad radicem integris*, reliquis profundè inciſis. 3. *primum folium ad radicem integrum* habet, reliqua omnia diſſecta. 4. *folia utroque latere* omnia ſimilibus diviſionibus divulſa ſunt. Quoad Vires dicendum, quòd quia planta tinctoria eſt (luteo ſcilicet colore inficiens lanas aut quæ cœſium aut cœruleum ante imbiberunt, viridi dein colore tingit) tenuium fit partium & ſale ſcatens volatili; quare inſervit ejus *Decoctum* contra caſum, reſolvit enim ſanguinem extravaſatum. In vino *decoctum ejus* mundificat ulcera, & ea claudit; *Fomentatio* hæmorrhoidum dolorem curat; minus tamen officinalis eſt. Juxta Recentiores eſt ex herbis flore è pluribus floſculis tubulatis ſeu fiſtularibus compoſito capitato ſeminibus papppoſis, foliis non ſpinoſis quæ Capitatæ pappeſcentes non ſpinoſæ dicuntur, uti & eſt Cyanus ſegetum, Jaceæ ſpecies. Creſcit in ſylvis & æſtate floret. Bauhinus ita ſiſtit

Serratula: & Matth. Dod. Lob. tinctoria, Tab. In ſalicetis Michelfeldæ.

Digitized by Google

SCROPHULARIA, Braunwurtzen: A radice ſtrumoſâ & nodoſâ & ab *effectu* nomen accepit: florem habet parvum, brevem, integrum in fundo, in margine 4. laciniis conſtantem ſupinâ parte bifidâ & ſurſum reflexa, infernâ ut labellum propendente duabus alis latera claudentibus, tenui ſtylo cum ſtaminulis emergente præditum: atque floribus ſingulis ſic conſtructis & calycibus quinquefariam diviſis innitentibus ſuccedunt capſulæ pyramidales arctè ſimul junctæ, dum adhuc ſunt virides, exiccatæ aliquantulum mucronatæ & diviſæ, ſepto membranaceo diſterminante duplicem ſeminum fulvorum ſeriem. *Odorem* habet fœtidum, ſulphureum, aduſtum, *Saporem* amarum, adſtringentem, hinc calefacit & ſiccat, digerit, incidit: *Uſus* præcipuus in ſtrumis ſeu ſcrophulis eſt, ſi radicis ʒj. in pulvere aſſumatur, ficis & mariſcis ani, ut & hæmorrhoidibus ſi radicis v.g. conciſæ ℥j. vino infundatur, ceu quod ſæpius hauſtum egregiè juvat. Laudat *Ettmyllerus* externè contra idem malum, ſi radix ſucculenta contuſa cum butyro in fimo ſepeliatur vaſe clauſo, poſtea liqueſcant & colentur & cum pinguedine humanâ f. Vnguentum. Obſervavit idem quod pro Amuleto radix appenſa lumbiſque applicata iisdem egregiè conferat. Valet & laudatum Vnguentum (præter quod tamen *Rajus ex Sibbaldi Prodr. Hiſtor. Nat. Scot.* aliud commendat, maximè in Scrophulis, nimirum liqueſctæ *Axung. porci* ℔j. adduntur *fol. ſcrophul. cynogloſſ. lamii, fl. alb. Digital. an. p. 4. q. 3.* in minutas partes conſcindantur & in axungiâ coquantur igne temperato, repetendo coctionem ter aut quater ad viriditatem ſaturatam, tum ℞. *Ung.* & ei adde *Cer. & Reſin. aa. Terebinth.* ℥ij. *Virid. æris* ℥j. ſolv. omnia ſimul, colentur & f. Maſſa ſuper alutam applicanda) in cancroſis & ſerpentibus ulceribus & malignâ ſcabie. Aqua è radicibus deſtillata faciei ruborem tollit. In humidis locis provenit, Junio Julioque floret.

Species Scrophulariæ, quæ ſunt Monopetalæ flore auriculato parvo fructu bicapſulari, ſiſtuntur

Scrophularia nodoſa fœtida: Ocymaſtrum alterum, Trag. Galeopſis minor, Fuch. Scrophularia, Matth. Dod. major, Lob. Tab. Michelfeldæ & alibi locis humidis, ut & ſequentes

Scrophularia paluſtris non fœtida, ſive aquatica minor, Waſſerkrotenkraut das kleine; Betonicæ aquaticæ Septentrionalium ſpecies minnor, Lob. obſ.

Scrophularia aquatica major: Ocymaſtrum majus, Trag. Betonica aquatica, Dod. Lob. Tab. Majo & ſeq. Vid. Vnguent. in *Remed. Anglic.*

Scrophularia Ruta canina dicta vulgaris: Sideritis 3, Matth. Ruta canina, Lob. Tab. In ripa Rheni verſus Crentzachum.

STACHYS,

STACHYS, Riechender Andorn/ Feld-Andorn: Id eſt Spica: Hæc à *Bauhino* deſcribitur, quòd ſit Frutex Marrubio ſimilis ſed *longior* foliis ſubhirſutis, duris, albidioribus & odoratis: *guſtu* eſt amara, acris, hinc juxta *Matthiolum* decoctum, ut Marrubium, menſes provocat, & fœtum & ſecundinas pellit, ut & dolores poſt partum lenit, ſi pulvis herbæ ſiccatæ cum axungiâ porci & lacte caprino ſolutis commiſceatur & abdomini applicetur. Diuretica item eſt.

Species autem ejus ſunt ex Herbis verticillatis herbaceis caulibus non perennantibus floribus galeatis è foliorum alis ad caulium nodos exeuntibus, verticillis denſius diſpoſitis, ut Marrubium. Suntque

Stachys major Germanica: Marrubium agreſte vel 3. Trag. Stachys, Fuch. Tab. Dioſcoridis, Lob. Pſeudoſtachys, Matth. In arvis & ad ſegetes.

Pſeudoſtachys alpina: Salvia alpina, Tab. Hujus altera ſpecies gravi odore carens: utraque ſub Pſeudoſtachyde 2. in Prod. deſcripta. In monte Waſſerfall.

Stachys paluſtris fœtida, Brauner Waſſer-Andorn: Sideriti congener gravis odoris radice geniculatâ & ferè ſtrumoſâ, Thal. Clymenum minus, Lugd. Michelfeldæ, & in agris humidis circa Dornacum. Julio & Auguſto.

HORMINVM, Scharlachkraut: Dictum ἀπὸ τοῦ ὁρμᾶν, quòd Venerem ſtimulet. *Herba* eſt folio marrubio ſimili, caule quadrangulo, floribus in ſpicis longis & laxis ſeu ex verticillis longiùs à ſe invicem remotis compoſitis; Flores hi ſalviæ minores ſunt, quamvis in aliis multam cum ſalviâ ſimilitudinem habeat, odor tamen ejus minus gratus; *Saporem* verò habet in foliis ſubamarum, terreſtrem in fine adſtringentem, balſamicum, odorem aduſtum ſulphur ſpirantem, vel penetrantem & acutum, qui Vino odorem muſcatellinum conciliat; *Radix* acerba eſt; Hinc calefacit, ſiccat, aperit, attenuat, exterget, unde in fluxu mulierum albo, ſuffocatione hyſtericâ & colicâ præſtantius remedium, judice *Ettmyllero*, vix habebitur; Valet & ad *vulnera depuranda & conſolidanda*. Propinatur aut ejus Decoctum cum roremarino aut Spiritus dum infuſione florum in ſpir. vini aliquoties abſtractio fit. *Crato* paravit ex eo cum butyro & parum Tacamahacæ Vnguentum umbilico applicandum in ſuffocatione uteri. Ejus grana nubeculas oculorum depellunt. Juxta Recentiores Horminum eſt ex herbis verticillaris herbaceis, caulibus non perennantibus floribus galeatis & labiatis ſpicatis, ut Betonica. Naſcitur locis ſiccis & incultis, ad muros. Junio & Julio floret. Eſtque

Horminum luteum glutinoſum: Orvala 3. Dod. Colus Jovis, Lob. In monte Muteto & circa Mönchenſtein.

Horminum pratenſe foliis ſerratis: Salvia ſyl. vera, Trag. Horminum ſyl. Fuch. Lob. Orvalæ ſyl. ſpecies 4. Dod. Sclarea ſyl. Tab. Flore albo, cæruleo, incarnato. In pratis aridioribus. Salviæ flos, ait *Rivinus*, non levem cum hormino affinitatem habent, quòd ſi verò galeam magis arcuatam in Hormino barbamque in medio integram cum Salvià conſeramus, non difficulter apparebit utriuſque diverſitas.

VERBASCUM, Wullkraut: Quaſi Barbaſcum ob folia piloſa, unde & Thapſus barbatus dicitur: Eſt planta latifolia hirſuta, (molluginem præbens inſtar moxæ, quæ hinc loco dolenti in Odontalgià applicata idem præſtat, quòd moxa exotica, tentante hoc *D Heuſibio* & referente *Excell. D. D. Georg. Franckio Dec. II. Miſc. Cur. Ann. I. p. m. 62.*) *florem* flavum, odoratum, monopetalum, integrum in fundo ſed quinquefariam diviſum in margine gerens, cui deciduo ſuccedit bicapſularis theca rotunda, ſeminalis longis pediculis conſtans multa minutula ſemina comprehendens. *Etzlerus* ob hoſce flores flavos Verbaſcum Jovi ſubjici refert in Leone, cujus ratione optimum ſit conſolidans, & radicis decoctum phthiſicis & tuſſientibus optimè medeatur; habent *ſaporem* ſiccantem, ſalivam prolicientem, herbaceum, nauſeoſum, hinc ob ſal volat. moderatè calefaciunt & ſiccant, emolliunt, diſcutiunt, & obinde, *Borello* teſte, ictibus ſerpentum medentur, maximè autem dolores leniunt, inprimis hæmorrhoidum ſi flores cum Chamomilla & Linaria in lacte cocti applicentur: Oleum per deliquium ex inſolatione in vitro parat *Ettmyllerus* pro ſingulari anodyno in doloribus arthriticis, prout & Radix juxta *Hartmannum* amuleti inſtar appenſa catarrhis medetur: Foliorum ejus *Uſus* præcipuus eſt, ut dictum, in morbis pectoris, tuſſi, expuitione ſanguinolentà, torminibus ventris. Ex antedictà Verbaſci deſcriptione conſtat Verbaſci genera eſſe herbas flore pentapetalo vaſculo ſeminali bicapſulari turbinato aut ſubrotundo, uti & ſequentes Blattariæ & Lyſimachia lutea & ſpicata purpurea. Julio floret. Nimirum eſt vel

Verbaſcum mas latifolium luteum, Königskertz: Verbaſc. 1. Matth. Verbaſc. mas, Tab. aut phlomos vulgaris mas, Lob. Auguſto.

Verbaſcum fœmina flore luteo magno, Gelb Wullkraut: Verbaſcum (ſive candela regia) Trag. nigrum, Fuch. luteum, Tab. Verbaſc. maximum album fœmina flore ſubpallido, Lob. Utrumque in arenoſis ad Wieſam.

Verbaſcum lychnites flore albo parvo: Verbaſcum lychnite, Matth. Tab. candidum, fœmina, Fuch. Phlomos mas alter, Lob. Ad Wieſam, & in ruderibus.

Verba-

Verbaſcum nigrum flore ex luteo purpuraſcente, Schwarzlich Wullkraut mit kleinen gelben Blumen: Verbaſc. nigrum, Trag. Dod. Lob. Tab. Verb. 3. Matth. ſylv. Fuch. Verbaſc. nigrum ſalvifolium purpureo flore, Lob. Moriſonio eſt blattaria annua ramoſa floribus luteis ſtaminibus purpureis. Locis arenoſis ad Wieſam, nonnunquam in fimeteriis.

VERBASCVLVM, Schlüſſelblümlein: Seu *Primula Veris*, quod folia habet Verbaſci aſpera minora à luteâ radice exeuntia & primo Vere florentia, ut verba habent *Bauhini*, quem quoque imitatur *Horr. Oxon. Phil. Stephan. p. 553.* verùm minus accuratè hoc fit juxta *Ammannum*, cui Primula veris eſt unicapſularis pentapetalos ſeu binis petalis cordatis, deliquium in medio patientibus, ſuccedit calyx foliaceus, quinquefariam laciniatus, in cujus gremio eſt capſula membranacea, oblonga, continens plurima ſemina circa ſtylum etiam oblongum nutritivum. *Saporem* radix habet acrem, aromaticum, ſubacerbum, fere inſtar caryophyllatæ ſubamarum; hinc ſale volatili immixto partibus ſulphureis & terræ virgineæ ſcatet, cujus ratione calefacit & ſiccat, adſtringit, partium valde tenuium eſt & in capitis *frigidis affectibus apoplexiâ, paralyſi, &c.* laudatur, præprimis flores qui melleum habent ſaporem, ut trifolii. *Extrinſecus* etiam in Arthritide & Tumoribus qui ictus animalium venenatorum ſubſequuntur, laudatur; ſic pro roborandis nervis: ℞. *Fol. primul. ver. lavend. ſalv. aa. M. j. fl. roriſmar. P. j.* Coq. in *Vin. alb.* ut fiat Fomentatio. Ex antedictis verò conſtat, quod Verbaſcula ſint ex herbis polyſpermis capſulâ ſeminali lævi vel oblongâ cylindraceâ & pyramidali aut breviore & rotundiore, ut Lychnidum, Alſinũ, Caryophyllorũ genera. Creſcunt apud nos & in Helvetia alibi

Verbaſculum pratenſe odoratum, Wohlriechende Schlüſſelblumen: Herba Paralyſis vulgaris, Trag. Primula Veris, Matth. Lob. major fl. luteis odoratis, Dod. Verbaſculum odoratum, Fuch. Primula hortenſis, Lob. Paſſim in pratis.

Verbaſculum pratenſe, vel ſylvaticum inodorum, Schlüſſelblumen ohne Geruch: Herba paralyſis ſylv. Trag. Primula Veris altera, Matth. major, floribus albidis inodoris, Dod. Verbaſculum non odoratum, Fuch. Primula pratenſis inodora luteopallida, Lob. Primula ſylv. 3. Tab. In nemoribus circa Novam domum, ad Wieſam & Rhenum circa Huningam.

Verbaſculum umbellatum minus alpinum, Roht Schlüſſelblumen mit Dolden: item Verbaſculum umbellatum majus alpinum. In Alpibus creſcunt, Fracto & Gotthardo monte.

BLATTARIA, Schabenkraut: Sic dicitur, quòd abjecta blattas Inſecta contrahit; Eſtque Verbaſco ſimilis herba, foliis minus candidis ab eo differens,

differens, vel potius ejus certior nota eſt capſula ſeminalis globoſa, cùm Verbaſci ſint nonnihil turbinata & in acumen producta; guſtu amara eſt, proinde calefacit & ſiccat, flores ejus crinibus flavum colorem conciliant. In campis Junio & Julio floret. Habetur

Blattaria lutea folio oblongo laciniato: Blattaria, Trag. Matth. Fuch. Dod. Tab. Blattaria Plinii, Lob. Non longè Michelfeldâ.

AVRICVLA URSI, SANICULA ALPINA, Berg-Sanickel: Sic dicitur à ſanandis vulneribus & formâ foliorum: Species ejus deſcribit *Bauhinus* tum à foliis ſerratis, tum non ſerratis, & quòd ſint aliæ ſpecies rotundifoliæ, inter quas eſt *Pinguicula Geſneri* elegantiſſima plantula, quæ tamen *Hiſt. Oxon. p.* 477. potius eſt viola paluſtris. Species tales in Helvetia creſcentes ſunt

Auricula Vrſi vel Sanicula alpina lutea it. purpurea & flore variegato.

Sanicula alpina montana flore calcari donato ſeu Pinguicula Geſneri flore tum albo tum purpureo. In monte Fracto & Gotthardo.

Sanicula montana minor in Prodromo deſcripta; videtur eſſe Sanicula montana ſecunda Cluſii in Hiſtor. In Alpibus Helvetiorum & Waſſerfall exeunte æſtate.

Ex his autem *Pinguicula Geſneri* ſaporem habet pinguem, ſubamarum, abſtergentem, glutinantem, mundificantem, modicè calefacientem; hinc uſus ejus percipuus in tabe, phtiſi; pectus lenit, vulneraria eſt, à *Camerario* ad ramices ſpecialiter etiam commendata, præcipuè autem paſtores circa montis Juræ tractum habitantes ſucco ejus pingui & butyroſo plagas ſibi & vaccarum uberum ſanant, imò quia ſuccus hic lentus ſpiſſus & glutinoſus eſt, ut gummi ceraſorum in eo peculiare quid contra morbos pectoris & renum latitabit non ſecus ac in hoc contra eosdem morbos ſpecifici quid ineſt juxta *Craan*: *Simonem Pauli* Ruſtici docuere, quod recentis pinguiculæ foliola & radices contuſæ inunctæ capillis illos flaveſcere faciant. Vid. Vinum medicatum antiphthiſ. in *Chir. D. D. Muralti* & Unguent. infrà de *Ophiogloſſo*. Florent Julio.

DIGITALIS, Fingerhutkraut: Quod flores digitale referant, dicta, cujus occaſione *Rivinus in Ord. Plant.* quæ ſunt flore irregulari *tetrapet. p.* 16. ſcribit ſe mirum in modum delectari vocibus, quæ ſimilitudinem quandam involvunt radicum, foliorum, florum, &c. utpote quibus egregiè juvamus memoriam. Quoad magnitudinem *Bicubitalis* eſt planta, caulis anguloſi, nonnihil hirſuti; floris fundo interius & penitius adnaſcuntur, ſtemina alba aut purpuraſcentia contorta, quæ apices didymos, croceos, guttatos ſuſtinent, ſtylus tenuis purpuraſcens ex hirſuti oblongique pericarpii mucrone protenditur, cui poſteà includitur ſemen minutum in

binis

binis capſulis adhuc viridibus ſimul junctis, membranâ mediâ intercedente & duplicem ſeriem ſeminum minutorum ſubruforum diſtinguente. Quoad Vires ejus, eæ non adeò hucuſque cognitæ fuerunt, niſi quòd Tragus ejus amarore caliditatem ejus & ſiccitatem collegerit, ſpecialiter autem illam conferre in ſtrumis Angli experti ſunt tam in Vnguento quàm Decocto, de quo in *Remed. Angl. p.152. 164. & 215.* & ſuprà.

Species Digitalis ex antedatâ deſcriptione ſunt Herbæ monopetalæ flore oblongo cavo dactylothecam referente, fructu bicapſulari. Suntque

Digitalis lutea magno flore, Campanula ſylv. lutea, Trag. Digitalis lutea, Fuch. Tab. Digitalis 3. Dod. In monte Muteto.

Digitalis major lutea vel pallida parvo flore, Gelb Fingerhut: Digitalis 4. Dodon. lutea parva, Lobel. Circa Mönchenſtein, & ad patibulum in dumetis.

Digitalis anguſtifolia flore ferrugineo. In montibus qui ſcanduntur antequam Rhætorum Curiâ ad Fabarias thermas deveniatur, juxta Cœnobium.

CAPUT IX.

De Lyſimachiâ, Veronicâ, Scordio, Chamædri, Chamæpithi, Alſine, Anagallide, Echio, Cynogloſſo, Lithoſpermo, Symphyto, Bellide, Piloſellâ, Conyzis, Virgâ aureâ, Verbenâ, Succisâ, Scabiosâ, Cyanis, Hyperico, Sedis, Tithymalis, &c.

LYSIMACHIA, Schoßkraut/Weiderich: Sic dicitur quaſi pugnam ſolvens & concordiam afferens, vel potiùs à Lyſimacho Rege Agathoclis filio ejus Inventore. Caules emittit capitales, fruticoſos, folia ſalignis ſimilia, *flos* flavus, aureusvé vel purpureus tetrapetalos quadricapſularis, in ſummis ſiliquarum, quibus ſingulis ſubſunt ſiliquæ quadricapſulares, quatuor loculamentis diſtinctis, atque in ſingulis loculamentis unica ſeries ſeminum minutorum pappo involutorum latet ut ſalix, cujus ratione quoque Salicaria dicitur: præcipuè notabile eſt, ait *Rajus Hiſt. Plant. T.II. p.*1036 in ſpicatâ purpureo flore quòd petala non exeant ex imo calyce circa

Digitized by Google

baſin vaſculi ſeminalis (quod in eodem ferè occultatur) ſed à ſummo calycis margine, ut ſtatim patebit ea avellenti, cùm jam marceſcere incipiunt. *Saporem* habet acetoſum, incidentem, hinc modicè refrigerat, in dolore dentium à cauſa calidâ capiti impoſita prodeſt, ſiſtit enim fluxiones & juxta *Etzlerum in Iſag. Phyſic. Mag.* ob Spiritum Jovialem, quo dotata eſt, morbis martialibus contrariatur, ceu cujus ratione, juxta eundem, certum eſt, ſi Jove in Piſc. exiſtente colligatur & geſtetur, hominem reddere amabilem, & ſi inter altercantes projiciatur, illicò conciliari illos; Eſtque

Lyſimachia lutea major, Gelber Weiderich: quæ Dioſc. Lyſimachia, Matth. lutea, Trag. Fuch. Lob. Tab. Lyſimachium legitimum, Dod. Blattariæ affinis flore luteo major, Moriſon. eſt nimirum ex herbis flore pentapetalo vaſculo ſeminali, bicapſulari, turbulento aut ſubrotundo, ut *Blattaria*, & infrà *Lyſimachia ſpicata purpur.* Foliis nunc ternis, nunc quaternis, nunc binis reperitur, Ad rivulos, & Michelfeldæ, ut & ſequens

Lyſimachia ſiliquoſa hirſuta magno flore, Weiderich-Röslein: Lyſimachia, ſeu Salicaria altera, Trag. purpurea 1. Fuch. Lyſim. ſiliquoſa 1. Tab. Eſt ut & ſequentes ſpecies herba flore tetrapetalo ſiliquoſa quadricapſularis ſemine papposo.

Lyſimachia ſiliquoſa hirſuta parvo flore: Lyſimachia ſiliquoſa 2. Tab. Major eſt & minor, utraq; in Prodr. deſcripta. In arenoſis ad Wieſam. Julio.

Lyſimachia ſiliquoſa glabra major: Lyſimachia ſiliquoſa, Lob. flore albo, Tab. Pſeudolyſimachium purpureum 1. Dod. In aquoſis.

Lyſimachia ſiliquoſa glabra minor: Lyſimachia minor & 3. Tab. In ſaxoſis.

Lyſimachia Chamænerion dicta latifolia, Groſſe Weiderich-Röslein: Lyſimachia noſtras ſiliquoſa pappoſa dicta Chamænerium latifol. Moriſ. Antoniana ſive S. Antonii herba maxima, Geſ. hort. Onagra, Lugd. Circa Gundeldingen, Julio.

Lyſimachia Chamænerion dicta anguſtifolia: Pſeudolyſimachium purpureum minus, Dod. Chamænerium Geſneri, ſeu Delphinium baccinum Dioſc. Lob. In arenoſis circa Cliben, & circa Hüningam minorem.

Lyſimachia Chamænerion dicta alpina. In Alpibus Helvetiorum.

Lyſimachia ſpicata purpurea, fortè Plinii, Brauner Weiderich: Solidaginis Saracenicæ alia ſpecies, Trag. Lyſimachia altera, Matth. Lyſimachia purpurea, Lob. Tab. Pſeydolyſim. purpureum alterum, Blattaria ſpicata major glabra communis folio acuto, Moriſon. Dod. Paſſim ad rivulos. Julio.

Lyſimachia cærulea galericulata, Fieberkraut: vel Gratiola cærulea: Lyſimachia galericulata, Lob. Tertianaria, Tab. quod febribus medeatur; item Scutellaria paluſtris flore cæruleo, *Moriſonio* in *Prælud. Bot.* floribus è

foliorum

Digitized by Google

foliorum alis exeuntibus ſingulis, calice cùm clauſus ſeu operculatus eſt, crepidæ aut calceamenti calcaneum referente. Michelfeldæ in paluſtribus & circa parvam Hüningam. Julio & Auguſto.

VERONICA, Ehrenpreiß und Grundheil: Sic dicitur ob mirificam vim vulnera & ulcera ſanandi, vel quaſi Gr. φερόνικη, quaſi inter plantas triumphet; Eſt planta per terram repens, folia habens *nigricantia*, oblonga in ambitu denticulata, conſtans flore tetrapetalo, capſulâ bivalvi, tumida cordi-formi, ſepto medio ſeparante duplicem ſeminum ſeriem, à latere ſepti medii prædicti contentorum ſeu flavorum, ruforum aut nigrorum, compreſſorum; utplurimùm *Odorem* habet ſuavem, aromaticum; *Saporem* amarum & adſtringentem, hinc ſale alkalino volatili modicè incidit, calefacit, vulneraria inſignis eſt, pectoralis & ſudorifera; *Uſus* ejus præcipuè in obſtructionibus pulmonum, glandularum & inprimis in *Colicâ* tam internè (*in Extr. cum rob. juniperi*) quàm externè in *Clyſteribus* juxta *Cratonem* & *Sennertum*, item *D. D. Elsner. Ann. I. Miſcell. Cur. Obſerv.* 107. in *Phtiſi*, ſcabie, pruritu, peſte, vulneribus: *Simon Pauli* laudat ut ſpecificum in Sterilitate, ſi in *pulvere per aliquot dies* uſurpâtur, v. g. ℞. *Herb. Veronic. pulver. ſem. ammeos aa.* ʒß. *Cardam. min. Cinam acerr. aa.* ʒij. *Sacch. cand.* ʒß. *Ol. cinam. gut. iij.* miſc F. Pulvis. Cæterùm quòd alcali ſcateat Veronica patet ex eo, quòd ſi Infuſum ejus ſolutioni vitrioli immiſceatur, nigredo exoriatur, manifeſto indicio adeſſe adſtrictionem ſale ſociatam, & vi traumaticâ pollere, imò & quia ſimiliter id contingit cum herbâ Thee, Vires Thee & Veronicæ affines eſſe & commodè hanc illi ſubſtitui poſſe. *Excell. Frommannus in Ann. III. Dec. II. Miſcell. Cur. p. m.* 315. Aquam ejus fiſtulam thoracis ſanaſſe obſervavit. Vid. *Camerar. Memorab. Cent. V.* §. 70. & *Cent. XVIII.* §. 74. Eadem aquâ ulcus tibiæ rebelle taliter ſanatum & cruſtoſa ſcabies. Species Veronicæ juxta datam deſcriptionem ſunt herbæ flore tetrapetalo (potiùs monopetalo juxta *Rivinum*) ſiliculoſæ bicapſulares ſeminibus in ſingulis capſellis pluribus, quæ ſunt

Veronica mas ſupina & vulgatiſſima: Teucrium, Trag. Veronica mas, Fuch. ſerpens, Dod. Veronica, Tab. vera & major, Lob. Veronica ſpicata terreſtris perennis mas ſupina vulgaris foliis ſerratis, Moriſon. In ſylvis.

Veronica ſpicata minor, Kleiner auffrechter Ehrenpreiß: Veronica recta minima, Lob. minor, Tab. Veronica anguſtifolia recta minima, Moriſon. In arvis circa Michelfelden. Julio & Auguſto.

Veronica pratenſis ſerpillifolia, Klein Ehrenpreißweiblein. Veronica ſpicata terreſtris perennis pratenſis ſerpilli folio, Moriſon. Teucrium alterum, Trag. Veronica pratenſis, Dod. Veron. minor, Tab. minor ſerpillifolia, Lob. In pratis, aliiſque locis herbidis.

Veronica alpina bellidis folio hirſuta. In Fracto & Helvetiorum Alpibus.

Veronica alpina fruteſcens. Ibidem.

SCORDIUM Alterum C. B. Wilde Salben: Ob foliorum ſimilitudinem *Salviæ ſylveſtris* dicta, planta aliàs Chamædri aſſimilis, aliquantulum Scorodum (unde nomen) ſeu allium redolens, unde & *Moriſon. de Umbellif. p.*81. vocat Chamædryn paluſtrem allium redolentem. *Excell. Rivinus in Ord. Plant. flore irregul. p.* 4. attendendo ad florem ejus, refert id ad ordinem plantarum irregularium monopetalorum, nimirum quia ſaltem is barbatus eſt, galeaque caret, illumque ſequuntur ſemina nuda quaterna ad plantas verticillatas flore barbato tantùm Teucrium putà, Ivam moſchatam, &c. prout & *Ammann. in Charact. Plant. p.* 395. quia galeala verticillata ſit, ad Chamædryn pertinere refert. Quoad folia illa ſunt inſtar Salviæ, Vires verò, eſt *calida planta* ſale volatili ſcatent, unde urinam provocat, purgat pectus & ſtomachum confortat. Creſcit in aggeribus inter ſemina. Junio & Julio floret. Eſtque hinc ex Herbis verticillatis herbaceis floribus galeâ carentibus tantùm labiatis. Eſtque

Scordium alterum, ſive Salvia ſylveſtris: Salvia ſylv. Trag. Tab. agreſtis ſive Sphacelus, Dod. Scordium alterum Plinii, Lob. In ſylvis, & nemoribus circa Novam domum, in dumetis ad Birſam. Julio.

TEUCRIUM, Groß Bathengel; Ita dicitur, quòd Teucer ejus Inventor ſtatuatur. Veronicæ affinis planta eſt, etiam Chamædrys aſſurgens dicta; Juxta *Etzlerum* flore cœruleo Jovem repræſentat; *Folia ſaporem* habent amarum, qui hinc ſal ſulphureum prodit, quo conſtat. Quare conveniens eſt herba in febribus peſtilentibus, Ictericiâ, calefacit enim & ſiccat, hepatica eſt, viribusque omnino cum Chamædri convenit: Nobis eſt

Teucrium alpinum magno flore inodorum, & Teucr. alpinum comâ purpureâ cœruleâ. In monte Majore S. Bernhardi & Auguſtâ valle Helvetiorum florens reperitur.

CHAMÆDRIS, Gamanderlein: Quaſi humilis quercus, cujus folia habet, & quaſi humi repit. *Fernelio* & *Bauhino* Medicis Ambienſibus dicitur, ſimilis eſt Teucrio, atque à foliis ſerratis *Serrata* dicitur. Habet autem capſulas in margine quinquefariam diviſas aut verticillatim diſpoſitas, continentes ſingulas ſemina quaterna. Flos eſt galeatus & verticillatus. Sapor hujus plantæ ſummè amarus eſt, imò acris inſuper, cujus ratione ſale volatili ſulphureque penetranti referta eſt, quare *Galenus* ejus incidendi & diſſolvendi vim ita expreſſit, ut dixerit, Lienem ipſum ab hujus uſu

uſu colliquari. Hinc & ejus *Decoctum* inſervit tuſſientibus & ſpaſticis prodeſt, lienis tumorem emollit, urinæ difficultatem minuit, menſes & fœtum pellit, paralyſi & epilepſiæ convenit, maximè & pulverem antipodagricum *D. Schaffhuſeri Solodorenſis* ingreditur, cujus Deſcriptionem dedimus in *Obſerv. Chirurg. D. Muralti*, atque hæc ſpecifica vis tartarum in juncturis & nervis reſolvendi fluit juxta *Etzlerum* ratione Jovis in Geminis, cui planta hæc ſubjicitur. *Faber in Pathol. Spagyr. C. XI.* in Paralyſi ita uſurpat: ℞. *Eſſent. chamædr. Primul. ver. Spir. vini accoboliſ. aa.* ℥ij. *Roriſmar. Salv. aa.* ʒj. *Butyr. rec.* ℥ij. *Nitr. pulv.* ʒij. miſc. pro Inunctione. Valet & Decoctum ejus intus non minùs ac Linguæ Cervinæ & Roriſmarini ad ſcrophularum curationem, febres tertianas & quartanas, dolores uteri, ſcorbutum, &c. imò non malè Cantabrigienſibus Theriaca Anglica dicitur. In Ictero ℞. *Herb. chamædr. abſynth. card. ben. centaur. min. aa. M.j. Rad. gentian. curcum. aſphodel. aa.* ʒj *ſem. fœnic.* ʒß. *Limat. mart.* ℥ß. miſc. ad Saccul. Speciatim verò Chamædrys ſpuria minor rotundifolia *Ammanno* eſt Veronica, utque hinc etiam *Danieli Ludovico* ipſâ Veronicâ paulò acceptior. Creſcit in montibus ſiccis. Junio & Julio floret. Species Chamædryos ſequentes ſunt,

Chamædrys minor repens: & Dod. Chamædrys vera, Trag. mas, Fuch. Chamæd. Tab. major. Lob. Hæc Chamædrys juxta *Rajum* eſt ex herbis floribus perfectis ſimplicibus monopetalis labiatis plurimùm verò galeatis, caulem articulatim velut verticilli amplectentibus, foliolis interſperſis, ſeminibus ad ſingulos flores quaternis, quibus floris calyx pro vaſculo inſervit, è verticillatis ſuperficie perennante, uti & Polium, Serpillum. In dumetis circa Michelfelden, & ad ripam Rheni.

Sequentes autem Chamædryos ſpecies ſunt ex herbis flore tetrapetalo ſiliculoſis bicapſularibus ſeminibus in ſingulis capſellis pluribus, uti Thlaſpi & Veronicæ ſpecies;

Chamædrys ſpuria major anguſtifolia, Groß braun Gamanderlein: Veronica ſpicata terreſtris perennis ſupina facie Teucrii pratenſis, Moriſon. Chamædrys altera, Trag. vulgaris mas, Fuch. Chamædr. ſylv. Dod. Teucrium 1. Matth. 2. Tab. Veronica ſupina facie Teucrii pratenſis, Lob. Paſſim in pratis, præſertim aridioribus.

Chamædrys ſpuria minor rotundifolia, Klein Gamanderlein: Veronica ſpicata terreſtris perennis minor foliis imis rotundioribus, Moriſon. Chamædrys vulgaris fœmina, Fuch. Teucrium pratenſe & Teucrium ſpurium Chamædryoides, Lob. Teucr. 3. minus, Tab. In dumetis circa Mutetum & Mönchenſtein.

Chamædrys ſpuria minor anguſtifolia: pro 5. in Prod. deſcripta. Veronica ſpicata terreſtris perennis minor anguſtifolia ramoſior & procum-

bens, Moriſon. Klein niderligender falſcher Ehrenpreiß. Circa Bruglingen, & alibi in viis. Aprili & Majo.

Chamædrys alpina Ciſti flore ſive Cervaria Geſn. In monte Fracto.

Chamædrys ſpuria major altera ſeu fruteſcens. Circa Lucernam utramque varietatem à C. B. notatam reperies.

Chamædrys alpina minima hirſuta. In jugis alpium Helveticarum, Tyrolenſium, ut & Baldi ſummitatibus reperitur.

CHAMÆPITYS, Schafftraͤutlein und Feld-Cypreß: Quaſi humilis picea, quòd folia *picem* redoleant, dicta: *Saporem* amarum, abſynthiacum, reſinam aliqualiter redolentem habet, conſtat enim particulis balſamicis ſulphureis ſalinis volatilibus, quarum ratione intimos corporis receſſus penetrat, calefacit, aperit, diuretica eſt, emmenagoga, ut & ſpecialiter confert in arthriticis doloribus, nervoſumque genus roborat; unde ut præcedens Chamædrys in affectibus Chronicis Vinis medicatis utiliter admiſcetur, maximè verò ad nervorum vitia v. g. paralyſin adhibetur. Eſt autem ex herbis verticillatis herbaceis floribus galeâ carentibus tantùm labiatis, ut Bugula, &c.

Chamæpitys lutea vulgaris ſive folio trifido: Chamæpitys 3. Trag. Fuch. 1. Matth. Dod. major, Tab. Ajuga ſive Chamæpitys mas Dioſc, Lob. In arvis ad Wieſam, & circa Rieham, aliiſque Michelfeldam præcipuè verſùs copioſiſſimè reperitur.

ALSINE, Hünerdarm: Quòd lucos *ἄλση* nominatos & umbroſa loca amet, dicta; eſt planta quæ folia habet ſimilia auribus murium, unde & *myſotis* appellata eſt; *Saporem* habet aqueum humectantem cum vi ſaponariâ detergente, hinc refrigerat & humectat, & decoctum pro lotione manuum, ſcabiem ſanat: Intus ob ſuccum dulcem *inſigniter nutrit*, unde in *atrophiâ* & phtiſi utiliter adhibetur. Mulierculæ illam contuſam extus mammis imponunt pro coërcendo lactis proventu. Cibus avium eſt.

Species ſunt herbæ polyſpermæ capſulâ ſeminali lævi vel oblongâ cylindraceâ & pyramidali aut breviore aut rotundiore, ut ſuprà Lychnidis ſpecies & ſequentia Anagallidum genera. *Bauhinus* ſeq. in Helvetiâ noſtrâ creſcentes ſiſtit

Alſine hederulæ folio: Alſine 4. genus, Fuch. ſpuria prior, Dod. Morſus gallinæ folio hederulæ, Lob. Alſine hederacea, Tab. Veronica terreſtris annua folio hederulæ, Moriſon. In vineis, fimeteriis & agris Aprili & Majo.

Alſine Veronicæ foliis floſculis cauliculis adhærentibus. Alſine folio Veronicæ, Tab. Veronica terreſtris annua floſculis cauliculis adhærentibus, Moriſon. Paſſim in vineis primo Vere.

Alſine

Digitized by Google

Alſine Chamædryfolia floſculis pediculis oblongis inſidentibus: Morſus gallinæ 3. Trag. Alſines alterum genus, Fuch. Alſine ſpuria altera, Dod. Alſ. foliis Triſſaginis, Lob. Tab. Veronica terreſtris annua floſculis oblongis pediculis inſidentibus Chamædryos folio, Moriſon. German. Ehrenpreiß mit Gamanderleinblättern. In vineis & ad ſepes.

Alſine triphyllos cœrulea, Håndelkraut/ cœruleis floſculis, Trag. Alſine recta, Lob. Veronica terreſtris annua cœrulea triphyllos, nunc pentaphyllos ſive foliis trifidis & quinquefidis, Moriſon. Hüner-kraute. In arvis circa Novam domum. Martio & Aprili.

Alſine altiſſima nemorum, Groß Vogelkraut: Morſus gallinæ 2. genus, Trag. Alſine major, Dod. Tab. maxima, Lob. Locis uliginoſis, præſertim in alneto ad Wieſam. Junio & Julio.

Alſine major: Alſine marina, Dod. Tab. Alſine ſive Hippia major, Lob. Locis humidis in alneto, & ſimeteriis quibuſdam.

Alſine media: Morſus gallinæ 1. genus, Trag. Alſine Matth. 1. genus, Fuch. Alſine media, Tab. minor, Dod. Lob. In vineis. Majo & Junio.

Alſine minor multicaulis, Kleiner Hünerdarm: Morſus gallinæ 4. ſpecies, Trag. Alſine 3. genus, Fuch. minor, Tab. minima, Dod. Lob. In arenoſis, & ruderibus, muris ac tectis.

Alſine Spergula dicta major: Spergula, Dod. Sagine Spergula, Lob. In arenoſis ad Wieſam. Majo & ſeq.

Alſine Spergulæ facie minor: ſive Spergula minor floſculo ſubcœruleo, quæ ſub Alſine 9. in Prod. deſcribitur. In viis, præſertim inter Novam domum, & Otlingen arcem.

Alſine paluſtris minor ſerpillifolia, quæ 1. in Prod. In paluſtribus alneti circa telonium Wieſæ.

Alſine hirſuta magno flore, Hünerdarm mit haarichten Blättern: Alſine ſpuria 3. Dod. Alſine hirſuta major foliis dilutè virentibus, Moriſon. Paſſim in arvis ſolo arenoſo.

Alſine alpina minima glabra junceo folio. In monte Fracto & ad thermas Fabarias.

Alſine glabra 3. in Prodr. In alpibus Rhæticis.

ANAGALLIS, Gauchheil: Sic dicitur ἀπὸ τοῦ ἀναγαγεῖν τὰς ψυχὰς, animas evocare, magica enim herba eſt, & hinc juxta nomen Germanicum *fatuorum ſalus* dicta, quòd in limine domus ſuſpenſa contra maleficiorum introitum pollere credatur. Ab Alſine non multum differt, diſcerpta tamen folia filamentum ſecundùm longitudinem ducunt. Hinc ſunt herbæ polyſpermæ, ut præcedentes Alſinum ſpecies. Sunt autem

Anagallis

Anagallis phœniceo flore; Anagallis, Trag. Matth. Fuch, Dod. Anagallis phœnicea, Tab. mas phœnicea, Lob.

Anagallis cœruleo flore: Anagallis fœmina, Trag. Matth. Fuch. Dod. Anagallis cœrulea, Tab. fœmina cœrulea, Lob. Utraque in agris, etiam hortorum areolis.

Anagallis lutea nemorum, Anagallis lutea, Lob. Tab. In ſylva Wilenſi & ad Wieſam in alneto.

Anagallis aquatica major folio ſubrotundo: Berula ſive Anagallis aquatica, Tab. Veronica aquatica perennis latifolia major ſubrotunda, Moriſon. German. Bachbungen. Junio & ſeq.

Anagallis aquatica major folio oblongo: Berula major, Tab. Veronica aquat. perennis latifol. major oblonga, Moriſ. Groſſe Bachbungen. Jul.

Anagallis aquatica minor folio ſubrotundo Sion odoratum 1. Trag. Sii alterum genus, Fuch. Anagallis aquatica, Lob. minor 1. Tab.

Anagallis aquatica minor folio oblongo: aquatica minor 2 Tab. Veronica aquatica perennis latifolia minor folio oblongo, Moriſon. Waſſer-Ehrenpreiß oder klein Bachbungen mit Poleyblättern. Julio & Auguſto. Singulæ in aquaticis.

Anagallis aquatica anguſtifolia ſeu ſtellata. In locis paludoſis & foſſulis in Helvetiâ.

Anagallis flore phœniceo *ſaporem* habet inſtar anagallidis aquat. & cœterarum, amara tamen eſt, ſubadſtringit, calefacit & ſiccat, vulneraria eſt, & ulceraria (ſuccus enim ejus cum herbâ tritâ ulceribus malignis impoſitus medetur, ipſaque perfectè ſanat, teſte *Poter. Pharmacop pag. m. 555.*) morſui canis rabidi ſubvenit, phreniticis & maniacis multum prodeſt, dum vim & motum ſpirituum ſiſtit, & acrimoniam ſalinam ferocem temperat, unde *D. Michaël Lipſ.* ex eo Eſſentiam paravit contra hos morbos ac etiam Infuſum ex linteis ſanguine aſinino imbutis elicuit. Extat & in *Diſpenſat. Auguſt.* noviſſimè ab *Excell. D. D. Schrökio* renovato Syrupus anagallidis, cujus vires non ſaltem in Mania ſed & torminibus infantum laudantur.

Anagallis aquatica ſaporem habet ſubamarum, terreum, auſterum, calidum, linguam exaſperantem, id quod provenit ex alcali blando ſubtiliſſimo, quo optimè temperat, ulcera tibiarum inveterata conſolidat, mundificat, & egregium eſt in ſcorbuto cum ſero caprillo abſque phlogloſis concitatione. Vid. Succ. Scorbutic. in *Remed. Angl. p.* 202. *& Decoct. pag.* 165. Urinam, calculum renum & veſicæ inſigniter expellit, menſes ciet, vulneribus & tumoribus genitalium extus medetur. Sic Aqua ad ſuffuſiones & Cataplaſma ex micâ panis cum herbâ hac Inflammationes mammarum & dolores certò curat.

ELATINE,

ELATINE, Ein Gattung Ehrenpreiß: Vox Elatine juxta *Ammanni* conjecturam cuidam plantæ ab Antiquis attributa fuit, cujus idea ex Botanicis nunc eſt deperdita. Quam tamen hic intelligimus, illa Folia habet *Helxines*, ſed rotundiora, minora, piloſa; *Sapor* ejus acris eſt & adſtringens, hinc contra Dyſenteriam, tormina Ventriculi & Inteſtinorum facit: herba vireſcens piſtata inflammationi capitis applicata ſedat ardorem & fluxiones ſiſtit. Species ejus ſunt

Elatine folio ſubrotundo: Veronica fœmina, Matth. Fuch. Dod. Elatine Dioſcoridis, Lob. prima, Tab. Eſtq; herba flore monopetalo fructu bicapſulari flore rictum exprimente cum calcari, vaſculo ſeminali ſubrotundo, ut ſupra Linariæ ſpecies. In agris creſcens.

Elatine folio acuminato flore luteo: Elatine, Matth. altera, Dod. Lob. *Moriſonio* eſt Linaria hirſuto folio acuminato in baſi auriculato. In agris circa Hüningen & Haltingen.

HELIOTROPIUM majus, Sonnenwürbel/Scorpionkraut: Hæc planta ut & ſequentes, Echium, Bugloſſa, Borrago, Cynogloſſum, Lithoſpermum, Symphytum, quas unà ſeriatim ſiſtit *Bauhinus*, proponuntur unà in Tabulâ Herbarum Aſperifoliarum, quia omnes ſunt aſperifoliæ, quibus folia in caulibus alterna, flores monopetali marginibus quinquepartitis, inciſuris aliàs profundioribus aliàs levioribus, ſingulis autem floribus quatuor plerumque ſuccedunt ſemina quaterna. Dictum autem Heliotropium Dioſcoridi L. IV. cap. ult. eſt planta ferè accedens ad Elatine, caudam gerens *Scorpionis*; Hinc & *Scorpioides* (vel juxta *Rivinum* melius Campoides, cùm ſiliqua ejus erucam in ſe convolutam egregiè referat) dicitur; Quod verò, *Bauhino* notante, folia cum ſole circumagat, etiam nubilo die, tantus ſyderis amor eſt, ut noctu veluti deſiderio contrahatur cœruleus flos, Heliotropii nomen obtinuit; Eſt autem, ut jam innuimus, Heliotropium hoc, ut ſequens Echium, Scorpioidis ſpecies ex herbis aſperi foliis, florum ſpicis extremis reflexis antequam aperiantur, caudæ ſcorpii inſtar contortis. Creſcit apud nos in agris pinguioribus & ante ſolſtitium æſtivum floret. Laudatur contuſum in Cancro. *Welſchius in Mictomim. ſ. LXXX.* refert Heliotropium majus Matthioli Vermes certo experimento enecare, ſolo adfrictu relatione *Rhizotomi Patavini*, unde & Italis Vermaria dictum. *P. Poterius Practicus Bononienſis Pharm. ſpag. L. I. p. m. 355.* refert Heliotropii ſuccum manuum ventrucas brevi tollere abſque dolore; Equorum item & mulorum porros pariter emollire & abſumere, certas etiam ani excreſcentias & ſuperfluitates reprimere & reſolvere. In agris ad Kliben, & ad S. Jacobum creſcit. Tornaſolis autem quod apud

Materialiſtas venditur eſt ſuccus Heliotropii tricocci ſeu quarti Bauhini, Gallis Torneſol dictum. Bezetta verò, quod apud ipſos proſtat. An tingatur Anchusâ, Coccinella ſeu Cocco baphicâ, heliotropio vel violis dicere non licet. Plinius Neapolitanus ita infit: La Torne ſole foſſi de viole amaſſate & è di facile alteratione: al contatto di altre materie paſſa toccato della calce in celeſtino. i. e. Torna ſolis fit ex violis accumulatis & eſt facilis alterationis ad contactum aliarum materiarum calce tactus tranſit in celeſtinum. Sed mirandum eſt, quomodo ex ſucco viridi heliotropii vel cœrulei violarum ferè momentaneus purpureus creetur. S. Pauli illud ſali volatili adſcribit, cùm ſalia liquoribus admiſta αὐτῶν illos colorant. Sic rubricam ex ligno Braſiliano nunquam efficies, niſi ℈j & alterum ſalis aluminis admiſceas. Bezetta verò eſt corruptum vocabulum Italicum, dici debet Belletta, i. e. fard, hinc Belletare ſe farder vel Pezetta, i. e. portiuncula ſcil. Tornaſolis elegantioris.

ECHIUM, Wild Ochſenzungen: Græcè, Ἔχιον, à figurâ ſeminis capiti viperino ſimilis. Vocatur & *Auricula muris* propter foliorum formam, & *Scorpioides*, eò quòd ramulos floribus onuſtos caudarum ſcorpioni ad inſtar contorqueat, unde ex ſignatura Morſibus viperarum ut & apum, quorum floribus ut & ſeq. Borraginis inſident, medetur, adeò ut ubicunque eſt læſio mox præſtò etiam ſit ſalus, flores namque hi egregiâ vi laxante & & anodynâ ſunt præditi; Quo liceat adducere Hiſpani cujuſdam argutum carmen in Urbani VIII. Papæ Hiſpanis minus faventis Inſigne ex tribus apibus conſtans, & reſponſum ipſius Papæ,

Mella dabit Gallo, Hiſpano mala ſpicula figet;
Spicula ſi figet, tunc morietur apis.

Quibus reſpondit Papa,

Mella dabit cunctis; nulli mala ſpicula Regi,
Spicula Rex ſiquidem figere neſcit apum.

Joh. Bauhinus ad Epilepſiam & fervorem Echii vulgaris radicem ſumendam præcipit, ſiccandam & in pulverem redigendam, pulveremque pondere ʒß. cum vino vel cereviſia propinandam. Species ſunt

Echium Scorpioides arvenſe; Auricula muris minor 3. Trag. Alſine myoſotis, Lob. Scorpioides 3. Dod. Auricula muris cærulea, Tab. Paſſim in agris.

Echium Scorpioides paluſtre, Waſſer-Scorpion-graß: Euphraſia cærulea, Trag. Tab. Myoſotis Scorpioides, Lob. In paluſtribus.

Echium Scorpioides paluſtre leviter hirſutum flore niveo. In paluſtribus propè montem Walſerfall.

Echium vulgare; Echium, Matth. Dod. Lob. Eſt herba flore perfecto ſim-

cto ſimplici monopetalo marginibus quinquefariam diviſis ſeminibus rugoſis caput viperinum referentibus flore corniculato ſeu incurvo, vel floribus eſt diſcuſſis in vaſculis 4 ſemina rugoſa ſymphyti inſtar habens. Paſſim ad ſepes, & in agris. Junio & Julio.

Echium alpinum acaulon. In monte Pilati.

Echium alpinum incanum minimum non deſcriptum.

Echium pumilum album. In monte Regio.

BUGLOSSUM & BORRAGO, Ochſenzungen und Borretſch: Congeneres ſunt plantæ, linguam *Bubulam* referentes ejusdemque etiam uſûs. Conſpiciuntur flore ex quinis petalis acutangulis conflato, cingentibus ad baſin fimbriam villoſam, in cujus medio totidem apparent apices, conjunctim aculeum referentes; floribus diſcuſſis in vaſculis tria vel quatuor ſemina conjunctim poſita ſunt oblonga, rugoſa, veluti ſemina conſolidæ majoris, ceu in antecedente Echio vulgari etiam notatum eſt. Habet autem *Bugloſſum* ſaporem ut & ſuccum mucilaginoſum, paulò ſicciorem tamen quàm Borrago, cum quo tamen aliàs in Viribus convenit: Specialiter autem *Borraginis folia* habent *ſaporem* aqueum penetrantem cum ſenſu frigiditatis ſalivam aliquantulum provocantem: *Radix* eſt inſipida, aquoſa humectans, hinc folia modicè refrigerant & humectant, ut & *radix* atque affectibus ex atra bile obortis conveniunt & ſpecificè in malo hypochondriaco conferunt, ſi Infuſum ejus bibatur, de quo in *Remed. Angl. & Muralti Hippocr. Helv. t.* Hinc *in Diſpenſ. Auguſt. noviſſ. edit.* extat *Aqua antimelancholica Fiſcheri ex rad. bugloſſ. ℥ij fl. bugloſſ. borrag. anth. aa. ℥jß. Croc. ʒj. pulp. Cydon. Pomor. odor. aa. ℥ij. Citr. cum cortic. cont. ℥jß.* Inciſ. infund. in Vin. alb. dein deſtillentur. *Flores* autem cordiales ſunt, refrigerant: Paratur ex foliis *aqua* per deſtillationem, etiam addito Cinnamomo, ad corpus roborandum, refrigerandum, deobſtruendum & infinitos uſus, præſertim & juxta *Ettmüllerum*, ophthalmicos, ſed tum ſine Cinamomo. *Conſerva borraginis & bugloſſæ* in affectibus melancholicis uterinis cum *Conſ. meliſſ.* Conf. *Alkerm.* utiliſſimè præſcripta à *Simon. Pauli.* *Cnöffelius* ex *rad. anchuſæ & ung* pomato coctis invicem *Ung. rubrum* confecit, additis *ol. arom. Ambrâ & moſcho* pro tingendis labiis & medendis fiſſuris. Notat Jac. Grandius de Stibio pag. 105. anchuſæ radice uſos fuiſſe populos orientales etiam pro unguibus colore rubro tingendis, ceu in Mumiis talis adhuc color videatur, unde & Anchuſam ὀνυχίαν ab unguibus vocatam fuiſſe. Sunt autem ex deſcriptione datâ, ſequentes Bugloſſi ſpecies, herbæ flore perfecto ſimplici, monopetalo, marginibus quinquefariam diviſis, ſeminibus nudis ad ſingulos flores quaternis, radicibus albis.

baſin vaſculi ſeminalis (quod in eodem ferè occultatur) ſed à ſummo calycis margine, ut ſtatim patebit ea avellenti, cùm jam marceſcere incipiunt. *Saporem* habet acetoſum, incidentem, hinc modicè refrigerat, in dolore dentium à cauſa calidâ capiti impoſita prodeſt, ſiſtit enim fluxiones & juxta *Etzlerum in Iſag. Phyſic. Mag.* ob Spiritum Jovialem, quo dotata eſt, morbis martialibus contrariatur, ceu cujus ratione, juxta eundem, certum eſt, ſi Jove in Piſc. exiſtente colligatur & geſtetur, hominem reddere amabilem, & ſi inter altercantes projiciatur, illicò conciliari illos; Eſtque

Lyſimachia lutea major, Gelber Weiderich: quæ Dioſc. Lyſimachia, Matth. lutea, Trag. Fuch. Lob. Tab. Lyſimachium legitimum, Dod. Blattariæ affinis flore luteo major, Moriſon. eſt nimirum ex herbis flore pentapetalo vaſculo ſeminali, bicapſulari, turbulento aut ſubrotundo, ut *Blattaria*, & infrà *Lyſimachia ſpicata purpur.* Foliis nunc ternis, nunc quaternis, nunc binis reperitur, Ad rivulos, & Michelfeldæ, ut & ſequens

Lyſimachia ſiliquoſa hirſuta magno flore, Weiderich-Röslein: Lyſimachia, ſeu Salicaria altera, Trag. purpurea 1. Fuch. Lyſim. ſiliquoſa 1. Tab. Eſt ut & ſequentes ſpecies herba flore tetrapetalo ſiliquoſa quadricapſularis ſemine papposo.

Lyſimachia ſiliquoſa hirſuta parvo flore: Lyſimachia ſiliquoſa 2. Tab. Major eſt & minor, utraq; in Prodr. deſcripta. In arenoſis ad Wieſam. Julio.

Lyſimachia ſiliquoſa glabra major: Lyſimachia ſiliquoſa, Lob. flore albo, Tab. Pſeudolyſimachium purpureum 1. Dod. In aquoſis.

Lyſimachia ſiliquoſa glabra minor: Lyſimachia minor & 3. Tab. In ſaxoſis.

Lyſimachia Chamænerion dicta latifolia, Groſſe Weiderich-Röslein: Lyſimachia noſtras ſiliquoſa pappoſa dicta Chamænerium latifol. Moriſ. Antoniana ſive S. Antonii herba maxima, Geſ. hort. Onagra, Lugd. Circa Gundeldingen, Julio.

Lyſimachia Chamænerion dicta anguſtifolia: Pſeudolyſimachium purpureum minus, Dod. Chamænerium Geſneri, ſeu Delphinium baccinum Dioſc. Lob. In arenoſis circa Cliben, & circa Hüningam minorem.

Lyſimachia Chamænerion dicta alpina. In Alpibus Helvetiorum.

Lyſimachia ſpicata purpurea, fortè Plinii, Brauner Weiderich: Solidaginis Saracenicæ alia ſpecies, Trag. Lyſimachia altera, Matth. Lyſimachia purpurea, Lob. Tab. Pſeydolyſim. purpureum alterum, Blattaria ſpicata major glabra communis folio acuto, Moriſon. Dod. Paſſim ad rivulos. Julio.

Lyſimachia cærulea galericulata, Fieberkraut: vel Gratiola cærulea: Lyſimachia galericulata, Lob. Tertianaria, Tab. quod febribus medeatur; item Scutellaria paluſtris flore cæruleo, *Moriſonio* in *Prælud. Bot.* floribus è

foliorum

foliorum alis exeuntibus ſingulis, calice cùm clauſus ſeu operculatus eſt, crepidæ aut calceamenti calcaneum referente. Michelfeldæ in paluſtribus & circa parvam Huningam. Julio & Auguſto.

VERONICA, Ehrenpreiß und Grundheil: Sic dicitur ob mirificam vim vulnera & ulcera ſanandi, vel quaſi Gr. *φερόνικη*, quaſi inter plantas triumphet; Eſt planta per terram repens, folia habens *nigricantia*, oblonga in ambitu denticulata, conſtans flore tetrapetalo, capſulâ bivalvi, tumida cordi-formi, ſepto medio ſeparante duplicem ſeminum ſeriem, à latere ſepti medii prædicti contentorum ſeu flavorum, ruforum aut nigrorum, compreſſorum; utplurimùm *Odorem* habet ſuavem, aromaticum; *Saporem* amarum & adſtringentem, hinc ſale alkalino volatili modicè incidit, calefacit, vulneraria inſignis eſt, pectoralis & ſudorifera; *Uſus* ejus præcipuè in obſtructionibus pulmonum, glandularum & inprimis in *Colicâ* tam internè (*in Extr. cum rob. juniperi*) quàm externè in *Clyſteribus* juxta *Cratonem* & *Sennertum*, item *D. D. Elsner. Ann. I. Miſcell. Cur. Obſerv.* 107. in *Phtiſi*, ſcabie, pruritu, peſte, vulneribus: *Simon Pauli* laudat ut ſpecificum in Sterilitate, ſi in *pulvere per aliquot dies* uſurpatur, v. g. ℞. *Herb. Veronic. pulver. ſem. ammeos aa.* ℥ß. *Cardam. min. Cinam aterr. aa.* ʒij. *Sacch. cand.* ℥ß. *Ol. cinam. gut. iij.* miſc F. Pulvis. Cæterùm quòd alcali ſcateat Veronica patet ex eo, quòd ſi Infuſum ejus ſolutioni vitrioli immiſceatur, nigredo exoriatur, manifeſto indicio adeſſe adſtrictionem ſale ſociatam, & vi traumaticâ pollere, imò & quia ſimiliter id contingit cum herbâ Thee, Vires Thee & Veronicæ affines eſſe & commodè hanc illi ſubſtitui poſſe. *Excell. Frommannus in Ann. III. Dec. II. Miſcell. Cur. p. m.* 315. Aquam ejus fiſtulam thoracis ſanaſſe obſervavit. Vid. *Camerar. Memorab. Cent. V.* §. 70. & *Cent. XVIII.* §. 74. Eadem aquâ ulcus tibiæ rebelle taliter ſanatum & cruſtoſa ſcabies. Species Veronicæ juxta datam deſcriptionem ſunt herbæ flore tetrapetalo (potiùs monopetalo juxta *Rivinum*) ſiliculoſæ bicapſulares ſeminibus in ſingulis capſellis pluribus, quæ ſunt

Veronica mas ſupina & vulgatiſſima: Teucrium, Trag. Veronica mas, Fuch. ſerpens, Dod. Veronica, Tab. vera & major, Lob. Veronica ſpicata terreſtris perennis mas ſupina vulgaris foliis ſerratis, Moriſon. In ſylvis.

Veronica ſpicata minor, Kleiner auffrechter Ehrenpreiß: Veronica recta minima, Lob. minor, Tab. Veronica anguſtifolia recta minima, Moriſon. In arvis circa Michelfelden. Julio & Auguſto.

Veronica pratenſis ſerpillifolia, Klein Ehrenpreißweiblein. Veronica ſpicata terreſtris perennis pratenſis ſerpilli folio, Moriſon. Teucrium alterum, Trag. Veronica pratenſis, Dod. Veron. minor, Tab. minor ſerpillifolia, Lob. In pratis, aliiſque locis herbidis.

S 2 Vero-

Veronica alpina bellidis folio hirſuta. In Fracto & Helvetiorum Alpibus.

Veronica alpina fruteſcens. Ibidem.

SCORDIUM Alterum C. B. Wilde Salbey: Ob foliorum ſimilitudinem *Salvia ſylveſtris* dicta, planta aliàs Chamædri aſſimilis, aliquantulum Scorodum (unde nomen) ſeu allium redolens, unde & *Moriſon. de Umbellif. p.*81. vocat Chamædryn paluſtrem allium redolentem. *Excell. Rivinus in Ord. Plant. flore irregul. p.* 4. attendendo ad florem ejus, refert id ad ordinem plantarum irregularium monopetalorum, nimirum quia ſaltem is barbatus eſt, galeaque caret, illumque ſequuntur ſemina nuda quaterna ad plantas verticillatas flore barbato tantùm Teucrium putà, Ivam moſchatam, &c. prout & *Ammann. in Charact. Plant. p.* 395. quia galeala verticillata ſit, ad Chamædryn pertinere refert. Quoad folia illa ſunt inſtar Salviæ, Vires verò, eſt *calida planta* ſale volatili ſcatent, unde urinam provocat, purgat pectus & ſtomachum confortat. Creſcit in aggeribus inter ſemina. Junio & Julio floret. Eſtque hinc ex Herbis verticillatis herbaceis floribus galeâ carentibus tantùm labiatis. Eſtque

Scordium alterum, ſive Salvia ſylveſtris: Salvia ſylv. Trag. Tab. agreſtis ſive Sphacelus, Dod. Scordium alterum Plinii, Lob. In ſylvis, & nemoribus circa Novam domum, in dumetis ad Birſam. Julio.

TEUCRIUM, Groß Bathengel: Ita dicitur, quòd Teucer ejus Inventor ſtatuatur. Veronicæ affinis planta eſt, etiam Chamædrys aſſurgens dicta; Juxta *Etzlerum* flore cœruleo Jovem repræſentat; *Folia ſaporem* habent amarum, qui hinc ſal ſulphureum prodit, quo conſtat. Quare conveniens eſt herba in febribus peſtilentibus, Icteritiâ, calefacit enim & ſiccat, hepatica eſt, viribusque omnino cum Chamædri convenit: Nobis eſt

Teucrium alpinum magno flore inodorum, & Teucr. alpinum comâ purpureâ cœruleâ. In monte Majore S. Bernhardi & Auguſtâ valle Helvetiorum florens reperitur.

CHAMÆDRIS, Gamanderlein: Quaſi humilis quercus, cujus folia habet, & quaſi humi repit. *Fernelio* & *Bauhino* Medicis Ambienſibus dicitur, ſimilis eſt Teucrio, atque à foliis ſerratis *Serrata* dicitur. Habet autem capſulas in margine quinqueſariam diviſas aut verticillatim diſpoſitas, continentes ſingulas ſemina quaterna. Flos eſt galeatus & verticillatus. Sapor hujus plantæ ſummè amarus eſt, imò acris inſuper, cujus ratione ſale volatili ſulphureque penetranti referta eſt, quare *Galenus* ejus incidendi & diſſolvendi vim ita expreſſit, ut dixerit, Lienem ipſum ab hujus uſu

uſu colliquari. Hinc & ejus *Decoctum* inſervit tuſſientibus & ſpaſticis prodeſt, lienis tumorem emollit, urinæ difficultatem minuit, menſes & fœtum pellit, paralyſi & epilepſiæ convenit, maximè & pulverem antipodagricum *D. Schaffhuſeri Solodorenſis* ingreditur, cujus Deſcriptionem dedimus in *Obſerv. Chirurg. D. Muralti*, atque hæc ſpecifica vis tartarum in juncturis & nervis reſolvendi fluit juxta *Etzlerum* ratione Jovis in Geminis, cui planta hæc ſubjicitur. *Faber in Pathol. Spagyr. C. XI.* in Paralyſi ita uſurpat: ℞. *Eſſent. chamædr. Primul. ver. Spir. vini accoboliſ. aa.* ʒij. *Roriſmar. Salv. aa.* ʒj. *Butyr. rec.* ℥ij. *Nitr. pulv.* ʒij. miſc. pro Inunctione. Valet & Decoctum ejus intus non minùs ac Linguæ Cervinæ & Roriſmarini ad ſcrophularum curationem, febres tertianas & quartanas, dolores uteri, ſcorbutum, &c. imò non malè Cantabrigienſibus Theriaca Anglica dicitur. In Ictero ℞. *Herb. chamædr. abſynth. card. ben. centaur. min. aa. M.j. Rad. gentian. curcum. aſphodel. aa.* ʒj *ſem. fœnic.* ʒß. *Limat. mart.* ℥ß. miſc. ad Saccul. Speciatim verò Chamædrys ſpuria minor rotundifolia *Ammanno* eſt Veronica, utque hinc etiam *Danieli Ludovico* ipſâ Veronicâ paulò acceptior. Creſcit in montibus ſiccis. Junio & Julio floret. Species Chamædryos ſequentes ſunt,

Chamædrys minor repens: & Dod. Chamædrys vera, Trag. mas, Fuch. Chamæd. Tab. major. Lob. Hæc Chamædrys juxta *Rajum* eſt ex herbis floribus perfectis ſimplicibus monopetalis labiatis plurimùm verò galeatis, caulem articulatim velut verticilli amplectentibus, foliolis interſperſis, ſeminibus ad ſingulos flores quaternis, quibus floris calyx pro vaſculo inſervit, è verticillatis ſuperficie perennante, uti & Polium, Serpillum. In dumetis circa Michelfelden, & ad ripam Rheni.

Sequentes autem Chamædryos ſpecies ſunt ex herbis flore tetrapetalo ſiliculoſis bicapſularibus ſeminibus in ſingulis capſellis pluribus, uti Thlaſpi & Veronicæ ſpecies;

Chamædrys ſpuria major anguſtifolia, Groß braun Gamanderlein: Veronica ſpicata terreſtris perennis ſupina facie Teucrii pratenſis, Moriſon. Chamædrys altera, Trag. vulgaris mas, Fuch. Chamædr. ſylv. Dod. Teucrium 1. Matth. 2. Tab. Veronica ſupina facie Teucrii pratenſis, Lob. Paſſim in pratis, præſertim aridioribus.

Chamædrys ſpuria minor rotundifolia, Klein Gamanderlein: Veronica ſpicata terreſtris perennis minor foliis imis rotundioribus, Moriſon. Chamædrys vulgaris fœmina, Fuch. Teucrium pratenſe & Teucrium ſpurium Chamædryoides, Lob. Teucr. 3. minus, Tab. In dumetis circa Mutetum & Mönchenſtein.

Chamædrys ſpuria minor anguſtifolia: pro 5. in Prod. deſcripta. Veronica ſpicata terreſtris perennis minor anguſtifolia ramoſior & procumbens,

bens, Moriſon. Klein niderligender falſcher Ehrenpreiß. Circa Bruglingen, & alibi in viis. Aprili & Majo.

Chamædrys alpina Ciſti flore ſive Cervaria Geſn. In monte Fracto.

Chamædrys ſpuria major altera ſeu fruteſcens. Circa Lucernam utramque varietatem à C. B. notatam reperies.

Chamædrys alpina minima hirſuta. In jugis alpium Helveticarum, Tyrolenſium, ut & Baldi ſummitatibus reperitur.

CHAMÆPITYS, Schafftraͤuͤtlein und Feld-Cypreß: Quaſi humilis picea, quòd folia *picem* redoleant, dicta: *Saporem* amarum, abſynthiacum, reſinam aliqualiter redolentem habet, conſtat enim particulis balſamicis ſulphureis ſalinis volatilibus, quarum ratione intimos corporis receſſus penetrat, calefacit, aperit, diuretica eſt, emmenagoga, ut & ſpecialiter confert in arthriticis doloribus, nervoſumque genus roborat; unde ut præcedens Chamædrys in affectibus Chronicis Vinis medicatis utiliter admiſcetur, maximè verò ad nervorum vitia v. g. paralyſin adhibetur. Eſt autem ex herbis verticillatis herbaceis floribus galeâ carentibus tantùm labiatis, ut Bugula, &c.

Chamæpitys lutea vulgaris ſive folio trifido: Chamæpitys 3. Trag. Fuch. 1. Matth. Dod. major, Tab. Ajuga ſive Chamæpitys mas Dioſc, Lob. In arvis ad Wieſam, & circa Rieham, aliisque Michelfeldam præcipuè verſùs copioſiſſimè reperitur.

ALSINE, Hünerdarm: Quòd lucos ἄλση nominatos & umbroſa loca amet, dicta; eſt planta quæ folia habet ſimilia auribus murium, unde & *myſotis* appellata eſt; *Saporem* habet aqueum humectantem cum vi ſaponariâ detergente, hinc refrigerat & humectat, & decoctum pro lotione manuum, ſcabiem ſanat: Intus ob ſuccum dulcem *inſigniter nutrit*, unde in *atrophiâ* & phtiſi utiliter adhibetur. Mulierculæ illam contuſam extus mammis imponunt pro coërcendo lactis proventu. Cibus avium eſt.

Species ſunt herbæ polyſpermæ capſulâ ſeminali lævi vel oblongâ cylindraceâ & pyramidali aut breviore aut rotundiore, ut ſuprà Lychnidis ſpecies & ſequentia Anagallidum genera. *Bauhinus* ſeq. in Helvetiâ noſtrâ creſcentes ſiſtit

Alſine hederulæ folio: Alſine 4. genus, Fuch. ſpuria prior, Dod. Morſus gallinæ folio hederulæ, Lob. Alſine hederacea, Tab. Veronica terreſtris annua folio hederulæ, Moriſon. In vineis, fimeteriis & agris Aprili & Majo.

Alſine Veronicæ foliis floſculis cauliculis adhærentibus. Alſine folio Veronicæ, Tab. Veronica terreſtris annua floſculis cauliculis adhærentibus, Moriſon. Paſſim in vineis primo Vere.

Alſine

Digitized by Google

Alſine Chamædryfolia floſculis pediculis oblongis inſidentibus: Morſus gallinæ 3. Trag. Alſines alterum genus, Fuch. Alſine ſpuria altera, Dod. Alſ. foliis Triſſaginis, Lob. Tab. Veronica terreſtris annua floſculis oblongis pediculis inſidentibus Chamædryos folio, Moriſon. German. Ehrenpreiß mit Gamanderleinblättern. In vineis & ad ſepes.

Alſine triphyllos cœrulea, Händelkraut/ cœruleis floſculis, Trag. Alſine recta, Lob. Veronica terreſtris annua cœrulea triphyllos, nunc pentaphyllos ſive foliis trifidis & quinquefidis, Moriſon. Hüner-raute. In arvis circa Novam domum. Martio & Aprili.

Alſine altiſſima nemorum, Groß Vogelkraut: Morſus gallinæ 2. genus, Trag. Alſine major, Dod. Tab. maxima, Lob. Locis uliginoſis, præſertim in alneto ad Wieſam. Junio & Julio.

Alſine major: Alſine marina, Dod. Tab. Alſine ſive Hippia major, Lob. Locis humidis in alneto, & fimeteriis quibuſdam.

Alſine media: Morſus gallinæ 1. genus, Trag. Alſine Matth. 1. genus, Fuch. Alſine media, Tab. minor, Dod. Lob. In vineis. Majo & Junio.

Alſine minor multicaulis, Kleiner Hünerdarm: Morſus gallinæ 4. ſpecies, Trag. Alſine 3. genus, Fuch. minor, Tab. minima, Dod. Lob. In arenoſis, & ruderibus, muris ac tectis.

Alſine Spergula dicta major: Spergula, Dod. Sagine Spergula, Lob. In arenoſis ad Wieſam. Majo & ſeq.

Alſine Spergulæ facie minor; ſive Spergula minor floſculo ſubcœruleo, quæ ſub Alſine 9. in Prod. deſcribitur. In viis, præſertim inter Novam domum, & Otlingen arcem.

Alſine paluſtris minor ſerpillifolia, quæ 1. in Prod. In paluſtribus alneti circa telonium Wieſæ.

Alſine hirſuta magno flore, Hünerdarm mit haarichten Blättern: Alſine ſpuria 3. Dod. Alſine hirſuta major foliis dilutè virentibus, Moriſon. Paſſim in arvis ſolo arenoſo.

Alſine alpina minima glabra junceo folio. In monte Fracto & ad thermas Fabarias.

Alſine glabra 3. in Prodr. In alpibus Rhæticis.

ANAGALLIS, Gauchheil: Sic dicitur ἀπὸ τοῦ ἀναγαγεῖν τὰς ψυχὰς, animas evocare, magica enim herba eſt, & hinc juxta nomen Germanicum *fatuorum ſalus* dicta, quòd in limine domus ſuſpenſa contra maleficiorum introitum pollere credatur. Ab Alſine non multum differt, diſcerpta tamen folia filamentum ſecundùm longitudinem ducunt. Hinc ſunt herbæ polyſpermæ, ut præcedentes Alſinum ſpecies. Sunt autem

Anagallis

Anagallis phœniceo flore: Anagallis, Trag. Matth. Fuch. Dod. Anagallis phœnicea, Tab. mas phœnicea, Lob.

Anagallis cœruleo flore: Anagallis fœmina, Trag. Matth. Fuch. Dod. Anagallis cœrulea, Tab. fœmina cœrulea, Lob. Utraque in agris, etiam hortorum areolis.

Anagallis lutea nemorum, Anagallis lutea, Lob. Tab. In ſylva Wilenſi & ad Wieſam in alneto.

Anagallis aquatica major folio ſubrotundo: Berula ſive Anagallis aquatica, Tab. Veronica aquatica perennis latifolia major ſubrotunda, Moriſon. German. Bachbungen. Junio & ſeq.

Anagallis aquatica major folio oblongo: Berula major, Tab. Veronica aquat. perennis latifol. major oblonga, Moriſ. Groſſe Bachbungen. Jul.

Anagallis aquatica minor folio ſubrotundo: Sion odoratum 1. Trag. Sii alterum genus, Fuch. Anagallis aquatica, Lob. minor 1. Tab.

Anagallis aquatica minor folio oblongo: aquatica minor 2 Tab. Veronica aquatica perennis latifolia minor folio oblongo, Moriſon. Waſſer-Ehrenpreiß oder klein Bachbungen mit Poleyblättern. Julio & Auguſto. Singulæ in aquaticis.

Anagallis aquatica anguſtifolia ſeu ſtellata. In locis paludoſis & foſſulis in Helvetiâ.

Anagallis flore phœniceo *ſaporem* habet inſtar anagallidis aquat. & cæterarum, amara tamen eſt, ſubadſtringit, calefacit & ſiccat, vulneraria eſt, & ulceraria (ſuccus enim ejus cum herbâ tritâ ulceribus malignis impoſitus medetur, ipſaque perfectè ſanat, teſte *Poter. Pharmacop. pag. m.* 555.) morſui canis rabidi ſubvenit, phreniticis & maniacis multum prodeſt, dum vim & motum ſpirituum ſiſtit, & acrimoniam ſalinam ferocem temperat, unde *D. Michaël Lipſ.* ex eo Eſſentiam paravit contra hos morbos ac etiam Infuſum ex linteis ſanguine aſinino imbutis elicuit. Extat & in *Diſpenſat. Auguſt.* noviſſimè ab *Excell. D. D. Schrökio* renovato Syrupus anagallidis, cujus vires non ſaltem in Mania ſed & torminibus infantum laudantur.

Anagallis aquatica ſaporem habet ſubamarum, terreum, auſterum, calidum, linguam exaſperantem, idquod provenit ex alcali blando ſubtiliſſimo, quo optimè temperat, ulcera tibiarum inveterata conſolidat, mundificat, & egregium eſt in ſcorbuto cum ſero caprillo abſque phlogloſis concitatione. Vid. Succ. Scorbutic. in *Remed. Angl. p.* 202. *& Decoct. pag.* 165. Urinam, calculum renum & veſicæ inſigniter expellit, menſes ciet, vulneribus & tumoribus genitalium extus medetur. Sic Aqua ad ſuffuſiones & Cataplaſma ex micâ panis cum herbâ hac Inflammationes mammarum & dolores certò curat.

ELATINE,

ELATINE, Ein Gattung Ehrenpreiß: Vox Elatine juxta *Ammanni* conjecturam cuidam plantæ ab Antiquis attributa fuit, cujus idea ex Botanicis nunc eſt deperdita. Quam tamen hic intelligimus, illa Folia habet *Helxines*, ſed rotundiora, minora, piloſa; *Sapor* ejus acris eſt & adſtringens, hinc contra Dyſenteriam, tormina Ventriculi & Inteſtinorum facit: herba vireſcens piſtata inflammationi capitis applicata ſedat ardorem & fluxiones ſiſtit. Species ejus ſunt

Elatine folio ſubrotundo: Veronica fœmina, Matth. Fuch. Dod. Elatine Dioſcoridis, Lob. prima, Tab. Eſtq; herba flore monopetalo fructu bicapſulari flore rictum exprimente cum calcari, vaſculo ſeminali ſubrotundo, ut ſupra Linariæ ſpecies. In agris creſcens.

Elatine folio acuminato flore luteo: Elatine, Matth. altera, Dod. Lob. *Moriſonio* eſt Linaria hirſuto folio acuminato in baſi auriculato. In agris circa Hüningen & Haltingen.

HELIOTROPIUM majus, Sonnenwürbel / Scorpionkraut: Hæc planta ut & ſequentes, Echium, Buglоſſa, Borrago, Cynogloſſum, Lithoſpermum, Symphytum, quas unà ſeriatim ſiſtit *Bauhinus*, proponuntur unà in Tabulâ Herbarum Aſperifoliarum, quia omnes ſunt aſperifoliæ, quibus folia in caulibus alterna, flores monopetali marginibus quinquepartitis, inciſuris aliàs profundioribus aliàs levioribus, ſingulis autem floribus quatuor plerumque ſuccedunt ſemina quaterna. Dictum autem Heliotropium Dioſcoridi L. IV. cap. ult. eſt planta ferè accedens ad Elatine, caudam gerens *Scorpionis*; Hinc & *Scorpioides* (vel juxta *Rivinum* melius Campoides, cùm ſiliqua ejus erucam in ſe convolutam egregiè referat) dicitur; Quod verò, *Bauhino* notante, folia cum ſole circumagat, etiam nubilo die, tantus ſyderis amor eſt, ut noctu veluti deſiderio contrahatur cœruleus flos, Heliotropii nomen obtinuit; Eſt autem, ut jam innuimus, Heliotropium hoc, ut ſequens Echium, Scorpioidis ſpecies ex herbis aſperi foliis, florum ſpicis extremis reflexis antequam aperiantur, caudæ ſcorpii inſtar contortis. Creſcit apud nos in agris pinguioribus & ante ſolſtitium æſtivum floret. Laudatur contuſum in Cancro. *Welſchius in Mictomim. §. LXXX.* refert Heliotropium majus Matthioli Vermes certo experimento enecare, ſolo adfrictu relatione *Rhizotomi Patavini*, unde & Italis Vermaria dictum. *P. Poterius Practicus Bononienſis Pharm. ſpag. L. I. p. m. 355.* refert Heliotropii ſuccum manuum ventrucas brevi tollere abſque dolore; Equorum item & mulorum porros pariter emollire & abſumere, certas etiam ani excreſcentias & ſuperfluitates reprimere & reſolvere. In agris ad Kliben, & ad S. Jacobum creſcit. Tornaſolis autem quod apud

Materialiſtas venditur eſt ſuccus Heliotropii tricocci ſeu quarti Bauhini, Gallis Torneſol dictum. Bezetta verò, quod apud ipſos proſtat. An tingatur Anchusâ, Coccinella ſeu Cocco baphicâ, heliotropio vel violis dicere non licet. Plinius Neapolitanus ita infit: La Torne ſole foſſi de viole amaſſate & è di facile alteratione: al contatto di altre materie paſſa toccato della calce in celeſtino. i. e. Torna ſolis fit ex violis accumulatis & eſt facilis alterationis ad contactum aliarum materiarum calce tactus tranſit in celeſtinum. Sed mirandum eſt, quomodo ex ſucco viridi heliotropii vel cœrulei violarum ferè momentaneus purpureus creetur. S. Pauli illud ſali volatili adſcribit, cùm ſalia liquoribus admiſta ἐν τῶ νῶ illos colorant. Sic rubricam ex ligno Braſiliano nunquam efficies, niſi ℈j & alterum ſalis aluminis admiſceas. Bezetta verò eſt corruptum vocabulum Italicum, dici debet Belletta, i. e. fard, hinc Belletare ſe farder vel Pezetta, i. e. portiuncula ſcil. Tornaſolis elegantioris.

ECHIUM, Wild Ochſenzungen: Græcè, Ἔχιον, à figurâ ſeminis capiti viperino ſimilis. Vocatur & *Auricula muris* propter foliorum formam, & *Scorpioides*, eò quòd ramulos floribus onuſtos caudarum ſcorpioni ad inſtar contorqueat, unde ex ſignatura Morſibus viperarum ut & apum, quorum floribus ut & ſeq. Borraginis inſident, medetur, adeò ut ubicunque eſt læſio mox præſtò etiam ſit ſalus, flores namque hi egregiâ vi laxante & & anodynâ ſunt præditi; Quo liceat adducere Hiſpani cujuſdam argutum carmen in Urbani VIII. Papæ Hiſpanis minus faventis Inſigne ex tribus apibus conſtans, & reſponſum ipſius Papæ,

Mella dabit Gallo, Hiſpano mala ſpicula figet;
Spicula ſi figet, tunc morietur apis.

Quibus reſpondit Papa,

Mella dabit cunctis; nulli mala ſpicula Regi,
Spicula Rex ſiquidem figere neſcit apum.

Joh. Bauhinus ad Epilepſiam & fervorem Echii vulgaris radicem ſumendam præcipit, ſiccandam & in pulverem redigendam, pulveremque pondere ʒß. cum vino vel cereviſia propinandam. Species ſunt

Echium Scorpioides arvenſe; Auricula muris minor 3. Trag. Alſine myoſotis, Lob. Scorpioides 3. Dod. Auricula muris cærulea, Tab. Paſſim in agris.

Echium Scorpioides paluſtre, Waſſer-Scorpion-graß: Euphraſia cærulea, Trag. Tab. Myoſotis Scorpioides, Lob. In paluſtribus.

Echium Scorpioides paluſtre leviter hirſutum flore niveo. In paluſtribus propè montem Waſſerfall.

Echium vulgare; Echium, Matth. Dod. Lob. Eſt herba flore perfecto ſim-

ĉto ſimplici monopetalo marginibus quinquefariam diviſis ſeminibus rugoſis caput viperinum referentibus flore corniculato ſeu incurvo, vel floribus eſt diſcuſſis in vaſculis 4 ſemina rugoſa ſymphyti inſtar habens. Paſſim ad ſepes, & in agris. Junio & Julio.

Echium alpinum acaulon. In monte Pilati.

Echium alpinum incanum minimum non deſcriptum.

Echium pumilum album. In monte Regio.

BUGLOSSUM & BORRAGO, Ochſenzungen und Borretſch: Congeneres ſunt plantæ, linguam *Bubulam* referentes ejusdemque etiam uſûs. Conſpiciuntur flore ex quinis petalis acutangulis conflato, cingentibus ad baſin fimbriam villoſam, in cujus medio totidem apparent apices, conjunctim aculeum referentes; floribus diſcuſſis in vaſculis tria vel quatuor ſemina conjunctim poſita ſunt oblonga, rugoſa, veluti ſemina conſolidæ majoris, ceu in antecedente Echio vulgari etiam notatum eſt. Habet autem *Bugloſſum* ſaporem ut & ſuccum mucilaginoſum, paulò ſicciorem tamen quàm Borrago, cum quo tamen aliàs in Viribus convenit: Specialiter autem *Borraginis folia* habent *ſaporem* aqueum penetrantem cum ſenſu frigiditatis ſalivam aliquantulum provocantem: *Radix* eſt inſipida, aquoſa humectans, hinc folia modicè refrigerant & humectant, ut & *radix* atque affectibus ex atra bile obortis conveniunt & ſpecificè in malo hypochondriaco conferunt, ſi Infuſum ejus bibatur, de quo in *Remed. Angl. & Muralti Hippocr. Helv. t.* Hinc *in Diſpenſ. Auguſt. noviſſ. edit.* extat *Aqua antimelancholica Fiſcheri ex rad. bugloſſ.* ℥ij *fl. bugloſſ. borrag. anth. aa.* ℥jß. *Croc.* ʒj. *pulp. Cydon. Pomor. odor. aa.* ℥ij. *Citr. cum cortic. cont.* ℥jß. Inciſ. infund. in Vin. alb. dein deſtillentur. *Flores* autem cordiales ſunt, refrigerant: Paratur ex foliis *aqua* per deſtillationem, etiam addito Cinnamomo, ad corpus roborandum, refrigerandum, deobſtruendum & infinitos uſus, præſertim & juxta *Ettmüllerum*, ophthalmicos, ſed tum ſine Cinamomo. *Conſerva borraginis & bugloſſæ* in affectibus melancholicis uterinis cum *Conſ. meliſſ.* Conf. *Alkerm.* utiliſſimè præſcripta à *Simon. Pauli.* *Cnöffelius ex rad. anchuſæ & ung.* pomato coctis invicem *Ung. rubrum* confecit, additis *ol. arom. Ambrâ & moſcho* pro tingendis labiis & medendis fiſſuris. Notat Jac. Grandius de Stibio pag. 105. anchuſæ radice uſos fuiſſe populos orientales etiam pro unguibus colore rubro tingendis, ceu in Mumiis talis adhuc color videatur, unde & Anchuſam ὄνυχαν ab unguibus vocatam fuiſſe. Sunt autem ex deſcriptione datâ, ſequentes Bugloſſi ſpecies, herbæ flore perfecto ſimplici, monopetalo, marginibus quinquefariam diviſis, ſeminibus nudis ad ſingulos flores quaternis, radicibus albis.

Bugloſſum latifolium: Borrago, Trag. Fuch. Dod. Tab. Bugloſſum, Matth. latifolium, Lob. Ad hortorum margines in fimetis.

Bugloſſum ſyl. aſperius: Borrago ſyl. Trag. Echium Germanicum ſpinoſum, Fuch. Bugloſſ. ſyl. Dod. In agris, & dumetis viæ Riehanæ.

CYNOGLOSSUM, Hundszungen: Sic dicitur à foliorum forma, caninas imitante linguas, quæque nonnihil lanuginoſa ſunt. Notæ ejus ſunt ſemina aſpera & lappacea, compreſſa. Flores ſunt inſtar Bugloſſi Officinarum monopetali, quibus ſuccedunt lappulæ quatuor. *Saporem* habet herbaceum, ſiccantem, inſipidum, *Odorem* inſtar ſudantis canis; hinc radices circa collum ſuſpenſæ pediculos puerorum fugant & quia obinde ſulphure ſcatet anodyno temperante ſuccoque traumatico Lixivium cum eo paratum Tineam & alopeciam ſanat, teſte *Welſch. in Miſcom. Ann. IV. Miſc. Cur. pag. 9.* Tragi Unguentum ex ejus ſucco cum melle & Terebinthina paratum non ſaltem mariſcas ſed & ulcera antiqua maligna & fiſtuloſa ſanat, ut experientiâ Empirici cujuſdam hîc Baſileæ conſtitit, imò & Ulcera mammarum ejus Decocto cum ſuperimpoſitis foliis ſanata, nimirum ob alcali ſulphureum narcoſinque temperatam, refrigerat, ſiccat, incraſſat, lenit, obſtruit: unde valet juxta *Matthiolum* in ſiſtendo alvi fluxu, in gonorrhœâ, ac catharris incraſſandis. Eſt verò, ut Bugloſſæ præcedentes, herba flore perfecto ſimplici monopetalo, marginibus quinquefariam diviſis ſed ſeminibus aſperis & lappaceis.

Cynogloſſum majus vulgare: Cynogloſſ. Dod. Tab. vulgare, Matth. Lob. Ad agrorum margines. Majo.

Cynogloſſum ſempervivens. Circa Raperſwilam Helvetiorum.

LITHOSPERMUM, Stein-Hirß: A ſeminis duritie lapideâ nomen accepit, *Folia* habet oleæ longiora, latiora, molliora, *Florem* in ſegmenta expanſum, *ſaporem* linguam abradentem, calefacientem, ſcatet enim juxta S. Pauli ſpiritu aut ſale ſui generis volatili, quod ſal fixum ad calculi generationem cum acido auſtero contribuens enervat, vel impedit quo minus in renibus adhærere & concreſcere poſſit, quia verò non ſaltem urinas movet & calculum pellit, ſed & parturientibus (notante *Matthiolo*, qui ℥ij. in lacte muliebri ſæpius profuiſſe docet) utiliter datur, Vis ejus propulſiva ad haſce partes ſingularis erit, ut & ſic benè attendendum ſit, ne vi ejus diureticâ plus materiæ morbificæ ad renes propellatur ſicque malum augeatur. Exinde quoque fit Decoctum mirabile ad menſtrua promovenda Quercetani & Donzelli: *℞. Milii Solis, ſem. aniſ. Viſc. quercin. aa.* ℥iij *Dictamn. Cret.* ʒj. *Croci* ℈j. Pulveriſ. macerentur 24. horis in Vin. alb. generoſ. dein bulliant parum. Datur inſtante fluxu menſtruo ordinario, præmiſſo

prius

prius purgante aloëtico. Species Lithoſpermorum ſunt herbæ flore perfecto ſimplici monopetalo marginibus quinque leviter diviſis, ſeminibus lævibus quatuor plerumque ſplendentibus, floribus expanſis. Suntque

Lithoſpermum majus erectum: Milium Solis ſativum, Trag. Lithoſpermon ſativum, Fuch. arvenſe. Tab. minus, Matth. Dod. Lob. In ſylva Auguſtana, Wilenſi & Hüningenſi. Junio.

Lithoſpermum minus repens latifolium: Lithoſpermum majus, Dod. Lob. In ſylvoſis & humectis.

Lithoſpermum arvenſe radice rubra, Wilder Stein- oder Meerhirſen: Lithoſpermum ſyl. Trag. Fuch. Anchuſa degener facie milii Solis, Lob. Anchuſa arvenſis minor, Tab. In agris. Majo & ſeq.

Lithoſpermum linariæ foliis Germanicum: Lithoſper. 4. exiguum, Dod Lingua paſſerina, Tab. Moriſon. refert potius ad heteroclitas. Tournefortio eſt Thymelæa linariæ folio vulgaris. Paſſim in agris demeſsâ ſegete.

SYMPHYTUM, Wallwurtz: à συμφύειν, vel quia conglutinat, (etiam juxta *Dioſcoridem* carnes in olla coquendas) nomen accepit. *Folia* habet hirſuta, aſpera. ejus *radix ſaporem* habet lentum, viſcidum, inſipidum, mucilaginoſum, hinc temperat, *incraſſat*, & acrimoniam humorum obtundit, imò & incidit, cujus ratione ſanguinem grumoſum diſſolvit extus: in Cataplaſmatibus, qualiter præcipuè additâ betonicâ tumorem poſt inceptam V. S. tollit. Externè inſuper mucilago ex decoctione vulnera & hernias curat. Intus *curat* phtiſin & pulmonum eroſionem, in ruptis venis & fractu oſſibus conducit. vulnera conſolidat & ſanguinem eorum ſiſtit; Sic extus in Procedentiâ Uteri: ℞. *Rad. Symph. maj.* ℥iij. *fol. abſynth. M. j.* Coq. in Vin. rubr. adſtr. pro fotu poſt repoſitionem. Oleum ejus fracturas & vulnera curat, juxta Etzlerum ob vim Jovialem, Jovi enim in piſcibus id ſubjici dicit. Magma ex radice decorticatâ contuſâ Cancrum incipientem ſanavit, quin & viſcum decoctione obtentum ad Fracturas & Luxationes hæmorrhagiasque optimè valet; Egregium eſt Ungnentum vulnerarium ſequens: ℞. *Conſolid. maj. rec.* ℔j. *Unifol. vel pyrol.* ℔iß. *Ariſtol. rec.* ℥iiij. *Lumbric. pur.* ℔ß. *Butyr. Majal. rec.* ℔iij. Contuſa reponantur in cellam, hinc exprimantur & inſolentur. *Conſolida media* in ſpecie hanc prærogativam præ aliis ſymphyti ſpeciebus & plantis vulnerariis habet ut alvum blandè laxet, confert & Ictero, Iſchuriæ, aphthis, &c. Fit ex ea cum Scabioſa & Sanicula Ung. ad ulcera, contuſiones, &c. Species ſunt

Symphytum, Conſolida major, mas & fœmina: Conſolida major, Trag. Symphytum majus, Matth. Tab. magnum, Fuch. Dod. Symph. Album, Lob. Eſt herba aſperifolia flore perfecto ſimplici monopetalo in margine quinquepartito ſeminibus quatuor plerumque lævibus ſplen-

 dentibus

dentibus, floribus cylindraceis tubuloſis totidem intus apicibus acuminatis conſpicuis, valvulis mucronatis in corde non diſſimilibus, ex albo luteis. In pratis humidis Michelfeldenſib. & Muttenſibus. Julio & Auguſto.

Symphytum maculoſum, ſeu Pulmonaria latifolia, Hirſch-Mangold/ Schmalblätterichte Lungenkraut: Pulmonaria altera, Matth. maculoſa, Lob. Tab. Symphytum maculoſum, Dod. Eſt herba flore perfecto ſimplici monopetalo, ſeminibus lævibus ſplendentibus floribus expanſis in quinque lacinias diſſectis ut *Lithoſpermum* ſuperius & *Pulmonaria* proximè ſequens. In ſylvoſis humidis. Aprili.

Pulmonaria anguſtifolia flore cœruleo rubente, Schmalblätterichte Hirſch-Mangold: Conſolida major ſyl. Trag. Pulmonaria foliis Echii, Lob. Pulmonar. 4. Plinii anguſtifolia, Tab. Circa rivulum Novæ domus & alibi primo Vere florens. Aprili.

Conſolida media pratenſis cærulea & purpurea, Gulden Günſel: Brunella cærulea, Trag. Conſolida media, Matth. Fuch. Tab. Bugula, Dod. & Lob. Eſt ex herbis verticillatis herbaceis floribus Galeâ carentibus tantùm labiatis. Paſſim in pratis, licèt purpurea non ita frequens ſit.

BRUNELLA, Gülden Günſel: Nomen accepit ab *effectu* eò quod faucium & linguæ affectibus ſeu potius malo caſtrenſi die Bräune dicto medeatur. Spicis brevibus habitioribus cum Betonica convenit, parvitate ſuâ & foliis circum ora æqualibus & non crenatis ab eadem differt. *Saporem* habet amarum, balſamicum: hinc internè abſtergit, calefacit, vulneraria eſt, eâque de cauſa à Medicis & Chirurgis ad vulnera ſuperficiaria, profunda, vetera, recentia & præſertim ad ulcera oris & faucium utiliſſimè expetitur. Refert & *Pauli* quod in MS. notatum repererit, quod ſanguine gingivarum madida ejus radix ſalici indita magneticè odontalgiam curet. Intus Ictero & Obſtructionibus convenit, item & Herniis: Paratur & inde *Decoctum* contra Caſum & Dyſenteriam. Specialiter autem illam in Anginâ & apoſtematibus colli conferre *Etzlerus* docet, eò quod Jovi participante Mercurio præſidi illarum partium affectarum, medeatur, adde quod & ſignaturâ ſuâ linguam & os præ ſe ferat. In Scorbuto oris: ℞. *Herb. prunell. ſalv. cochlear. aa. M ij.* Coq. *in Aq. font. ad. ℥iiij.* add. *Sal. armon. gr. v. Mell. roſac. ℥j. Nitr.* ℈ß. F. Gargar uſurpando ſimul ſeq. ℞. *Mell. roſ. ſucc. cochlear. aa. ℥j ſpir. vitriol. gt. vj* Mſ. ad ollam. Creſcit in montibus ferè omnibus, floretque Aprili. Sunt autem Brunellæ Species ex Verticillatis herbaceis caulibus non perennantibus floribus galeatis & labiatis ſpicatis, ut eſt Betonica. Siſtuntur hîc

Brunella major folio non diſſecto, Brunelle: Conſolida minor, Matth. Brunella, Fuch. Tab. vulgaris & 6. Trag. Brunella, Dod. Symphytum petræum, Lob. Locis aridioribus. Junio. Bru-

Brunella folio laciniato, Weiſſe Brunelle mit geſerbten Blättern: Symphytum petræum, Lob. Brunella altera, Lob. tertia, Tab. locis herboſis & gramineis paſſim. Junio & ſeq.

Brunella minor alba: Brunella fœmina, Trag. Ad pontem Wieſæ.

BELLIS, Weiſſenblümlein: à bello ſeu pulchro colore florum dicta, in pratis primo vere naſcitur, *flore* eſt *albo* circumrubente: nimirum corymboſa eſt planta & leucanthema vel erythranthema, producens florem ſtellatum & ſemen ſolidum. Folia ſunt ſerrata quandoque velut denticulis extantibus, ut in Bellide montanâ minore in Horto D.D. Magnol Monſpelii cum D Hans Sloane Amico meo obſervavi, unde ille ramulum 1683. excerpſit & D. Rajo attulit. Hydropem ſanat præprimis ex nimio ſyrii æſtu ex potu contractum ſumpta pro acetario. *Ettmüllerus* refert D. Michaëlem coquum aſthmaticum ſucco tenellorum foliorum curaſſe. Nos hypochondriacos Juſculis è fl. bellidis cum Cichorio egregiè ſolavimus. *Sapor* ejus ſubacris eſt, aromaticus, pinguis, partium tenuium, hinc raucedinem, ſi deglutiatur, gulæ inducit & aſperitatem cum ſenſu caloris, alcali ergò potenti abundat, *vulneraria* proinde, & in phtiſi maximè commendata, in quâ ex voto profuit lactis uſus, in quo hi flores bellidis minoris fuerant cocti; id quod in duabus ægris Baſileæ cum ſucceſſu vidimus. Syrupus inde paratus utiliſſimè miſcetur cum *lacte ſulphuris*, & per cochlearia exhibetur. Juſculis dum viret incocta alvum laxat & infantum vaſa meſeraica aperit; hinc pro *balneo* coquitur ad hecticam infantum, *ulcera putrida* ſcrophuloſa (folia maximè majoris) mundat & conſolidat; hinc & intus *Conſerva* ex floribus bellidis albæ contra fluorem album laudatur. Tinctura florum bellidis minoris cum phlegmate Vitrioli parata utiliſſimè laudatur in febribus ardentibus. Sunt autem ut dictum Bellidis ſpecies: Herbæ flore compoſito corymbiferæ ſtellatæ, radiis diverſi à medio diſco ut plurimum coloris, floribus ſolitariis & umbellam quandam repræſentantibus, ut ſupra *Matricaria*. Eſtque

Bellis ſyl. caule folioſo major, Groſſe Maßlieben: Bellis major, Trag. Matth Fuch. Dod. Lob. major ſyl. Fuch. Bellium majus, Tab. Paſſim in pratis, & ad agrorum herbidos margines. Majo, Junio.

Bellis ſyl. media caule carens, Maßlieben: Bellis media, Matth. Tab. Bellis ſyl. Dod. major ſyl. Lob. In ſylvoſis. Aprili.

Bellis ſyl. minor, Kleine wilde Maßlieben: Bellis minor, Matth. minor ſyl. Fuch. Tab. Paſſim in pratis, aliisque locis herbidis, à Martio in autumnum uſque.

Bellis cærulea caule folioſo: Bellis cærulea ſive Globularia, Lob. Tab. In ſylva Hüningenſi: circa Dornacum, & ad patibulum.

Bellis

Bellis alpina major, rigido folio. In Alpibus Helvetiorum.

Bellis alpina cœrulea minor foliolis cordatis J. B. 2. in Prodrom. C. B. In Alpibus Helv. Valleſiâ ſupra Gemme & Thermas Fabarias.

Bellis cœrulea caule nudo.

Bellis cœrulea montana fruteſcens C. Bauh. ſeu Bellis alpina cœrulea major J. Bauh.

Bellis alpina latiſſimo plantaginis folio non deſcripta aut varietas eximia. In Alpibus & circa Bernam reperiuntur.

PILOSELLA, Nagelkraut: à rigidiuſculis copioſis pilis, quibus inveſtitur, nomen adepta eſt, quam aliqui *Myſotidem*, alii Intybi minorem ſpeciem faciunt, quos imitatur *Moriſon. in Hort. Bleſ.* & *Rajus,* qui ad hieracium refert ſemine parvo nigro, flagellis reptatricibus. *Saporem* habet ſubamarum, adſtringentem, ſiccum, terreum, cujus ratione alcali abundanti & terrâ virgineâ ſcatet, quare Decoctum ejus in Vino certiſſimum eſt ad ulcera oris & Inflamationes & dyſenteriam & alvi fluxum ſiſtendam, v. g. ℞. *Piloſell. inciſ.* ℥ij. *Boli Armen.* ℥ß. Inſuantur Nodulo & affund. *Vini rubr. Menſ.* ß. & bibatur. Hernias infantum curat & Vulneraria inſignis eſt, Feliciſſ. Practicus D. *Michaëlis* in atrophia à crinonibus oriundâ, poſt illitum dorſum cum melle, farinâ & lacte ita uſurpavit: ℞. *Pulv. piloſel. C. C. phil. præpar. ſem. aquileg. aa.* ʒß. *conf. cynæ* ℥j. *ſacchar. cand. albiſſ.* ℥ß. Miſc. Decoctum ejus in lacte in Quartana laudatur: Vid. *Welſch. Miſcomim. III. §. LXXXI.* & *Reuſn:r. Obſ. CXX.* *Simon Pauli* refert ſe ad Piloſellæ majoris repentis hirſutæ ut & Polygoni minoris radices grana velut Kermes obſervaſſe, ova ſc. inſecti cujuſdam continentia. Juxta Rajum eſt ex herbis flore è pluribus petalis planis compoſito ſtellato natura pleno lacteſcentibus ſeminibus pappoſis flagellis reptatricibus & caulibus foliiſque piloſis. Eſtque

Piloſella major repens hirſuta: Auricula muris major, Trag. Piloſella, Matth. Lob. Tab. major, Fuchſ. Dod. Paſſim locis campeſtribus ſiccioribus. Majo, Junio, Julio.

Piloſella major repens minus hirſuta: Auricula muris major 2. Trag. In graminoſis. In Paſcuis & collibus circa Genevam ſe obſervaſſe *Rajus* refert.

Piſolella major erecta, Groß Mausöhrlein: Piloſella major altera, Tab. Eſt ut præcedentes è pluribus petalis, ſed ſeminibus parvis nigris, ut Hieracium Sabaudum ſupra. In monte Crentzacenſi & ad mœnia. Julio floret.

Piloſella montana hiſpida parvo flore. In montibus Bernenſium.

GNA-

GNAPHALIUM, Ruhrkraut: Quod foliis ἀντὶ γναφάλλου pro tomento utantur; *Saporem* habet terreum, ſiccum, adſtringentem, unde alcali terreo copioſo ſcatet, cujus ratione adſtringit & fluxiones ſiſtit. Species autem Gnaphaliorum ex notatâ eorum florum ſtructurâ juxta Moriſonium ad Virgam auream referri poſſent, vel potius ſunt ex herbis flore à floſculis pluribus compoſito, ſtellâ ſeu radio deſtituto, ſeminibus papposis, foliis integris tomento obductis & velut capitatis, unde alii ramuli aſſurgunt ſua capitella gerentes, quare Impia etiam dicitur, quod liberi ſupra parentem excellant. Suntque

Gnaphalium vulgare majus: Heliochryſos ſyl. Trag. Gnaphal. Fuch. vulgare, Matth. Lob. Tab. Filago, Dod.

Gnaphalium medium: Filago minor, Dod. & Lob Gnaphal. medium, Tab. Elichryſum aquaticum ramoſum minus, capitulis foliatis, *Tournef.*

Gnaphalium minus repens, (rectius erectum, non enim repit, & rarius procumbit) Gnaphal. minus, Tab. minimum, Lob. Hæ tres in agris frumentaceis reperiuntur.

Gnaphalium montanum flore rotundiore album, purpureum: Lagopus 2. Trag. Piloſella major, Fuch. Dod. Gnaphal. montanum, Lob. Tab. Eſt peculiariter hoc ex herbis flore radiato foliis integris oblongis odore carentibus. In monte Crentzacenſi: rarius in ſylvâ, quâ Auguſtâ itur.

Gnaphalium alpinum magno flore folio oblongo & folio brevi.

Gnaphalium alpinum minus. In monte Rhætico.

CONYZA, Donnerwurtz: Ita dicitur παρὰ τὸ κονίζειν, quòd pulvere fœdetur pulviſque glutine velut ac pinguedine obſitis caulibus ac foliis inhæreat, quæ idcircò non rarò obſoleti videntur coloris. Ejus *Folia* ſunt odoris fœtentis, inſtar olivæ hirſuta, craſſa; flos fragilis eſt, luteus, parùm amaricans, qui in pappos abit, quare & Conyzæ ſpecies ſunt herbæ flore è Floſculis pluribus compoſito, ſtellato ſeu radiato, ſeminibus papposis, foliis integris, odoratis, hirſutis & glutinoſis. Suntque

Conyza major vulgaris: Conyza major, Trag. Matth. major altera, Dod. Baccharis, Matt. Tab. Baccharis Monſpel. Lob. In dumetis Michelfeld.

Conyza cærulea: & Tab. Tinctorius flos alter, Trag. Erygeron 4. Dod. Ad mœnia; etiam in agris ſiccioribus.

Conyza media Aſteris flore luteo, vel 3. Dioſc. Conyza media, Matth. Dod. Lob. Calaminthæ 3. genus, Fuch. In humidis, & Michelfeldæ.

Conyza minor flore globoſo: Conyza minor, Trag. Matth. Tab. minima, Lob. Dod. In foſſis humidis ad agros.

Conyza paluſtris ſerratifolia: Conyza aquatica, Geſ. Conſolida paluſtris, Tab. Ab *Ammanno* ad corymbiferas plantas refertur, & ut Cannabina

V

bina aquatica folio tripartito, diviſo & non diviſo, chryſanthema Cannabina ob ſemen ſolidum. In paludibus Michelfeldenſibus.

Conyza alpina cœrulea major. 1. in Prodr. Hæc in monte S. Bernhardi provenit. *Rajus* ait, Si planta hæc à Conyza cœrulea, acri, vulgari ſpecie differt, cur non certiores notas diſtinctionis dedit Bauhinus?

Conyza cœrulea alpina minor 2. in Prodr. In Gottardo.

Conyza aquatica Aſteris flore aureo, 3. in Prodr. In Valleſia propè Sedunum ad aquas.

Conyza cœrulea acris ſeu Dentellaria Geſn. In montibus Helvet.

ConyzaThyrſoides vel Conyzoides, poſt conditam à Rege Galliarum arcem Huningenſem copioſè circa illam & Baſileam noſtram (heu miſerè inde obſeſſam!) creſcere animadvertitur.

Quoad *Vires* ob amarorem & incidendi vim menſes provocat, fœtum & urinas proritat, ſumptus *cum aceto* Flos Epilepſiæ ſubvenit; necat pulices & culices abigit, auctore *Dioſcoride*. Ad profligandam ſcabiem Unguentum ex radice & foliis ejus parant nonnulli.

ASTER, Sternkraut: Sic dicitur à Floribus ſtellæ inſtar radiatis; Flores autem ex deſcriptione Bauhini, in cacumine purpureos aut luteos, per ambitum Anthemidis capituli modo diviſos, foliolis ſtellæ modo ut dictum, radiatis, habet, ſtellata hinc planta & pappeſcens, quâ ſola nota eſſentiali dirimitur à Corymboſis. *Saporem* habet acerbum, amaricantē, hinc ſiccat & ſubadſtringit, cum aliqua frigiditate, minus tamen Officinalis eſt, ſed nihilominus illud ab eo expectari poterit, quòd ventriculum roborat, alvum ſiſtit, hepar fortificat, & viſcera in ventre conſervat. Sic poteſt fieri *Decoctum* pro iis, qui aliàs ſanguine fervido præditi furiis & intempeſtivis agitantur motibus, luxuriei ſunt dediti, & hinc varia incommoda, præſertim & in artubus, patiuntur: ℞. *Herb. aſter. borrag. cum radic. cichor. cum radic. acetoſ. lapath. acut. mercurial. aa. M j. Fumar. M.ß. Fol. ſenn mund. ℥j. Tamarind. ℥ß. Paſſular. min. ℥j. Jujub. Prunor. aa. par. X. ſem. aniſ. ʒij. Flor. trium cordial. aa. P. j.* F. Decoct. *in ſero caprino ad* ℔ij. pro 4. hauſtibus, in quorum unoquoque *Syr. roſat. ſol. ℥j.* ſolvi poteſt. Species autem Aſteris ſunt, ut Conyza, herbæ flore ſtellato, ſeminibus papposis, ſed foliis integris, oblongis, odore carentibus, uti & ſequentes Virgæ aureæ ſpecies,

Aſter Atticus cæruleus vulgaris: Tinctorius Flos 1. Trag. Aſter Atticus Matth. 1. Dod. purpureus, Fuch. In ericetis, in monte Muteto, & collibus ad patibulum, autumno florens.

Aſter montanus luteus folio ſalicis glabro: Aſter Atticus 2. Cluſ. Bubonium luteum, Tab. In monte Muteto.

Aſter montanus cœruleus magno Flore foliis oblongis. In Lunæ monte

monte, & in Jura duarum vel trium unciarum reperitur, cùm aliàs palmam tantùm ſuperet.

Aſter hirſutus Auſtriacus cœruleus magno Flore in Prodr. deſcriptus. In Auſtria circa Cremſam reperitur, cum ſupradicto confundi non debet, illi enim ſunt folia acuta & ſerrata, huic obtuſa & non ſerrata. Reperitur & in Rhætia.

VIRGA AUREA, Heydniſch Wundkraut: Eſt herbæ ſpecies Aſteri ſubordinata, Floribus parvis aureis plurimis, in ſummis caulibus in corymbos ſeu umbellas congeſtis; & hinc à forma & floris colore luteo nomen habet, qui prius plurimis ſtaminulis luteis conflatur & poſteà in lanuginem papposam abit: ab aliis etiam propter vires & *Solidago* & *Conſolida* dicitur; *Sapor m* habet amarum, adſtringentem, balſamicum, vulnerarium, unde potenti alcali acidum etiam malignum ulcerum & vulnerum cum virtute roborandi partes ob particulas aromaticas immixtas enervat, uti in *Aquâ latrabili Bartholetti in Deſcript. Medic. Offic. Baſil.* experiri eſt, & in Unguento ad cancrum D. Michaëlis: ℞. *Succ. virg. aur. ſolan. plantag. card. ben. aa, ℥ß Cancr. calcinat. ℨij. Ranar. Talpar. aa. ℨj.* Cont. in mortario plumbeo cum piſtillo plumbeo ad conſiſt. Linimenti. Obinde etiam lithontriptica eſt & diuretica. ut præcipuè comprobat *Barclajus in Argenide*, & ex eo *Excell. Wedel. Amœnit. Mat. Med. p. 185.* nimirum contuſa in renibus calculum in innoxium pulverem ſolvit, ſordibus pulvis, ait, abunde veſicam exoneravit, cœnoſumque ſaccharum penè ſanguinis imagine pinxit, ægro vota faciente Æſculapio: Idem confirmant Piſo & Solenander, & è Vetuſtioribus, qui primam experientiam habuit, Villanovanus, qui in pulvere id uſurpavit. Ob alcali hoc partibus terreſtrioribus aromaticis ſociatum etiam Diarrhœæ & Dyſenteriæ confert, ſanguinis ſpuitionibus medetur, mucilaginem renum & ureterum efficaciter abſtergit, putredinem gingivarum & dentium vacillationem curat. Species ſunt:

Virga aurea latifolia ſerrata: Virga aurea ſerratis foliis, Tab. altera ſerrato folio, Lob. Virga aurea margine crenato, Dod. In monte Mutteto, & ſylva Hüningenſi propè Michelfeldam.

Virga aurea anguſtifolia: Virga aurea, Matth. Dod. Villanovani, Lob. Symphytum petræum 3. Tab. In Muteto & Hüningen.

Huc commodè refertur Solidagini Saracenicæ affinis major Germanica. Fortaſſis eſt varietas à C. B. circa 3. in Pinace notata. In montibus Helvet.

VERBENA, Eiſenkraut quaſi Herbena, ἱεροβοτάνη, in ſacris & luſtrationibus olim uſitata, ſuſpenſa alligataque. Folia habet quernis ſimilia, ſed anguſtiora, minoraque, colore aliquatenus glauco. Ob Flores autem ab

Ammanno refertur ad Verticillatas Floribus quadripartitis aut quinquepartitis vix labiatis tubo brevi foliis laciniatis, longioribus, venoſis, ſeminibus longiuſculis ſimul junctis. *Saporem* habet amarum, abſynthiacum, nauſeabundum, terreum, adſtringentem, hinc notante Schrödero *cephalica & vulneraria* eſt, & ut ſpecificum in capitis dolore formâ Cataplaſmatis fronti circumligata adhibetur. Alii ſuccum ejus inſpiſſabant, & cum oleo ſem. hyoſcyami expreſſo Capiti & temporibus pro eodem ſcopo illinebant, maximè ſi ſcorbutus præſens fuerit; præterea in affectibus oculorum, pectoris, tuſſi inveteratâ, in obſtructionibus hepatis, lienis, utero, torminibus ventris, dyſenteriâ optimè conducit, tertianam (ſi nimirum cum Carduobenedicto & Aſaro, experientiâ *Strobelbergeri*, in Vino decocta bibatur) fugat, vulnera ſanat, in mariſcis & ani procidentiâ convenit. Refert *Welſch. Mictomim. III. §. XLV.* Monſpelienſium mulierum conſuetudine Verbenam ſub axillis geſtatam ejusque Aquam deſt. potam Lac deficiens reparare. Ad Lienis tumorem valet Cataplaſma cum *far. hord. & alb. ovi*, qualiter ſanguinem tenuiorem extrahere debet, verùm rubor ab ipſa verbenâ. Novi & Empiricum Decoctum ejus utiliſſimè in Calculo renum uſurpaſſe. In *Pharmacop. Auguſt.* extat *Unguent. anodynum ex verben. & hyoſcyam. in butyro coctis.*

Verbena communis cæruleo Flore: Verbena recta, Trag. Verbena communis & ſacra, Lob. Verbenaca, Matth. ſupina, Fuch. recta, Dod. Tab. A *Rajo* refertur inter herbas verticillatas herbaceas Floribus vix labiatis tubo brevi quadripartitis aut quinquepartitis, ut *Mentha, pulegium*. Paſſim in ruderibus. Julio.

SUCCISA, Teuffels-Abbiß: Ita vocatur, quòd radices ejus circumroſæ ſint, *vulgus* enim credit dæmonem, cùm tantæ efficaciæ radicem hominibus invideat, eam ſtatim ubi ſuccreverit, undique circumrodere, quare *Morſus Diaboli* dicitur, verùm hoc contingit ex eo, quòd putreſcat fibra illa, quæ rectà deſcendit, renaſcentibus ad latera pluribus aliis. Folia ſunt oblonga & acuminata integra virentia, magis tamen ſuprà quàm infrà. *Radicem* habet ſaporis amari, bilioſi, calefacientis & ſiccantis, hinc alexipharmaca & vulneraria eſt, ut *Scabioſa*, cum qua in reliquis qualitatibus convenit, & ejus ſpecies eſſe videtur, quâ tamen, ob vim alexipharmacam & diaphoreticam, *Ettmülleri* judicio, præferri meretur, vel ſumantur ſimul in malignitate reſolvendâ & à ſanguine liberandâ, v. g. pro Emulſionibus in febri maligna: ℞. *Sem. 4. frig. maj. napi aa.* ℥j. *Aq. ſucciſ. ſcabioſ. aa.* ℥ij. *antim diaphor.* ℈ß. *Sacch. alb.* ʒiij. Miſc. F. Emulſ. noctu ſumenda. Vel fiat Mixtura: ℞. *Aq. ſuccif. ſcabioſ. fumar. aa.* ℥iß. *antim. diaph.* ʒß. *C. C. phil. præparat.* ℈ß. *Ocul. cancr. præpar. Cinnab. antim. aa.* ℈j. *Bez. mart.* ℈ß. miſc. Inprimis

primis celebratur in *Epilepſiâ*, peſte, uteri dolore, ſanguine coagulato, abſceſſibus occultis, lue venerea, ulceribus & vulneribus recentibus; In *Gargariſmatibus* ad tonſillarum tumores conducit, v. g. ℞. *Herb. ſucciſ. M. iiij. ſcabioſ. betonic. aa. M. j. Alb. græc.* ℥ß. Coq. *in Aq. ſimpl. q. ſ.* add. *Mell. roſ. q. ſ.* pro Gargariſmate. Species autem Succiſæ ut & Scabioſæ, à *Rajo* referuntur inter herbas Flore compoſito Corymbiferis affines. Suntque

Succiſa glabra: Succiſa, Matth. Fuch. Dod. Morſus diaboli, Trag. Lob. Tab. Aliquando foliis laciniatis (in Muteto monte) reperitur. In pratis & montoſis herbidis. Auguſto.

Succiſa hirſuta: Morſus diaboli hirſuta rarior, Geſ. hor. In pratis udis Michelfeldenſium.

SCABIOSA, Apoſtemenkraut: Vel à ſcabro terræ habitu, vel quod ſcabiei medeatur dicta, Lat. Scabioſa; Germ. Apoſtemkraut/ quia in abſceſſibus internis & tumoribus ſuppuratis omnium plantarum eſt nobiliſſima, celeberrima, gaudet foliis inciſis: flore aſteris modo globoſo inſtar ſucciſæ. *Folia* habet ſaporis amari, abſynthiaci, abſtergentis, glutinantis, hinc attenuat, diſcutit, calefacit, ſiccat, vulneraria, *pulmonica* eſt, *alexipharmaca* & *ſudorifica*, adhibetur in pleuritide, phtiſi, angina, tuſſi, præſertim epidemicâ, Variolis & Morbillis, aſthmate, fiſtulis ſeu manantibus ulceribus, in tinea capitis, dolore hæmorrhoidum, ſi menſe Majo cum butyro Balſamus paretur. *Radix* Scabioſæ majoris luem Veneream curat inſtar *ſalſæparillæ*, experientia *D. Willebrochii Archiducis Ferdinandi*, ſi ad tres hebdomadas pulvis radicis hujus detur; ſanando præcipuè rhagades & ſerpigines ex hac lue oriundas. S. Urbanus Vires Scabioſæ pratenſis his verſibus complexus eſſe dicitur:

Urbanus pro ſe neſcit pretium ſcabioſæ:
Nam purgat pectus, quod comprimit ægra ſenectus:
Lenit pulmonem, purgat laterum regionem;
Abſceſſus frangit, ſi locum bibita tangit:
Tribus uncta foris anthracem liberat horis.

Aqua ex ea deſtillata in febribus malignis utiliſſima exhibetur ad ſudandum cum *Spir. C. C. & antim. diaphoret. Platerus in Prax. Med. T. I. p. m.* 584. Ferculum ex ejus Floribus quoque parat pro ſterilitate: v. g. ℞. *Flor. ſcabioſ. pimpinell. aa. rec. q. ſ. Fol. menth. q. ſ.* incidantur minutim, affundendo *Ova num.* 2. *l.* 3. *confracta*, add. *Cæpas inciſas, Nuc. moſch. Salis q. ſ.* Coq. in ſartagine in placentam. Species ſunt

Scabioſa pratenſis hirſuta, quæ officinarum: Scabioſa 1. Trag. vulgaris, Fuch. arvenſis, Tab. altera campeſtris ſive ſegetum, Lob. In pratis, aliquando in agris.

Scabioſa major capitulis ſquammatis: Scabioſa 5. Trag. major, Matth. Flore purpureo, Tab. Hæc, ut & ſequens, in Mutero provenit.

Scabioſa montana latifolia non laciniata rubra: Scabioſa latifolia 4. Cluſ.

Scabioſa capitulo globoſo major: Scabioſa 5. & 6. Trag. Scabioſa minor, Matth. Lob. media, Dod. Scabioſa fœmina herbariorum, Tab. In montoſis & dumetis.

Scabioſa capitulo globoſo minor: Scabioſa minor 1. 2. 3. & 5. Tab. quia foliis variè ludit Ad agrorum ſcrobes & margines.

Scabioſa pratenſis floribus exiguis acaulos non deſcripta. Circa Curiam Rhætorum.

Scabioſa montana minor capitulo ſquammoſo. In alpibus. Julio reperitur.

JACEA, Schwarz Fleckenblumen / Bruchfanickel: Ita ſimilis eſt *Scabioſæ*, ut pro ea venditetur, *folia* enim habet lanciniata & ſatis aſpera, hinc & Vires æmulatur ſcabioſæ & ſucciſæ. *Flores* ſunt tubuloſi, laciniati, purpuraſcentes, arctè ſtipati. Quoad Vires verò ſcabioſæ æmulas ſciendum ſpiritum internum plantæ architectum ſimilem ſibi in ſimilibus plantis domum velut fabricantem ſimiles quoque virtutes innuere, ille enim eſt qui virtutis & virium plenus actionum in plantis conſpicuarum præcipuus fons ac ſcaturigo eſt, & qui cum materia ejusque partium diſpoſitione ac modificatione variâ unamquamque Plantam conſtituit, & à reliquis plantis & animatis diſtinguit. Et quia hic ſpiritus in radice prius concentratus ope vegetationis in foliis æquè ac in floribus ac tandem in ſemine (ubi tamen denuò concentratur magis) explicatur ſicque in foliis reſidet, quid mirum, ſi folia ad cognitionem meliorum Plantarum etiam retineantur? Ceu quoque *Tournefortius in Elem. Botan p.* 88 fatetur Melones diſtingui à Cucurbitis non tam ratione Florum quàm foliorum magis rotundiorum. Species Jaceæ & Stœbe referuntur à *Rajo* inter herbas, flore è pluribus floſculis tubulatis ſeu fiſtularibus compoſito capitato ſeminibus pappoſis, foliis non ſpinoſis, ut & ſequentes Cyani Species. Suntque

Jacea nigra pratenſis latifolia: Scabioſa pratenſis vel 4. Trag. Jacea nigra, Tab. In omnibus pratis.

Jacea nigra anguſtifolia, quæ in 1. Prodromo. Locis aridioribus.

Jacea foliis pictis non deſcripta; In pratis montoſis circa Taminium & Curiam Rhætorum.

Jacea nigra laciniata. Ibidem.

Jacea alpina ſucciſæ folio. In alpibus.

STOEBE,

STOEBE, Stebenkraut: Hæc Species extrema folia habet utcunque aculeata, & ad Cyanum ferè refertur, eſt enim non minus ac ille planta capitata, pappeſcens, non ſpinoſa. *Floret* Julio in Ripa Rheni propè Baſileam. Viribus cum *Cyano ſeq tum* convenit.

Stœbe major calyculis non ſplendentibus: Centaurium majus in mutis, Geſ. hor. Jacea ſive Stœbe Gallica, Cluſ. Jacea foliis candicantibus, laciniatis, caliculis non ſplendentibus Tourneſortii, qui flores compoſitos harum plantarum vocat Gallicè fleurs à fleurons. In muris quoque noſtris, & etiam quibuſdam agris ſiccioribus.

CYANUS, Kornblumen: à *flore cyaneo* ſeu *cæruleo* nomen accepit; differt à Jacea floſculis in flore marginalibus ſpecioſioribus, minusque laciniatis infundibuli formam habentibus; Genere tamen convenit, quamvis ab aliis ad *Lychnida*, ab aliis ad *papavera* vel *chondrillas* referatur, verùm ut modò dictum, eſt planta capitata, pappeſcens, non ſpinoſa, non lacteſcens. *Saporem* habet amaricantem, adſtringentem, ſiccantem, unde ob vim alcalinam & levem acrimoniam *utilis* eſt in oculorum inflammationibus, rubedine, lippitudine, dolore, in hydrope & calculo, expertus enim eſt *Excell. D. D. Salomon Reiſelius* Decoctum Flor. Cyani cum pulvere ſaxifrago Volkameriano aſſumptum per Diureſin hydropem feliciſſimè ſanaſſe. Vid. *Dec. II, Ann. II. Miſcell. Curioſ. Obſ. 112. p. 269.* Conducit & iis qui ex alto lapſi ſunt ad ſanguinem grumoſum reſolvendum. Ad putrida ulcera valet ſuccus inſtillatus. Flores infuſione in ſpir. vini vel aquâ eleganti colore cœruleo tingunt ſaccharum. Species ſunt

Cyanus montanus latifolius: Verbaſculum cyanoides, Trag. Cyanus major, Matth. Dod. Lob. montanus, Tab. In monte Waſſerfall.

Cyanus ſegetum; Baptiſecula, Trag. Cyanus minor, Matth. ſyl. Fuch. vulgaris, Lob. Cyanus flos, Dod. Flore communiter cæruleo inter ſegetes: Flore albo circa Hüningam.

Cyanus alpinus capite pennato. In alpibus.

TRAGOPOGON, Bocksbart: à prolixâ lanugine quam emittet dictum, planta eſt pappeſcens & lacteſcens, habens Florem aggregatum, planifolium, naturâ plenum. Hinc temperata eſt, & ob aliqualem amarorem Cichorii ſuccedaneum habetur, & ab infarctu humorum hepatis vaſa liberat. Tabernæmontanus eam etiam ad pectoris vitia laudat, ut aliàs Artifiſi culinarum, quod Tragopon eſt purpureo cœruleum porri folio. Ex dictis autem conſtat, quod à Rajo & aliis Tragopogi ut & Scorzoneræ

zoneræ ſpecies referantur inter herbas flore è pluribus petalis planis compoſito, plano, naturâ pleno lacteſcentes, ſeminibus papposis magnis, anguloſis, ſtriatis; Differunt tamen, quòd in Tragopogo calycis radii florum petalis ſint longiores & ejus calyx minimè ſquammoſus ſit, notante *Tournefort. in Elem. Botan. p.* 32. adeò ut meritò ex omnibus ſignis differentia plantarum, ut Cap. I. voluimus, ſit haurienda.

Tragopogon pratenſe luteum majus: Barbula hirci, Trag. Matth. Tragopogon, Fuch. Dod. luteum, Lob. Tab. In pratis, rariùs in agris.

CALTHA, Bachbungen und Ringelblumen: aliàs *Chryſanthemum* ab aureo floris (ſolaris ſcil. planta eſt) colore nominatum, unde ſimiliter ad Corymboſas à quibuſdam & juxta Fab. Columnam ad ranunculos refertur, verùm propter ſiliquas accenſet illam *Ammannus* aconitis, quare refertur inter herbas flore perfecto ſimplici corniculatas, ut *Aquilegia, Conſolida regalis, &c.* Eſtque

Caltha paluſtris flore ſimplici: Caltha Virgilii, Trag. Tuſſilago altera, Matt. Caltha paluſtris, Dod. Lob. In pratis udis, & ad rivulos. Primo vere.

Caltha alpina minor paluſtris. In alpibus ubi mons Fractus ſcanditur. *Calendula hort nſis* ei ſimilis odorem habet gravem, aromaticum, acidiuſculum (qui juxta *Riverium* menſes mulierum ſpirat) Cerebrum petentem, ſaporem verò ſubfarinaceum, ſubamarum, hinc ob Sal volatile aperit, diſcutit, ſubadſtringit, menſes ciet, partum promovet, utero medetur; Epilepſiæ conducit & *Alexipharmaca* cenſetur, uti in *Catal. Medicam. Officin. Baſil.* dictum. Quoad *Vires* autem *Calthæ* paluſtr. illæ ob ſal volat. & partes tenues incidendi vim habet, an verò ſale inſuper cauſtico donata ſit, dum ab *Ammanno* inter aconita refertur, nondum decidere quid licet; Certum eſt illius flores collectos capparum inſtar comedi poſſe, verùm dum ſic aceto infunduntur, acrimonia hæc non parùm frangetur & figetur. Folia Calthæ utiliter inſtar braſſicæ, ubi veſicatoria adplicantur, in uſum trahentur, maximè in febribus malignis & tempore peſtis, quo ob vim ſolarem cor ſolare illa præſervat, cujus & flores inde in ophthalmia laudantur.

HELENIUM, Alantwurtz: Planta ſolaris, folia *Verbaſci* habet, *radicem odoriferam officinalem*, quæ acris eſt, & gummi vel reſinam fundit, hinc abundat particulis balſamis oleoſis volatilibus, cujus ratione potenter viſcoſos humores in corpore ubivis ſtabulantes diſſolvit, calefacit, & ſiccat, abſterget, diſcutit, aperit, pulmonica & ſtomachica eſt, alexipharmaca item & ſudorifica; quare & *tuſſi, aſthmati*, & ventriculi cruditatibus medetur, venena enervat, mœſtitiam pellit, cor corroborat, & quia ſolaris eſt, maleficiis

maleficiis reſiſtit, viſum confortat, *reſerat* obſtructos renes & ureteres, aliaque viſcera, ſanguinemque corrigit, unde Decoctum Helenii in Vino, in quo chalybs ſit extinctus, teſte *Apollinari*, inſigne eſt antimelancholicum. Gratum Vinum enu'atum cum menſuris 25. muſti ita fieri poteſt: ℞. *Rad. enul.* ℥*xii. Ireos Flor.* ℥*iiij. Cinam.* ʒ*vj. Caryoph. Galang. Mac. aa.* ʒ*ij.* Incid. contund. & dolio imponantur ad effervescendum. Vid. *Tinctur. aſthmat. in Remed. Angl. p.* 208. *externè & internè* ſcabiei medetur, id quod Decoctum ejus cum antimon. diaphoretico inſigniter præſtat, uti ex ſcabie ferinâ corporis poſt repreſſas incautè Variolas in puellâ comperi, ſic & pro tumore œdematoſo reſtitante poſt hydropem: ℞. *Rad. helen. ebul. aa* ℥*ij. Fol. ſalv. roriſmar. aa. M j.* Coq. *in Vin. alb. & cum alum. & ſal.* f. Lixiv. *Herodotus* refert Perſas Reges ſuos unguento ex helenio, adipe leoninâ, croco & vino innnxiſſe, ut ingredientibus ſolaribus, ad authoritatem.

BUPLEURON, Ochſenripp: Eſt planta referens Elaphoboſcum Dioſcoridis, *folia* habens falcata inſtar coſtæ: Vim habet adſtringentem. Eſtque herba flore perfecto ſimplici monopetalo ſeminibus nudis ad ſingulos flores ſingulis, ſeu *Umbellifera* foliis peculiare quid referentibus, ſemine ſtriato.

Bupleuron anguſtifolium: & Dod. Lob. Tab. Herba vu'neraria, Trag. Locis herbidis ad ſepes ad S. Jacobum: in monte Muteto & aliis.

PERFOLIATA, Durchwachs: Sic dicitur, quòd caulis ſingula folia penetret, cujus ratione *Ammanno* eſt umbella foliis peculiare quid referens, ſemine ſtriato minore. Quoad *ſaporem* eſt is adſtringens, herbaceu, leviter amarus, unde egregiè valet contra rupta & hernia. inteſtinales, præcipuè contra exomphalon, v. g. ℞. *Herb perfol. cum toto M. j. Auriculæ muris, Herniar. Plantag. Muſc. acac. noſtr. aa. M*ß. Coq. *in Vino rubr.* & applicetur. Hinc & refert *Welſch. in Miſtom. III. §. LVI.* Prævotium varices primùm ſe prodentes in puero curaſſe foliis perfoliatæ impoſitis, dum eâdem facultate rupturas ſeu dilatationes valvularum in venis, quâ proceſſus peritonæi dilatatos percurat. Vid. & §. *LXXVI.* Scrophulas quoque curat, & inflammationes arcet. Species Perfoliatæ in Helvetia creſcentes ſequentes ſunt

Perfoliata alpina latifolia minor. In alpibus Helvetiorum.

Perfoliata alpina anguſtifolia media 3. in Prodr. in Gotthardo monte.

Perfoliata alpina anguſtifolia minor: ex alpibus Valleſianorum.

Perfoliata alpina anguſtif. minima, in jugis montis Lunæ reperitur.

GRATIOLA CENTAUROIDES, Purgierkraut/Gratiolen: Ita dicitur, juxta Bauhinum, propter inſignes virtutes & ſingulares tam per ſu-

periora quàm inferiora humores expurgandi & recencia vulnera conſolidandi. Stanca cavallo ob guſtum equis adverſum Italis dicta. *Ammanno* eſt parva digitalis, quia eſt monopetalos, bicapſularis, coniformis. Flos ejus communiter eſt purpuraſcens, aliquando albus, rarius luteus: folia magis minusvé crenata. *Saporem* habet amarum, valdè acrem, calefacientem; hinc ſiccat, incidit, aperit, & ob ſal irritativum valdè purgat, magnus ejus uſus eſt in hydrope, (in qua maximum arcanum, teſte *Hartmanno Prax. Chym. edit Cardiluc. p. 597.*) ictero flavo, fugat lumbricos & eorum ſaburram expurgat; fit ex eâ cum ſaccharo inſolatione & crebrâ mixtione Conſerva quæ à ℥ ß. *ad* ℥j. exhibetur utiliter, teſte *Melichio in Diſpenſ. pag. 39. Corrigitur cinnamomo*, aniſo, liquirit. Vulneraria ejus vis caſu inventa, dum quidam in parato vulneratus illam mox applicuit. Locis humidis creſcit; Junio & Julio floret.

Gratiola Centauroides. Ad paludes circa Fridlingam.

CENTAURIUM MINUS, Tauſendguldenkraut: quaſi dicatur millium Florenorum herba, eam enim Veteres tanti æſtimarunt, ut Galenus de eo peculiarem tractatum conſcripſerit, *reverà enim*, inquit is, *incredibilia exiſtimantur ea, quæ de Centaurea narrantur, ita multas & difficiles paſſiones curat.* Eſtque planta non abſimilis Gratiolæ, *Fel terræ* propter amaritudinem ſummam dicta; hinc namque excellentiſſimum febrifugum eſt, & inſigne reſolutivum potensque abſterſivum; Præcipuè autem vitia ab inertiâ bilis enata corrigit & ſanguinem in morbis chronicis effœtum corrigit, hujus intuitu ob ſal volatile ſulphureum (quali ſcil. etiam conſtat fel in corpore humano) calefacit & ſiccat, poros glandularum obſtructos ſubigit, craſſamenta ſucci nutritii hinc inde hærentia abſtergit, rarefacit & per emunctoria decenter ſequeſtrari facit, unde vix ullum datur Vinum medicatum, cujus ingrediens non ſit. Sic & eſt Pulvis antipodagricus, v. g. ℞. *Cent. min. Betonic. ſalv. chamædr. chamæpith. aa.* ℥j. *Medull. Guajac.* ℥vj. Vid. *Conſil. Scholzii & Sennert. Spleneticum* dicitur & *hepaticum*; Leniter verò adſtringit & ſummum *vulnerarium* eſt, bilioſos pituitoſos humores quam leniſſimè per alvum educit, *ſerum* per poros diſcutit; hinc ut dictum utile in *febribus, certo experimento*, ſi decoctum ejus cum Fl. chamomill. & agrimoniâ tepidè ante paroxyſmum adhibeatur: Scribit Matthiol. uſum hujus herbæ præcipuè eſſe in paralyſi, epilepſia, &c. quia potenter ad inteſtina trahat. Prodeſt *utero, menſibus ſuppreſſis, in ſcorbuto, arthritide, lumbricis, & ſpecificè* morſum canis rabidi ſanat. Paratur ex eo Aqua & Extractum, quod cum extr. gentian. zedoar. & etiam ſi nimis rebelles ſint, in Febribus cum gr. j. Laudani exhibet *Ettmüllerus*. Eſſentia vera ex eo non minus ac ex Abſynth. Card. Puleg. Hyſſop. &c. ita parari poteſt: ℞. *Spir. ardent. herb.*

herb. Centaur. min. fermentat. ℥xij. *Ol ſtill.* ʒij. *Extr. ſpiſſi & ſalis ſolut. aa.* ℥ß. Digeratur ſec. art. ad uniendum. Eſt autem juxta Moriſonium & Rajum ex plantis flore pentapetalo vaſculo ſeminali ſimplici polyſpermis capſulâ ſeminali lævi vel oblongâ cylindraceâ & pyramidali ut ſupra *Lychnides*. Ejus Species ſunt

Centaurium minus: & Trag. Matth. Fuch. Dod. Tab. parvum, Lob. In pratis Michelfeldæ, rarius in ſylvis.

Centaurium luteum perfoliatum: Centaurium floribus luteis, ſive citreis pallidis Meſuæi, Lob. Centaur. minus luteo flore perfoliatum, Tab. In pratis udis Michelfeldæ.

✱ HYPERICUM, St. Johannskraut: Flores & ſemen odorem gratum reſinæ pineæ ſpirant: flores lutei ſunt, ſed Folia foraminibus pertuſa, unde & *perforata* vulgò dicitur, quod folia objecta ſoli innumeris foraminibus ſcatere videantur. Aſtrologi ſolis eam imperium ſentire participante Jove dicunt, cujus ratione ut & aliæ plantæ Joviales, ſit vulnerarium inſigne; Verùm ſi intrinſecam partium Hyperici conſtitutionem examinabimus, hanc vim exinde deduci poſſe reperiemus quòd *ſaporem* habeat adſtringentem, ſiccantem, balſamicum, cujus ratione diureticum & vulnerarium eſt excellentiſſimum, par ſibi remedium non habens, præſertim in vulneribus nervorum, nim. conſolidat vulnera, ſanguinem coagulatum reſolvit, calculos renum atterit (præcipuè ſemen in conſ. malv. & conſ roſ. rubr.) lumbricos fugat (ubi ſcil. tempore *exaltationis* in ☌ ☉ ♃ die & horâ ſolis collecta fuerit) Experientiâ Paracelſi, imò experientiâ *D. D. Waldſchmidii* antiſpaſmodicum inſigne eſt, tremores artuum, deliriaque maniaca ſiſtens, quare & *fuga Dæmonum* dici ſolet, maximè & quia Incantationes præcavet & curat. Hic namque *Porta Phytognom. L. III.* C. 13. ſe quàm ſæpiſſimè uſum teſtatur hac herbâ in ſuffitibus, balneis aut geſtationibus ad dæmonibus obſeſſos liberandos, prout experientiâ ſe compertum habuiſſe refert Etzlerus, ſuffitu illam abigere ſpiritus theſauros cuſtodientes ſubterraneos, quia ſcil. Solaris & Jovialis planta eſt, fugat omne ſaturninum. Eſtq;

Hypericum vulgare: Herba perforata, Trag. Hypericum, Matth. Fuch. Dod. Lob. Tab. In ſylvis herbidis.

Hypericum ſupinum glabrum: Hypericum exiguum, Trag. minus, Dod. minimum ſupinum Septentrionalium, Lob. Dicitur glabrum ad diſtinctionem Hyperici montis Olympii foliis hirſutis, quod reperit in Aſiâ minore inſignis Botanicus Anglus *Georgius Wheler. in Deſcript. Itiner. L. III. pag.* 194. In agris ad Novam domum. Junio & Julio.

Aſcyrum ſive Hypericum bifolium glabrum: Hypericum in dumetis 1. Trag. Androſæmon, Matth. Fuch. Juxta *Tournefortium Elem. Botan.*

pag. 223. derivatur à *πόνος*, imparatus, quaſi planta ſimplex minoris apparatûs. In montoſis circa Crentzachum.

Androſæmon hirſutum: Hypericum in dumetis 2. Trag. Aſcyrum, Matth. Fuch. Dod. Lob. multum differens ab Androſæmo Conſtantinopolitano flore maximo, quale prope mare nigrum reperit *cit. Webler. loc. cit. p.* 172. In herboſis montis Mutetæ.

Sunt autem hæ Hyperici ſpecies & Aſcyrum, Androſæmon, juxta *Rajum* herbæ flore pentapetalo capſulâ ſeminali triquitrâ ſeu è tribus carinis compoſitæ, uti & ſupra Violæ.

POLYGONUM, Wegtritt: Ob frequentes flexuras & genicula ita dictum; *ſaporem* habet adſtringentem, terreum: *Vulneraria* eſt & exiccans, fluxiones ſiſtens, unde, *Ettmüllero* referente, mulier quædam ſummâ hæmorrhagiâ narium laborans, polygono in aqua ebullito & applicato convaluit. Quòd ſi ei cum *ocymaſtro, chelidon. maj. & veronic. aa. M. j* acetum affundatur & cum *ſuccor.* ℥iij. coquatur *Colcotar. dulcif.* ʒij. *phlegm. vitriol.* ʒij. *Fl. aru* ℥iß. *Mell.* ℥iß. fit Ung. fuſcum Würtzii. In ſpecie autem Herniaria egregiè valet in Calculo Renum & Herniis, ut ſalutarem ejus effectum ſæpius ſe expertum eſſe retulit nobis *Exc. D. D. Binningerus*. Eſt autem Polygonum ex herbis flore imperfecto ſeu ſtamineo ſemine nudo triquetro, uti ſuprà *Perſicariæ ſpecies*, &c. Suntque

Polygonum latifolium: Polygonum maſculum, Trag. mas, Matth. Fuch. Dod. Polygonum mas vulgare, Lob. Polygonum majus, Tab. Paſſim in urbis areis.

Polygonum anguſtiſſimo gramineo folio, quæ polygoni ſpecies ut & *Millegrana* dicta eſt herba flore ſtamineo ſemine nudo à figura triquetrâ diverſo, rotundo aut compreſſo aut teretiuſculo, vel potius ut *Rajus Meth. Plant. p.* 67. habet harum plantarum flores & ſemina eorumque calices & vaſcula adeò exigua ſunt, ut nudis oculis ægrè poſſint diſcerni. Vocatur hinc Germanis Knawel/ Trag. Polyg. exiguum, Dod. minus polycarpon, Tab. Saxifraga Anglica, Lob. In agris poſt meſſem.

Polygonum littoreum minus floſculis ſpadiceo albicantibus, quod 3. in Prodromo. In ſabuloſis ad fluvium Wieſam.

Polygonum minus ſive Millegrana major: Empetrum, Trag. Polygonum minus, Matth. Herba turca, Lob. Herniaria, (eò quòd Herniis medeatur) Dod. Tab. Duplex, glabrum & hirſutum, notante *Joh. Baubino L. III, Hiſt Plant. p* 378. in agris, & ad Novam domum.

SEDUM, Hauſwurtz: Etiam Sempervivum dictum eſt, quia ſemper viride & humidum durat, ex copia ſucci nitroſi, qui nitroſi aëris influxui reſiſtit,

reſiſtit, quare alcali maximè temperato turget, adſtringit, humectat, æſtum mitigat, hincque non ſaltem intus optimum eſt in febrilibus ebullitionibus (v. g. ℞. *Sedi major. Rapar. conciſ. Hordei aa. M. j. Aluminis* ʒj. *Nitri* ʒß. Coq. in aq. font. menſ. 2. addendo ſub finem album. ovi conquaſſ unius) ſed & extus optimè conducit in inflammationibus calidis, præſertim faucium, clavis pedum (ſi contuſum applicatur) ulceribus, ambuſtis. quare *unguento populeo* additur. Succus expreſſus etiam cum ſale armoniaco vel ſolus in Angina expertum eſt, & cum nitro applicatus plantis pedum voliſque manuum ſanguini refluenti particulas figentes motumque nimium ſiſtentes communicat, unde æſtum attemperat. Contra hæmorrhagias ſucco additur nitrum & acetum vini pro Epithemate ad ſcrotum, id quod & ad Ebrietatem valet. In fluxu vero menſium immodico mammis utiliter adhibetur. Fernelius quoque in Gonorrhœa ſucco ſedi maj. & plantag. cum ſale ſaturn. perinæum inunxit. In Helvetiorum alpibus ipſis ſaxis ac ſcrobibus adhæret, cujus cauſâ notatu digniſſimum eſſe ait Rajus, plantas pleraſque craſſas & ſucculentas in petroſis & ſiccioribus provenire, ibidemque ſine humore diudurare; cujus ratio eſt, quòd folia cuticula denſiore minimeque poroſâ, quæ humorem evaporare non ſinit, inveſtiantur. Sempervivum *minus* repens ſeu Vermicularis ob ſal volatile acre antiſcorbuticum inſigne eſt & febrifugum, ſi cum vino vel aceto contuſa ſuccus exprimatur, & internè propinetur, quamvis *Welſchio in Mictomim. Sect. III.* §. 54. minus hoc commodum videatur ob vim cauſticam, quæ tamen ſic multùm diluitur & infringitur; Judicat is tutiùs ſempervivum majus accipi, quod ſi cum *ſolan. hyoſcyam. fl nymph. v. rbaſc. roſar. violar. ſamb.* digeritur *in Ol. ſperm ranar. & lumbric.* dein coquatur & coletur, ſpinæ dorſi inunctum in febribus ardentibus ſummoperè conducit, & aliàs quoſvis dolores calidos mitigat. Pro Ophthalmia: ℞. *Vermicularis* P j. ß. & pone in panno lineo madefacto & involve & pone ſub cineribus calidis, donec decoquatur, & pòſt accipe dictam herbam, & pone in panno albo, exprime ſuper oculum, & operabitur mirè. Extus etiam pro amuleto additâ Camphorâ utiliter uſurpatur. Sedi autem ſpecies inter herbas ſiliquiferas ſeu corniculatas à *Rajo* referuntur, vel potiùs juxta *Amannum* ſedum eſt, quod flores pentapetalos habet, & poſt flores ſingulos evanidos oritur capſula ſeminalis vel duplex vel multiplex. Eſtque

Sedum minus teretifolium album: Sedum minus 1. Trag. fœmina, fœmina, Fuch. Sempervivum minus, Matth. Vermicularis & Illecebra major, Lob. Sedum minus hæmatodes 2. Tab. In tectis.

Sedum minus luteum ramulis reflexis, Katzenträublein mit gelben Blumen: Aizoon Scorpioides, Lob. In agris & mœnibus. Junio,

Sedum arvenſe flore rubente. In agris circa Hüningam.

Sempervivum minus repens, Mauerpfeffer, Steinpfeffer: Vermicularis, Trag. Sempervivum minimum, Matth. Lob. Sedi 3. genus, Fuch. Illecebra, Dod. Sedum minimum, Tab. In agris & tectis: acre aliud, aliud inſipidum. Junio.

Sedum minus luteum folio acuto, C. B. Sedum minus, Tur. mas, Fuch. hæmadodes, Tabern. Gerar. ſempervivum minus, Dod. Aizoon minus, Lugd. Sedum minus quintum, Cluſ. hiſt. Propè Michelfeldam medio Vere florens ab Hieronymo Bauhino An. 1648. repertum.

Sedum alpinum gramineo folio lacteo flore: Sedum alpinum 5. Cluſ. In monte Waſſerfall.

Sedum alpinum hirſutum luteum: Sedum petræum montanum, Lob. Tournefortius characterem Sedi huic plantæ, ut & antecedenti denegat in *Elem. Botan. p.* 230. In monte Reichenſtein.

Sedum tridactylites tectorum: Hendelkraut: Trag. Paronychia altera, Dod. rutaceo folio, Lob. Alſine petræa rubra & Paronychia 3. Tab. In tectis & agris verſus telonium. Hæc Sedi ſpecies eſt herba flore pentapetalo vaſculo ſeminali, bicapſulati, bicorni, ut Saxifraga rotundifolia alba, adeò ut illa ut alia Sedi foliis laciniatis genera juxta Tournefort. cit. inter Saxifragas ſit locanda.

Sedum tridactylides alpinum minus. In humidis montis Gotthardi & è Pyrenæis C. B. miſſum.

Sedum alpinum ericoides cœruleum. In rupibus montis Fracti & Gotthardi, item Rhæticis inſtar Cymbalariæ dependens à C. B. collectum.

Sedum ſaxatile atro-rubentibus floribus. In Gotthardo monte ſupra rupes ad fluvium Urſam altiùs excreſcens collectum.

Sedum ſaxatile variegato flore. Hoc intra Valeſiam & Auguſtam vallé in monte Gletſcher, qui toto penè anno nivoſus eſt, copioſè provenit.

Sedum alpinum foliolis crenatis aſperis. In Gotthardo & alpibus Rhæticis copioſè, ut & S. Bernhardi monte.

Sedum alpinum album foliolis compactis. In Gotthardo.

Sedum alpinum hirſutum lacteo flore. Ibidem & in altiſſimo vertice montis Juræ la Dolaz, ubi & Rajus reperit.

Sedum alpinum floribus luteis maculoſis. In Fracto.

COTYLEDON, Nabelkraut: Cotyledon, quod à figurâ folii acetabulo ſimili nomen accepit, dicitur & Umbilicus Veneris; eaſdem vires quas Sedum habet. Species ſunt

Cotyledon media ſubhirſuta floribus punctatis. In Fracto.

Cotyledon media foliis oblongis ſerratis. In rupibus Helvetiæ & Rhætiæ, monte Waſſerfall.

Cotyle-

Cotyledon minor foliis ſubrotundis, ſerratis. In Helvetiorum alpibus ipſis ſaxis & ſcopulis adhæret.

TELEPHIUM, Knabenwundkraut: Sic dicitur à Telepho Myſiæ Rege, qui ulcera & vulnera deplorata eo ſanaverit: Vulgò Fabaria, à foliorum cum faba ſimilitudine. Officinis Craſſula major. Eſt *portulacæ* ſimilis planta, alas binas in ſingulis foliorum geniculis habens, foliis ad cœruleum vergentibus, craſſis, lentis & carnoſis refertum, *flore luteo*, candido & purpureo; radice nodoſâ, ut ex *ſignaturâ* pro *Amuleto* ad *hæmorrhoides* valeat. *Saporis* eſt glutinoſi, pinguis, herbacei, unde etiam extra terram diutiſſimè viret, non ſecus ac Aloë & ſempervivi genera optimeq; ad ſedis genera referri poteſt. Rajus refert inter Plantas multiſiliquas ſeu corniculatas ſeu herbas flore perfecto ſimplici conceptaculis ſeminalibus ſicciorbus pluribus disjunctis uni flori ſuccedentibus. *Radicem* habet ſubdulcem, farinaceam, hinc conglutinat, nutrit, *ſarcotica* eſt, lenit, *refrigerat* modicè & humectat, & præprimis acrimoniam ulcerum domat. *Excell. D. Reiſelius Ann IX. Dec. II. Miſc. Cur. p. 66.* refert ſe noviſſe Herniam inguinalem in binis pueris telephio hoc applicato & ad creſcendum terræ immiſſo curatam & transplantatam; hoc verò per aliquot annos dein adhuc colendum, & ab injuriis præſervandum fuerit, imò ipſi Germanicum nomen Knabenkraut ob inde inditum fuiſſe. Species ſunt

Telephium vulgare, Schmärtwurtzel: Fabaria, Matth. Telephium, Lob. Tab. alterum, Dod Acetabulum alterum, Fuch. Faba inverſa, Lob. In agris ad Rheni ripam.

Telephium purpureum majus ſive floribus purpureis, Lob. Tab. Rapuntium umbellatum, Column Anacampſeros purpurea Tournefortii. Scrophularia major, Trag. Acetabulum alterum purpureum, Fuch. In vinetis ad Rheni ripam ſupra urbem.

PORTULACA, Burtzelkraut: Quaſi Porculaca, Græc. ἀνδράχνη, Gallis Porcelia in locis ſtercoratis naſcens, foliis eſt & craſſiuſculis & denſis, cauliculis rubicundis, flore pentapetalo, flavo, capſulas producens oblongas grano hordei majores per medium transverſim horizontaliter ſectas. *Saporem* habet frigidum, modicè adſtringentem, ab alcali occulto & blando provenientem, hinc temperat efferveſcentias, ardori urinæ & ſodæ medetur, dolorem capitis ſanat, dormire facit, ulcera oris (aliaque corrodentia cum ſucc. plant. alum. & album. ovi) & vacillantes dentes ſanat, ſitimque reſtinguit, maximè & hæmorrhagias & ſputum cruentum ſeu ſola ſeu cum plantagine compeſcit. Hinc namque extat *in Diſpenſ. Auguſt. Lohoch* è portulaca, quod optimè exeſa vaſa cruorem fundentia glutinat, & in

& in *Remed. Angl. Batean. p.162.* Clyſſus portulacæ, dum ſcil. ſuccus cum ſacchar. clarificatur & ad mellis conſiſtentiam cogitur. Sic contra Odontalgiam ſemen portulac. pulv. impaſtatum Ceræ novæ in pilulas prunis ardentibus injiciendas, excepto ore fumo, optimum. Creſcit in campis. Junio & Julio uſque in Septembrem floret. Eſt ergò herba flore pentapetalo vaſculo ſeminali ſimplici polyſperma, ut *Alſine, Lychnis, &c.*

Portulaca anguſtifolia ſive ſylveſtris: Portulaca ſyl. Trag. Matth. Fuch. Dod. Lob. arvenſis, Tab. In agris.

TITHYMALUS, Wolffsmilch: Sic dicitur à τίτθος, mamma, & μαλός, tener, quaſi Lactaria planta, velut ex mamma tenerum lac fundens ſi ſecetur vel abrumpatur, quod lac cutem erodit, ſi eo linatur, ut ex petulantia hîc Pueri Orphanotrophii, ut minus ad labores adſtringantur, cum periculo gangrænæ experti ſunt; Peplus etiam dicitur, quod veli inſtar terram operiat. *Saporem* habet acrem, ſepticum, ſubtilem, qui cum ſenſu caliditatis multum ſalivæ projicit; hinc (maximè Lathyris ſeu Cataputia minor, German. Springkraut, è cujus Oleo cum Lixivio fit fomentum ad Oedemata) pituitam validiſſimè, & præcipuè per inferiora purgat, unde & *Ruſticorum hydragogum* purgatorium audit, dum prius Cortices cum radicibus & triduo in aceto roſato digeruntur, ſiccantur & uſui ſervantur, ceu *Poterius Pharmac. ſpag. p 530.* teſtatur totam herbam cum radicibus tuſam ſuccum fundere ſcammonio ſimilem, hincque virtute à ſcammonio minimè differre ſe expertum eſſe; Dedit autem is Tithymali Cypariſſiæ ʒj. admodum *Excellentiſſ. Wepferi* hydropicis. Extractum è contuſis radicibus virentibus & triduo in aqua maceratis coctione paratum vocat Benedictam ſimplicem chymicam; Sic & tali Extracto in ſero lactis ſoluto cum decocto bacc. juniperi deſperatam hydropem in fabri lignarii uxore ſe curatam vidiſſe refert *Excell. D. D. Roſ. Lentil. in Miſc. Cur. Dec. II. Ann. III. p. 155.* id quod & *Etzlerus* teſtatur, qui eam in conſumendis & abolendis partibus duris & ſcirrhis emolliendis laudat, & Marti in Leone ſubjici refert. In Hydrope igitur ordinetur tale Infuſum: ℞. *Rad eſul. ppt. elleb. n. aa ʒiij. vincetox. ebul. aa. ʒij. Cort. tamar. ʒß. Herb. agrim. abſynth. Card. ben. cent. min. Gran. junip. aa. M. j. Fol. ſenn. el. ʒx. Rhabarb. ver. ʒij. Cinam. ʒj. Macis ℈j.* Inciſ. dentur ad ſacculum pro Menſ. j Vini & unâ Aquæ. Vid. *Cura Hydropis in Faſcic. Remed. Cnöphel.* Verùm quia Jalappa minori pretio venditur, uſus ejus exolevit. Species Tithymali autem ſunt herbæ flore tetrapetalo irregulari tricapſulares ſeu fructu tricocco, ſucco lacteo, acri & urente præditæ; Petala eorum minuta ſunt peculiaris conformationis ad lunæ creſcentis effigiem, ut ex primâ è ſequentibus ſpeciebus patet, nimirum eſt

Tithymalus

Tithymalus ſyl. lunato flore: Tithymalus lunato flore, Colum. In dumetis & ſylvis.

Tithymalus myrſinites fructu verrucæ ſimili, Myrtenwolffsmilch: Eſula multicaulis & 4. Trag. Tithymalus verrucoſus, Lugd. In montoſis Muretæ & S. Chriſtianæ.

Tithymalus linariæ folio, Wolffsmilch mit ſchmalen Mandelblättern: Tithymalus amygdaloides anguſtifolius, Tab. In ſylva inter Hüningen & Michelfelden. Majo & ſeqq.

Tithymalus arvenſis latifolius Germanicus: Tithymal. platyphyllos, Fuch. In agris, præſertim rapiciis.

Tithymalus helioſcopius, Sonnenwend-Wolffsmilch: & Matth. Fuch. Dod Lob. Eſula vulgaris & 3. Trag. Paſſim in agris, locis incultis per totam æſtatem.

Tithymalus cypariſſias foliis punctis croceis notatis, Cypreſſer-wolffsmilch mit punctirten Blättern: Eſula ſcabioſa, Geſ. de col. ſtirp. Tithymalus ϛικτόφυλλος, Thal. & J.Bauh. Hæc & ſequens (cujus vitium vel abortum eſſe cenſet D. Knauth & degenerem vocat D. Rivinus) paſſim ad agrorum margines.

Tithymalus cypariſſias: & Matth. Fuch. Dod. Tab. Tithym. cupreſſinus ſive humipinus, Lob. Martio & Aprili.

Tithymalus ſeu Eſula exigua, Kleineſte Wolffsmilch: Eſula exigua, Trag. Lob. Tithymalus leptophyllos, Matth. minimus, Tab. Paſſim in agris, ſegetibus demeſſis. Julio.

Tithymalus paluſtris fruticoſus, ſive Tithymalus magnus multicaulis, J.B. Eſula major, Trag. Dod. major Germanica, Lob. In humidis, & Michelfeldæ. Aprili & ſeq.

Tithymalus montanus non acris: Eſula dulcis, Trag. Pityuſa (ſic dicta ob filiorum pini ſimilitudinem) ſive Eſula minor altera, Lob. Flore eſt viridi, aliquando rubro. In monte Muteto.

Peplus ſive Eſula rotunda: Peplus, Matth. Fuch. Dod. Lob. Tab. In agris & hortis olerum.

CAPUT X.

De Convolvulis & ſcandentibus Plantis, Smilace, Bryoniâ, Lupulo, Vite, Clematitide, Periclymeno, Aſclepiade, Polygonato, Lilio convallium, Hederis, Balſaminâ, Gramine Parnaſſi, Chelidonio, Nummularia, Malvâ, Alceâ, Geranio, Saniculâ, Alchimillâ, Eupatoriis, Potentillâ, Caryophyllatâ, Quinquefolio, Fragariâ, Trifoliis, Meliloto, &c.

CONVOLVULUS, Winden. Ex Plantis quæ non niſi alterius fulcro & ope ſuſtinere ſe commodè poſſunt, eſt primo *Smilax*, quæ arbores ſcandit, & eis ſe convolvit, eſtque juxta deſcriptionem accuratam *Ammanni*, herba ſcandens florem producens monopetalum campanulatum quin & plicas quinq; in margine ſeu orâ extremâ rotundâ gerens, cui flori campanulato deciduo ſuccedit capſula ſeminalis rotunda, aliquando longa, tribus loculamentis, membranis ſuis propriis trifariam diſtincta, in quorum ſingulis bina continentur ſemina anguloſa, nigra aut fuſca ſubrotunda, inſuper quælibet plantæ pars ſuccum fundit lacteum. *Virtutem* habet digerendi & purgandi, urinam provocandi. *Henr. Nollius in Phyſ. Herm. p m.49.* atteſtatur, quòd Convolvulus in ſegetibus proveniens inteſtina repræſentet, ideoque decoctum ejus in Colicâ ſit ſingulare. Ejus *aqua* inflammationibus, præcipuè *oculorum rubedini* prodeſt. Species ſunt

Convolvulus major albus: Volubilis major, Trag. Tab. Smilax lævis, Matth. Fuch. major, Dod. lævis major, Lob. Ad ſepes.

Convolvulus minor arvenſis: Volubilis minor, Trag. arvenſis, Tab. Helxine ciſſampelos, Matth. Fuch. Smilax lævis minor, Dod. Convolvulus minor, Lob. Hæ duæ Convolvulorum Species ſunt ex herbis monopetalis tricapſularibus ſeminibus in unoquoque alveolo binis majoribus, ſcandentib. & lacteſcentibus, flore campaniformi, margine integro. In agris.

Convolvulus minor ſemine triangulo: Orobanche, Trag. Convolvulus niger, Dod. Helxine ciſſampelos altera atriplicis effigie, Lob. Volubilis nigra, Tab. Inter ſegetes iis ſe circumvolens.

BRYONIA,

BRYONIA, Schmär- oder Stickwurtz: à βρύω, germino dicta, quòd capreolis & foliis vitigineis multum luxuriet, unde & *Vitis alba* dicitur: craſſam habet *radicem*, tenuem *caulem* humi ſerpentem, *baccas* rubras fert, Baccifera ſcandens inde dicta. *Saporem* habet ingratum ex dulci tamen nauſeoſum, ob ſal ſcilicet nitroſum turbativum, cujus ratione *purgat* validè pituitoſos & ſeroſos humores, (maximè ſi ſuccus ex radice excavatâ collectus, ad duo vel tria cochlearia exhibeatur, de quo *Excell. Muraltus in Miſc. Cur. Dec. II. Ann. VIII. p. m. 23.*) fœtum ejicit, ſuffocationes uteri arcet, viſcoſitatesque ex ejus ſpongioſitatibus optimè exterget, id quod præcipuè *Matthiolus* expertus eſt; Ob eandem incidendi & abſtergendi vim aſthmata ſanat, podagricis convenit, intus & extus. Intus tamen ut gratior palato obveniat, præcipuè datur ejus Fecula. *Extrinſecus* confert hydropi abdominis *emplaſtrata* cum ſtercore caprino. *Platerus in Obſerv. pag. 686.* Ganglion eo abegit ſeq. modo: ℞. *Rad. bryon. rec. irid. in taleol. ſect. Bulb. lilior. albor. narciſſi vulgar. pratenſ. aa. M. j.* Coq. in Vino & Spir. Vin. pro Catapl. *Welſch. in Mictomim.* §. *XCIV.* pro Verrucis certò abigendis laudat ejus cinerem cum ſucco miſtum. In ſcirrho lienis radix raſpata & cum aceto decocta formâ Cataplaſmatis imponitur. Cum oleo lini radix tuſa dolorem iſchiadicum ſanat, teſte *Tachen. Morb. Princ. p. 183.* ſanat & contuſiones lividas (vid. *Helmont.* & *Boyle de Corp. Poroſit. p. 18*) ut & ſcrophulas, teſte *Zacuto*. Sunt autem variæ Bryoniæ ſpecies, quæ omnes ſunt herbæ bacciferæ acinis uni flori ſuccedentibus pluribus, foliis minus nervoſis, fructu ſingulari ſcandentes.

Bryonia aſpera alba baccis rubris: Bryonia, Trag. Tab. alba, Dod. Vitis alba, Matth. Fuch. Lob.

Bryonia lævis, ſive nigra racemoſa: Vitis nigra, Matth. 1. Tab. Vitis ſyl. ſive ſigillum Mariæ, Dod. Vitis vel Bryonia ſyl. Lob. In monte Muteto.

Bryonia lævis ſive nigra baccifera, quæ ſub Bryonia ſyl. baccifera, in Prodromo Bauh. deſcribitur. In ſylva Hüningenſi arbores ſcandens.

LUPULUS, Hopfen: Eſt planta *conos ferens*, folia habens hirſuta, aſpera viniferæ viti haud abſimilia, nimirum eſt *Ammanno* Convolvulus heteroclitus perennis floribus herbaceis, capſulis foliaceis, ſtrobyli inſtar. Flores ejus fructum præcedentes Martio collecti pingues ſunt & reſinoſi ſuavis ſaporis, & hinc Cereviſiam ab acore conſervant; *Saporem* habent humectantem & *amarum*, incidentem, ſalivam prolicientem, hinc corrigunt acidum in primis viis, & ſanguinem egregiè depurant, & obinde in *obſtructionibus* imi ventris & *affectibus hypochondriacis*, lumbricis (maximè ſar-

mentorum Cinis, teſte *Dan. Crugero in Miſcell. Cur. Dec. II. Ann. VIII. p 454.*) alopeciâ (in Decocto) Elephantiaſi cum ſucceſſu adhibentur, v. g. ℞. *Summitat. Lupul. Fumar. aa. M.ß. Flor. cordial. aa. P.j. Sem melon.* ℥ß. *aniſ.* ʒjß. *Paſſul. min.* ℥jß. *rad polypod. glycirrhiz. aa.* ʒiij. *Fol. ſenn. mund.* ℥ß. *Tamarind.* ʒiij. *Crem. Tart.* ʒij. F. Decoct. Neque autem mirandum eſt illud convenire & in ſcabie & lumbricis ſeu vermibus pellendis, cùm ſcabies oriatur à vermiculo capitis acutie rodente; menſes quoque & urinam movet. Extus laudatur à *Boyleo* in Febribus, ſi *ejus & ſalu nigri aa. M.ij. Uvar. Corinth.* ℥iiij. contuſa pro Epithemate applicentur; ſic & in Calculo renum Balneum ex Lupulo, ſtramine Avenæ & polentâ tritici paratum inſigniter juvat, experientiâ *Sim. Pauli.* Ex autem Lupulus juxta Rajum ex herbis flore imperfecto, quarum fructus à floribus totis plantis diſtant, &c.

Lupulus: & Trag. Matth. Dod. Tab. Lupulus ſalictarius, Fuch. Dod. Paſſim ad ſepes.

VITIS SYLVESTRIS, Winterrollen: Eſt planta ſimilis *Lupulo*, racemos & baccas ferens, longè minoris quàm ſunt Vitis ſativæ (ceu *Huetius* refert adhuc hodie in valle Sorce uvas colligi viginti quinque pondo eoque etiam amplius) è quibus *vinum* exprimitur, quod *ſaporis* eſt acidiuſculi, hinc ob auſteritatem ſitim ſedat, appetitum excitat, refrigerat, & adſtringit validè. Acidum tale autem juxta *Ettmüllerum* ortum habet ex ſale aëreo univerſali radices vitium imprægnante ceu quod cum pluviâ terræ commixtum etiam conſtituat ſal terræ centrale, quod juxta *Hauptmann. de Vitis Cultur. Error.* magneticum eſt, & ſal aëris copioſè allicit. *Uſu* Succi hujus ut Agreſtæ, præcipuus eſt in vomitu, picâ, exputione ſanguinis aliisq; hæmorrhagiis ſiſtendis. *Folia* blando ſucco acido turgent, unde intus fibras ſtomachi roborant, appetitumque, præſertim Capreoli Vitium, excitant, extus autem leniunt capitis dolorem & æſtum, conciliant ſomnum in lotionibus pedum, ut & ipſi capiti adhibita: *Succus* ex amputatis palmitibus extillans (*aqua vitis & lacryma* dicta) juxta *Ettmüllerum* multum habet in receſſu, eſt enim velut primum ens Vitis, ex quo tot producta Democritica fiunt. Expertus is eſt ejus inſignem vim in febribus malignis puerperarum, unde laudat in febribus ardentibus & maſſâ ſanguineâ in debitâ *crasi* conſervandâ, *picâ*, &c. Vim etiam habere creditur atterendi & expellendi calculum, oculis verò inſtillata caligini eorum medetur, ac rubedini ob blandiſſimum & volatile acidum. Impetigines ſanat, ſi locus affectus nitro antea fricatus eo lavetur; De *omphacio, aceto,* Tartaro vini & paſſis racemisq; videatur *Sachſius in Ampelographiâ, & Select. Remed. è Trib. Regn.* Vitis ſylveſtris, ut dictum, eſt ex Fructibus bacciferis foliis deciduis non ſpinoſis capreolis ſcandentibus, ut Vitis vinifera.

Vitis

Vitis ſylveſtris, Labruſca: Labruſca, Trag. & aliis: Ad ſepes locis diverſis.

SOLDANELLA ALPINA ROTUNDIFOLIA, Meerwinden: Hæc juxta accuratam deſcriptionem *Bauhini in Matthiolum p.m.* 370. ex radice craſſiuſcula oblonga, à qua multæ fibræ candicantes ex uno velut capite dependent, folium emittit ſæpe unum aut alterum, aliquando plura rotunda, craſſa, ſupernè viridia, infernè dilutè virentia, ſapore ſubadſtringente & amaro nonnihil & ingrato: cauliculo dodrantali lævi nudo, gracili, ſubrubro à radice prodeunte. flores inſident bini, terni, coloris cœrulei in multas lacinias ſciſſi. quibus ſingulis ſuccedit capitulum oblongum, durum, membraneum, in filamentum finiens, quod ſemen parvum durum continet: Quoad *Vires* purgat, & *guſtum* habet ſubſalſum, amaricantem: hinc utilis eſt in hydrope, leucophlegmatia.

Soldanella alpina rotundifolia. In Fracto ſub nivibus.

CLEMATIS SYLVESTRIS LATIFOLIA, Waldräben / & DAPHNOIDES, Ingrün: Id eſt Sarmentaria, ſic dicta, quòd κλήματα ſeu flagella vitigineis flagellis ſimilia emittat, ac ut vitis arbores ſcandat. Prima ejus ſpecies ſeu ſylv. latifol. German. dicitur Linnen / fortè quod ex ejus ſarmentis ceu lina vincula fieri poſſunt. *Saporem* habet acrem, cauſticum, cujus ratione cortices ejus cuti impoſiti veſicas excitant, & exinde etiam inſervit ejus *decoctum* ad tineam. Huc ſpectat Flammula. Secunda ſpecies eſt Clematis daphnoides, quæ folia habet lauri ſimilia perpetuò virentia buxi inſtar craſſa, majora, oblonga, acuminata, florem campanulæ modo effictum, cœruleum. *ſaporem* habet amariſſimum, ſalivæ multum prolicientem, aliquo modo ſtypticum, quare & fauces exaſperat, hinc calefacit, modicè ſiccat & adſtringit, *vulneraria inſignis* eſt, & exeſorum conſolidativa. Decoctum ejus pro Gargariſmate contra tumorem uvulæ & tonſillarum valet. *Uſus* & ejus præcipuus in vulneribus, in ſputo & mictu cruento internè, in Dyſenteriâ, Hæmorrhoidibus, adhibetur ad *morbos profligandos*, qui per veneficia & incantamenta inducti fuere, ſi ſcil. *lotiones* inde parentur. Virtus ejus magnetica juxta *Hoffmannum* & quendam Miſniæ Medicum elucet exinde quo mammis appoſita lactis copioſum proventum inferat, dorſo autem ejus imminutionem.

Clematis ſyl. latifolia: Vitis ſyl. Trag. Vitis nigra, Fuch. nigra 2. Tab. Vitalba, Dod. Clematis 3. Matth. Viorna, Lob. Eſt ex herbis flore perfecto ſimplici polyſpermis flore tetrapetalo cruciato. Hinc inde ad ſepes arbores ſcandens. Junio floret.

Clematis daphnoides minor: Pervinca, Trag. Clematis, Matth. da-

 phnoides,

Digitized by Google

phnoides, Fuch. Dod. Lob. Tab. Ad ſepes per terram repens, & Vere florens. Eſt herba flore pentapetalo vaſculo ſeminali ſimplici ſiliquâ geminatâ non lanigera, cujus folia & caulis ſummitates diſruptæ ſuccum lacteum fundunt.

Clematis alpina Geranifolia. In altioribus Rhætiæ & Auſtriæ, item & Baldi rupibus.

PERICLIMENUM, *Germanicum non perfoliatum*, Zillenſurck / Waldwinden / Geiß-lat: Sic dicitur quaſi κυλιόμενον, quàm adminiculis ſe convolvat & ſcandat in altum juxta lineæ directionis leges, quâ naturali quaſi motûs inſtinctu in cœlum fertur, ab aëre preſſione tali procedente, quæ quia facilius verſus locum calidiorem, ut minus reſiſtentem peragitur, facilè patet, qualiter frutices & arbores Boream ſpectantes ad auſtrinam planam ſe dirigant, prout ſe non ſemel hujus appetitûs vehementiam miratum fuiſſe refert *Kircher. in Mund. ſubt. p. 13.* Id deſcribitur, quòd ſit frutex ſimplex, habens ex intervallis foliola caulem amplectentia, ſubcandida, hederacea, & inter folia germina naſcentia, ſuper quæ fructus hederæ ſimilis eleganter rubens. *Florem* candidum fabæ ſimilem, ſubrotundum & quaſi in folium procumbentem, ſemen durum, quod difficulter avellitur, habet. *Sapor* ei eſt ſubacris. calidus & ſiccus, qui ſalivam prolicit. *Flores* in ſummitate plures tubam bellicam directam referentes, odorem habent ſuavem, aromaticum, hinc ſalis volatilis copioſi indicia præbet, diureticum eſt, & pituitam præparans, cujus ratione valet in aſthmate, tuſſi, externè extergit ulcera ſordida, ſanat impetigines, aliasque cutis maculas abſtergit; hinc *Welſchius* refert *Mictom.* §. *LXXXI.* in Cancro exulcerato laborantibus folia periclymeni contuſa plurimùm profeciſſe. Succus è foliis expreſſus, in vulneribus capitis & cranii curandis ſummo cum ſucceſſu uſurpatur. Aqua è floribus prodeſt palpitationi cordis, nervoſo generi & Aſthmati & Oleum ex infuſione florum eſt Olei Jaſmini ſuccedaneum, teſte *Pauli Quadrip. p. 40. Rondeletius* utiliter *Aq. periclymeni ad ℥ iij. cum ſem. lavend. ℈ ij.* ad partum facilitandum ordinavit. Eſtque

Periclymenum Germanicum non perfoliatum: Periclymenum, Trag. Fuch. Tab. non perfoliatum Septentrionalium, Lob. Caprifolium Germanicum, Dod. pempt. 411. In ſylvarum ſepibus.

ASCLEPIAS, Schwalbenwurtz: *Ammanno* eſt Apocynum, quod conſtat ſiliquis oblongis, in quibus ſunt ſemina compreſſa, ſubrufa, intermixta cuidam materiæ pappoſæ vel lanugini ſericeæ, quælibet pars plantæ rupta lacteum effundit ſuccum; dicitur & *Vincetoxicum*, ob vim ejus contra venena alexipharmacam, *folia* lauro ſimilia habet, *bina* à ſe invicem diſpoſita;

ſita; in apicem exeuntia; *Saporem* habet ſubdulcem, aromaticum & ſubacrem, ferè ad inſtar caryophyllatæ, hinc ſubtilitate ſuâ & penetrandi vi (de quo vid. *Elſner. in Dec I. Ephem. Ann. I. Obſ. 57.*) humores coagulatos reſolvit, attenuat, calefacit; *Alexipharmaca* eſt & ſudorifera, in Lue Venerea ſingulariter commendata. Hinc ex ejus radice & *petaſit. angel. cum ſalv. rut. flor. ſambuc. in aceto infusâ*, fit Acetum contra morbos malignos. *Uſus præcipuus* in peſte & aliis venenoſis affectibus, in obſtructionibus meſenterii, menſium & palpitatione cordis ac lipothymiâ & hydrope, quam teſte *Franc. Merc. van Helmont. in Paradox. p. 193.* per diureſin curat, uti anaſarcam per ſudorem, de quo vid. *Dec. II Ann. VII. Miſc. Cur. p. 106.* *Exc. D. Georg. Tob. Dürrium*, qui tali modo decoquit: ℞. *Rad Vincetox. inciſ.* ℥vj. Inf. per noct. in *Vini ferv.* ℔ij. in olla vitreata manè vaſe tecto coq. unicâ ebullitione, de colatura dentur calidè ℥iij. Sic in Tumoribus pedum poſt febres Infuſum ſequens probatiſſimum eſt: ℞. *Rad. vincetox. ebuli fragar. aa.* ℥ß. *Herb. abſynth. card. ben. cent. min. agrimon. aa. M. j. cort. tamar. aurant. aa.* ʒvj. *Gran. junip. M. j. Sal. abſynth. card. ben. cent. min. aa.* ʒj. F. Nodulus. Juxta *Rajum* & deſcriptionem Apocyni datam eſt herba flore pentapetalo vaſculo ſeminali ſimplici & ſingulari ſiliquoſo lanigero, ſuccum limpidum ſauciata emittens. Eſtque

Aſclepias albo flore: Hirundinaria, Trag. Vincetoxicum, Matth. Dod. Aſclepias, Fuch. Lob. Tab. In herbidis montoſis Mutetæ, & alibi.

POLYGONATUM, Weißwurtz: Ita dicitur, quia radix crebro geniculata eſt; Sigillum Salomonis autem quod velut veſtigia ſigilli inſtar radici ſint impreſſa. *Folia* habet inſtar *Ophridis* ſed tenuiſſima, *floſculi* ſunt albidi, è pediculo trini pendentes, & juxta folia provenientes, quos baccæ tandem ſequuntur, unde & planta nervoſa baccifera dicitur. *Saporem* habet radix particulas igneas per integrum palatum cum amaritudine ſpargentem cum acrimonia & adſtrictione, cœterum *dulciſſima* eſt ſale volatili imprægnata, hinc uſus ejus coſmeticus, & contuſionibus & livoribus poſt V. S. utiliſſimè medetur, ſi decoquatur in vino & aqua, & cum linteis imponatur; *Willius de Morb. Caſtrenſ. p. 92.* Aquam ſeq. ut gratiſſimam pro abigendis maculis ſcorbuticis expertus eſt: ℞. *Rad. ſigill. Salom. Ireos noſtr. Lapath. aa. q. ſ.* Inciſ. affund. *ſer. lact. q. ſ.* ſtent in digeſt per dies 3. poſteà deſtill. idque vice tertiâ ſuper recentibus radicibus, & tandem concilietur odor pro lubitu. Ob particularum lęvorem & penetrantiam radix hæc etiam alio modo uſurpata optimè reſtituit diſtortos cutis tubulos & fibras, hinc & intus valet in fluore albo mulierum: Ob ſal acre ejus ℥j. *vomitum & ſeceſſum* movet fugat & ejus *decoctum* externè adhibitum lenticulas capitis, ſcabiemque infantum exiccat; imò & podagram radix contuſa mirè ſolatur. Sunt autem

autem ex antedictis, Polygonati ſpecies ut Lilia convallia ſequentia, herbæ Bacciferæ acinis ſeu baccis uni flori ſuccedentibus ſingularibus, foliis nervoſis. Eſtque

Polygonatum latifolium vulgare : Sigillum Salomonis latifolium, Trag. Polygonatum, Matth. latifolium, Fuch. Dod. Lob. Tab. In ſepibus non longè Mönchenſteinio.

Polygonatum latifolium minus flore majore odoro, quod 1. in Prodromo, Groſſe Weißwurtzel. Polygonatum 2. latifol. Tab. In ſaxoſis montis Muteræ & Crentzaci. Majo.

Polygonatum anguſtifolium non ramoſum : Sigillum Salomonis anguſtifolium, Trag. Polygonatum anguſtifolium, Fuch. 1. Tab. Polygonum alterum, Dod. Polyg. minus foliis rubiæ, Lob. in monte Waſſerfall.

Polygonatum latifolium perfoliatum Braſilianum 2. in Prodr. Junio menſe in humidis montis Gotthardi rupibus.

L'ILIUM CONVALLIUM, Meyenblümlein: Ita dicitur à loco natali, quia in *convallibus* vere prodit; Eſtque ut modò dictum planta nervoſa baccifera : *Florem* habet odoris ſuaviſſimi & fragrantiſſimi, ſubfrigidi, qui conſiſtit in ſubſtantia ſalina admodùm volatili ſternutationem facilè movente, dum ex motu particularum

- - - *tenuem exhalat nebulam fumoſq́, volantes*

quæ membranam tubulatam narium ſuaviter feriunt. Eſt autem *ſaporis aquei*, amaricantis cum *aliquâ fracedine*, cujus reſpectu etiam facillimè putreſcit, quare & Odor gratus magis in ſuperficie ſaltem hærere videtur, qui eos cephalicos reddit, cerebrum & ſpiritus animales confortantes, nervos corroborantes, unde morbis cerebri frigidis ſubveniunt in Apoplexia ſcil. Epilepſia, Vertigine, &c. Spiritus ex iis rore adhuc madidis & Spir. vini immerſis per cohobationem crebram paratur. Vid. Spiritus antapoplecticus *Rev. P. Emerici à Stahl Philoſophi adepti in Select. Remedior. è triplici Regn. p.* 82. deſcriptus. Idem conſtituit Aquam cephalicam *Dan. Ludov. Pharm mod ſec. applic. pag. m. 609. ſeq.* ℞. *Aq. lilior. convall. ſpir.* ℔j. *Spir ſpicæ* ℥iij. *vel iiij.* miſc. Eſtque hæc fragrantiſſima & multis aliis judicio ipſius præferenda, eiq; permiſceri poteſt *Spir. C. C. ſpir.* ✱ *urinoſ. Eſſent. caſtor. Tinct. caſtor. cum ſpir.* ✱. *parat. Cnöphelius in Faſcic. Med. p. m. 36.* macerat flores hoſce in phlegmate Vitrioli, ut magis antepilepticus Spiritus obtineatur. Species ſunt

Lilium convallium majus : Lilium convallium, Trag. Matth. Dod. Lob. Ephemerum non lethale. Fuch. In monte Muteto & Mönchenſtein.

Lilium convallium minus : Cotyledon ſyl. Trag. Gramen Parnaſſi, Matth. Tab. Monophyllon, Lob. Lilium convallium floſculis ſtellatis in

ſpicam

Digitized by Google

ſpicam digeſtis, glabro folio nervoſo utplurimùm ſimplici rarius duplici. In monte Crentzacenſi.

Lilium convallium alpinum. Copioſè in vallibus montis Hutliaci circa Tigurum inter Calceolos Mariæ.

HEDERA Arborea, Epheu/ & Terrestris, Gundelräben: Hedera Græcis κισσὸς, multas in ſpecie ſortitur differentias, inter quas num referenda ſit Hedera terreſtris herba humi reptans, foliis ſubrotundis, flagellis reptatricibus, florum labio ſuperiore galeato bifido quamvis & reflexo à reliquis Verticillatarum generibus dubitatur. *Odorem* habet terreum, gravem, *ſaporem* ſubamarum, acrem, multum ſalivæ provocantem, & linguam detergentem, hinc ſale alcalino, aromatico, acido coagulanti & putredinoſo potenter reſiſtit, calefacit & ſiccat, glutinat, *vulneraria* eſt, aperit, abſtergit & conſolidat, & in conſolidatione impedit, quò minus fœda cicatrix relinquatur, v.g. in ſeq. Linim. ℞. *Succ. heder. terr.* ℥ß. *Ol. roſar.* ℥iv. *Ceruſſ.* ℥j. *Cret.* ℥j. *Ceræ* ℥ij. miſc. Intus in obſtructionibus prodeſt & interna viſcerum vulnera & ulcera, præcipuè renum, abſtergit & conſolidat, ſanguinemque grumoſum reſolvit, & peculiariter fiſſuris mammarum, ſi folium ejus apponatur, medetur, teſte *Welſch. in Miſcom.* p 54. *Poterius* refert ſuccum ejus certò narium fœtorem tollere Aſthmati medetur & phthiſi præcipuè ſcorbuticæ, in qua ejus vim præmiſſo vomitorio, mirificè in ancillâ expertus eſt *Ettmüllerus*, decocto autem ejus addi poteſt ſub finem aqua naſturtii. In Calculo mirè prodeſt, ſi acetarii loco comedatur, abſterſivâ enim vi & ſubamaricante egregiè calculum adoritur, ejusq; exitum ex neceſſitate materiæ facilitat; Succus ejus naribus attractus Cephalalgiam quoq; inveteratam penitùs auffert. *Curioſiſſ. Welſch.* ſtrumulas in eo obſervavit cum *Thurneiſero* & *Paracelſo*, quæ vanè peſtis nunciæ, ut Garrulus Bohemicus avis, habentur. Extus etiam in butyro decocta, additis floribus ſulphuris expertum Linimentum exhibet pro ſcabie. Extat & in *Pharmacop. Auguſt. noviſſ. edit.* Conſerva hederæ terreſtris compoſita *Rauvvolfii* additis nimir. *fol. rut. raphan. rad. angel. leviſt.* cujus uſus ad eliciendum ſudorem in peſte.

Arborea verò nulli eſt nota *ſaporem* habet amarum, terreum, ingratum, gummoſum, fauces adſtringit, hinc calefacit, ſiccat, vulneraria eſt, & ſanguini vigorem balſamicum inſpirat, cujus ratione non mirum, quod referat *Ettmüllerus* ipſius *baccarum ſiccatarum* ʒj. in peſte Lipſienſi cum aceto deſtillato aſſumptam certò profuiſſe, & *Welſch. in Miſcomim. III.* §. 43. quod arcanum ſit ad magnos Lienes, & §. *LXXIV.* ad gibberem infantum, ſi juxta faſciationes decentes, potui quotidiano hedera arborea imponatur: Pariter *Boyle de Util. Philoſ. Experim. Exerc. V.* §. 17. *p. m.* 224. refert has baccas ſiccatas pleniſſimè maturas ad inſtar ſtercoris equini optimè

Digitized by Google

per ſudorem operari & in peſte in Hybernia quamplurimos ſanaſſe. *Excell. D. D. Hünervvolfius Ann. X. Dec. II. Miſc. Cur. p. m. 99* refert multos ex plebe à Dyſenteria liberatos fuiſſe hederæ arboreæ raſurâ tenui & fl. millefolii tenuiſſimè inciſis cum oleo olivarum exhibitis, ſiccat enim & detergit hedera, oleum anodynum eſt, & millefolium alvum firmat. Uſurpatur ut plurimum externè in *fonticulis* ab inflammatione tuendis, ac humoribus exiccandis & ſanandis, in dolore aurium ſedando; *gummi* hederæ arboreæ *pſilotrum* eſt inſigne & pediculos cum lentibus interimit. Hederæ ſpecies juxta Bauhinum ſunt

Hedera arborea: & Matth. Hedera, Trag. Dod. nigra, Fuch. corymboſa, Lob. Tab. Ad muros & arbores, foliis mirè ludens.

Hedera major ſterilis: Hedera helix, Matth. Fuch. Dod. Tab. ſive provoluta ſterilis hedera, Lob. Paſſim in ſylvis.

Hederæ duæ priores ſpecies ſunt ex Fructibus bacciferis perpetuâ fronte virentibus, uti Viſcum baccis albis & Vitis idæa ſempervirens fructu rubro.

Hedera terreſtris vulgaris: Chamæciſſos, Trag. Fuch. Hedera terreſtris, Matth. Dod. Tab. Humilis hedera, corona terræ, Lob. Optimè calamintha humilior folio rotundiori juxta Tournefortiū. Ad hortorū ſepes.

Hedera terreſtris montana: & Cam. in Matthiolo. In montoſis Mutetæ.

Hederæ duæ poſteriores ſpecies ſunt Verticillatæ herbaceæ caulibus non perennantibus floribus à foliorum alis ad cauliūm nodos exeuntibus verticillis denſius diſpoſitis, ut Sideritidis & Calaminthæ ſpecies.

CYMBALARIA, à cymbalo nomen traxit, foliis eſt hederaceis, anguloſis, ſucculentis, teneris, floribus elatines. Vis ejus nitroſa eſt ut in Sempervivis & Cotyledonibus. Succus hinc ejus extus & intus ad ſcabiem, impetigines feras pro ſecreto eſt. *Welſch. Mictom. III. §. LIV.* Matthiolus quosdam illam uſurpare refert in acetariis ad album fluorem. Valet & egregiè ad Inflammationem Uteri extus in ſacculo applicata; v. g. ℞. *Fol. cymbalar. hyoſcyam. aa. M. j. Herb. ſerpill. M. j. ß. fl. roſar. ſambuc. aa. P. ij.* Incoquantur lacti & applicetur. Hanc heic Baſileæ in muris inferioribus urbis copiosè creſcentem quoque obſervavit Rajus; copiosè & in Italia creſcit.

BALSAMINA, Balſamkraut: *Lutea, folia* habet inſtar chelidoniæ minoris, *Ammanno* eſt perſicaria foliis mercurialis & ſiliquoſa multicapſularis, nimirum juxta *Rajum Meth. Plant. p.* 114. eſt herba flore monopetalo difformi calcari donata ſiliquoſa ſiliquis brevioribus & craſſioribus, aſperis, quadripartitis aut quinquepartitis, foliis perſicæ, floribus purpuraſcentibus. Balſa-

Balſamina lutea: Mercurialis ſyl.altera, Trag. Impatiens herba.Dod. Perſicaria ſiliquoſa, Lob. Noli me tangere, Tab. Locis humidis uliginoſis in nemore Wilenſi.

Flores habet velut Naſturtium Indicum, ubi ejus uterus ſemen concludens ex quinque fibrillis artificioſè ſibi junctis coagmentatur, quarum vel unica in alterâ extremitate ſi abrumpatur, dicto citius omnes ſimul in ſpiram contorquentur, ut è ſuis capſulis ſemina ad tactum proſiliant. Ejaculatur equidem & Balſamina mas ſeu Momordica ſuum ſemen,ſed magis impatiens eſt hæc herba, cæteroquin flore corniculato ſatis conveniunt, fructu tamen & ſeminis figurâ diſcrepant. Quoad *Vires* Mas refrigerat parumque ſiccat, vulneraria etiam, præſertim dolores hæmorrhoidum ſanat, *extrinſecus* ſauciatis confert nervis,herniæ,ambuſtis; Balſamina autem hæc lutea ſeu Perſicaria ſiliquoſa cuti impoſita eam φοινίσσει, quia ſale acri nonnihil cauſtico pollet, unde & potenter diureticam eſſe obſervavit Geſnerus, ſic etiam ut diabetem inducat, Vratislaviæ obhinc in calculo Renum multùm laudatur. Julio floret.

GRAMEN PARNASSI, Parnaſſus-Graß: Hanc Plantam folio hederaceo, flore candido nudo elegantem ad Pyrolas referri poſſe *Ammannus* innuit, eſt enim Pentapetala vaſculo conico modo in quatuor folia carinata dehiſcente, in quo & totidem loculamenta totidem quoque columellis diſtincta, referta ſeminibus flaveſcentibus ſcobis inſtar. *Vires* ejus ſunt traumaticæ ob alcali opioſum & ſuccum glutinoſum (unde & *Geſneri* pinguiculæ æquiparatur) quo furioſiorem ſpirituum motum ſiſtit, ut pure loco alimenti decenter concocto, ſedatis doloribus, conſolidatio felicius procedat, prout ille Chirurgus apud *Homerum Iliad.* Δ. 190. benè ad hoc, præter abſterſionem requiſitam, attendit:

Ἕλκος δ' ἰητὴρ ἐπιμάσσεται, ἠδ' ἐπιθήσει
Φάρμαχ', ἅ κεν παύσῃσι μελαινάων ὀδυνάων.

Vulnus autem Medicus abſtergens curabit, & adhibebit
Medicamenta, quæ liberabunt atris doloribus.

Gramen Parnaſſi albo ſimplici flore: Gramen Parnaſſi. Dod. hederaceo folio, Lob. Gramen hederaceum, flos hepaticus, Tab. Knauth illud deſcribit, quod ſit herba flore pentapetalo foliis in caulibus nullo aut alterno ordine poſitis, vaſculo ſeminali ſimplici triquetro, pentapetalo uniformi ſpecioſo in uno caule unico albo, vaſculo conoide, foliis parvis hederæ. In pratis Michelfeldæ & circa Bettingam. Autumno florens.

CYCLAMEN, Schweinbrot: Foliis eſt hederæ purpureis variis ſupra infraque albicantibus maculis, nec tamen ob hæcce folia eſt Convol-

vulus, ſed ita Cyclamen dicitur, quod radix quaſi cyclum repræſentet, & folia circulariter è terrâ prodeant. Rajo eſt pentapetalos florum petalis reflexis ad ungues junctis radice orbiculatâ, quæ ſale ſcatet copioſiſſimo volatili potenter penetrante, incidente, abſtergente, unde *errhina* eſt, & præcipuè in *obſtructu menſibus*, in pellendo fœtu mortuo, in ictero, calculo expellendo, *ſtrumis* ac *tuberculis diſcutiendu* uſurpatur. *Internè* obinde cautè adhiberi debet, potius extrinſecus adhibere convenit. Eſtque vel

Cyclamen foliis Violariæ radice cordis effigie: unde, ut dictum, ob rotunditatem & foliorum & radicis nomen.

Cyclamen verum album. Inter Sax & Abbatiſcellam.

SAXIFRAGA, Weiſſer Steinbrech: Foliis eſt hederæ terreſtris minoribus tamen, circumſerratis, humi accubantibus; caule tenui piloſo, floribus candidis, radice multifidâ, cui adhærent grana amara, quæ *Vi* pollent nephriticâ non ſecus ac ipſa planta decocta; Eſtque

Saxifraga rotundifolia alba: Saxifraga alba, Trag. Fuch. Dod. Tab. Saxifraga 4. Matth. Saxifr. chelidonides, Lob. Eſt ex herbis flore pentapetalo vaſculo ſeminali bicapſulari, bicorni, ut Sedum tridactylides murorum. In arenoſis retro Novam domum.

Saxifraga rotundifolia aurea: Saxifraga aurea, Dod. Lichenis facie & natalitiis, Lob. Chryſoſplenium, Tab. Eſt herba flore imperfecto, quæ fructum profert flori cohærentem, flore baſi ſeminis innaſcente ſeminibus pluribus minutiſſimis in vaſculo ſeminali bicorni. In dumetis humidis non longè à Domo nova.

CHELIDONIA Minor, Sternblümlein; à χελιδὼν, Hirundo, ſub quorum adventu floret & diſceſſu marceſcit. Habet radices plures teſtibus ſimiles, unde & teſticulus ſacerdotis dicitur, item *Hæmorrhoidum herba*, quarum ſignaturam refert, illiſque conducit. Folia ejus mirificè ſplendent & aliquando maculâ purpureâ notantur, *Flore* eſt luteo ſimplici, unde non immeritò Fabio Columnæ eſt Ranunculus radice grumoſâ, folio lato rotundo, ſpicâ orbiculari. *Saporem* habet oleoſum, cum ingratâ & inſipidâ dulcedine junctum, *radix* ejuſdem ſaporis eſt, plus tamen ſalivæ prolicit, nec ita pinguis eſt ut herba. Juxta *Ettmüllerum* eſt vel Inſipida vel ſapore acri prædita, hinc egregium eſt antiſcorbuticum & ingrediens ſpirituum antiſcorbuticorum: Quare & duplicem ſignaturam gerere dicitur, ſcorbuti ſcil. ob maculas purpureas in foliis & ficorum ani tumentium in radicum tuberibus, nimirum *extrinſecus* ſuccus talis ficos ani *curat* & putredini dentium reſiſtit, & *radix* cum *urinâ* ægroti mixta & *ano* applicata hæmorrhoides curat.

Chelidonia

Chelidonia rotundifolia minor: Chelidonium minus, Trag. Matth. Fuch. Dod. Lob. Tab. Ficaria. Ranunculus latifolius, Lugd. 1036. Malacociſſus minor, Euch. Eſtque, ut dictum, herba flore perfecto ſimplici poſperma flore pentapetalo, ut *Pulſatillæ, Ranunculi*, &c. Paſſim in humidis uliginoſis.

NUMMULARIA, Pfennigkraut: à foliis *Nummi* ſpeciem referentibus binatim ex adverſo ſibi invicem poſitis, ſtriatis dicta, creſcit nimirum ad latera magis quàm in altum ex certa caloris preſſione & diverſione lineæ directionis ad latus, ferè non ſecus ac ab undiquaque æquali preſſione aëris ſemen in centro terræ germinans, non niſi in formam radioſæ ſtellæ effloreſceret. Vid. *Kirch. Mund. ſubterr. p. 19. Saporem* habet ſubdulcem ad auſterum vergentem, guſtatu odorem fracidum ſulphureum ſpirat: Hinc ſubadſtringit, & ob alcalinam vim vulneraria eſt, cujus ratione etiam *Centummorbia* dicitur, à mirificâ ſcil. vi in vulneribus medendis: ſic namque *Waldſchmidius in Prax p. m 53* inter arcana antiphthiſica habet Succum ejus cum ſucco bellidis pratenſis mixtum, & per cochlearia in juſculo avenaceo cum tantillo mellis indies aliquoties exhibitum. Commendatur in ſcorbuto, venis ruptis, hæmoptyſi.

Nummularia major lutea: Nummularia, Trag. Matth. Fuch. Dod. & Lob. Hirundinaria minor, Tab. Eſt herba flore pentapetalo vaſculo ſeminali ſimplici polyſperma, ut *Anagallides*, &c. *Tournefortius Elem. Botan. p. 118.* inde vocat Lyſimachiam humifuſam folio rotundiore, prout & Anagallis lutea nemorum C. B. ipſi eſt Lyſimachia humi fuſa folio ſubrotundo acuminato. In ſylva Wilenſi & Mönchenſteinenſi.

---

* MALVA, Pappelen: à Græco μαλάσσειν, quod propter naturalem lentorem ſuum ventrem emolliat dicta; planta eſt pentapetala producens poſt florem evanidum multa ſemina ſemicircularia ſeu glabra ſeu aſpera ingentia, ſtylum nutritivum fungoſum, quæ adhuc viridia arctè ſibi adhærent & placentam caſeolumque rotundum referunt. Ejus *radix* eſt ſaporis ſubdulcis, farinacei, glutinoſi; *folia* eundem habent ſaporem, ſed herbaceum, ſalivam prolicientem; hinc *radix* temperata eſt, humectat, emollit, urinæ acrimoniam mitigat, Veteribusque obhinc Malvæ ad eſum expetita, id quod & hodie adhuc in Italia quandoque fit. Medicinalis autem ejus *uſus internus* eſt, in affectibus pulmonum, veſicæ, inteſtinorum, uteri, renum & partium vicinarum, ſi pulvis radicis vel potius rad. althææ ad ʒj. indies in lacte ſumatur, qualiter Gonorrhæa ſanatur. *Externus* verò in clyſteribus pro emollienda & laxandâ alvi, tumoribus emolliendis & maturandis, doloribus ſedandis, furfuribus capitis tollendis; ſic in diſpoſitis &

Z 3 ferè

Digitized by Google

ferè collapſis in Elephantiaſin prodeſt Balneum: ℞. *Malv. Violar. borrag. ſummit. lapath. acut. aa. M.iiij. Alum.* ℔.v. *Bliti & hederæ, aa. M.ij.* F. Decoct. pro Balneo, quo omni mane æger inſideat. *Folia* verò intentioni eidem proſunt, quæ calore miti temperata ſunt, inprimis ſi coquuntur *viridia inſtar Spinachiæ* & tenuiſſimè concidantur pro *infantum alvi adſtrictione & doloribus* ubivis emulcendis, unde & Malva in lacte caprino cocta, & umbilico admota Colicam curat. Ludit autem præcipuè Malva crenis aut laciniis foliorum, unde eſt vel

Malva ſylveſtris folio rotundo: Malva, Matth. vulgatiſſima, Trag. Malva ſylv. pumila, Fuch. Dod. ſylv. repens pumila, Lob. ſylv. minor, Tab. In ruderibus.

Malva ſyl. folio ſinnato: Malva vulgaris altera, Trag. procerior, Lob. Malva ſyl. elatior, Fuch. ſyl. procerior, Dod. major, Tab. Utraque ad ſepes hortorum. Junio florens.

ALCEA, Sigmundskraut: Aſſimilis Altheæ *planta* eſt, ita dicta ab ἀλκὴ, auxilio vel remedio, quòd radix ejus dyſentericis & ruptis proſit, ſiccat autem moderatè & tumores in *emplaſtro* adhibita reſolvit & emollit, unde *Ammanno* à fine ultimo Malva dici poteſt, quia ſimiliter eſt planta pentapetala ſeminibus multis circulariter ſeu rotatim cingentibus ſtilum in medio nutritivum. Ubi ergò plantæ in hiſce conveniunt, non parum arguitur Spiritum & ſuccum intus quoque invicem convenire ceu à quo Vires emanant, egregiè enim Philoſophus ille Adeptus *Faber Myrothec. ſpagyr. L. II c. 1. p. 537.* In omnibus herbis, plantis & arboribus & quæ ex familiâ Vegetantium ortum habent, latitat ſubſtantia quædam ætherea, ſubtiliſſimæ ſubſtantiæ, vitæ fomes & fulcrum, caloris naturalis pabulum, virtutum omnium ſtabilimentum, quâ ſubſtantiâ turgente vegetant arbores, pullulant, germinant, florent & fructum pariunt, ea verò decreſcente, ſterileſcunt, areſcunt & moriuntur. Species ſunt

Alcea vulgaris major: Alcea, Trag. Matth. Fuch. Tab. vulgaris, Dod. Lob. Viâ, quâ Rieham itur.

Alcea vulgaris minor foliis in longas lacinias diviſis: Dens leonis, & Malva querna, Lonicero. Ad agros infra Huningam.

GERANIUM, Storckenſchnabel und Gottesgnad: à gruini capitis imagine in ſummo ejus cacumine viſendâ nomen habet, planta eſt pentapetala, cui in ſingulis floribus ſuccedunt quinque capſulæ ſingulares membranaceæ, in quarum ſingulis ſingula continentur ſemina. *Folia* ſaporem habent gravem, herbaceum, ſubadſtringentem, terreum, hinc ſiccant & extergent, ſanguinem coagulatum in corpore reſolvunt, vulnera mundificant,

cant; adhibentur ad fiſſuras mammarum (ſi goſſipium ſucco imbutum apponatur, vel etiam pileoli ex cera geraniata efformentur, teſte *Welſchio in Miſtom. pag.* 34.) item pudendorum ulcera extergenda & lactis diſcuſſionem, imò cum ſale & aceto plantis pedum applicata in tumore eorum aquoſo & hydropico certò conducit, uti Lörachi in Marchionatu Vetula experta eſt. *Hildanus* Aquam ſpecificè contra Cancrum laudat, vid. *Cent. I. Lib. I. Obſ.* 1. *p.* 3. nos Balſamum ad ani fiſtulas aliarumque partium ex eo cum aliis parandum deſcripſimus in *Select. Remed. è tripl. Regn. pag.* 107. Sic in Elephantiaſi ordinavit quondam *Rondeletius* ſequens Caputpurgium: ℞. *Succ. herb. Robert. plantag. aa.* ℥ij. *ſucc. cynogloſſ. & anagallid. aa.* ℥jß. *ſem. hord. perfectè cocti* ℥vj. *ſacch. rubr. & mell. roſac. aa.* ℥ij. Bulliant lento igne. Herba ſervatur *ſicca* pro amuletis & ad nubeculas oculorum delendas. Juxta datam deſcriptionem Geranii ſpecies ſunt herbæ flore pentapetalo vaſculo ſeminali pentacocco roſtrato. Suntque

Geranium batrachiodes, ſive Gratia Dei Germanorum: Geranium 4. Trag. Matth. 5. Fuch. Batrachiodes, Dod. Geranium ſanguinarium, Tab. In montoſis.

Geranium batrachiodes, collum gruis Germanorum: Geranium 4. Fuch. Gruinalis, Dod. In pratis ſiccis & collibus.

Geranium folio malvæ rotundo, Storckenſchnabel mit Pappelblättern: Geranium 2. Trag. Matth. Fuch. Geranium columbinum, Tab. Pes columbinus, Dod. Lob.

Geranium folio rotundo minus profundè laciniato. Utrumque ad ſepes reperitur.

Geranium cicutæ folio majus inodorum: Storckenſchnabel mit Schirlingsblättern: Geranium, Trag. 1. Fuch. 3. Matth. ſupinum, Dod. Geranium myrrhinum, Tab. Myrrhida Plinii, roſtrum ciconiæ, Lob. Hæc ut ſequens, in agris & foſſis gramineis, ut in foſſis circa teloniū trans Rhenū, reperitur.

Geranium cicutæ folio minus & ſupinum: Geranium minus, Trag. vel arvenſe, Tab. Myrrhida Plinii & roſtrum ciconiæ inodorum vulgatum, Lob. Geranium 7. ſive Gruinum, Dod.

Geranium Cicutæ folio acu longiſſimâ. In Valeſia.

Geranium Robertianum primum, Gemein Storckenſchnabel / Ruprechtskraut: Gratia Dei, Trag. Geranium 3. Matth. Fuch. Geranium Robertianum, Dod. Lob. Tab. In uliginoſis & antiquis maceriis.

X. SANICULA, Sanickel / oder Aller Schärern Wundkraut: à ſanandis vulneribus nomen traxit, unde Galli *Qui a la Bugle & la Sanicle Fait aux Chirurgiens la nicle.* Flos ejus quinis gaudet petalis, cui ſuccedet ſeminis involucrum bifurcatum, vel juxta *Ammanni* deſcriptionem, conſtat quinis petalis

talis ſingulis deliquium in medio patientibus cum ſtaminibus muſcoſis in medio, floribus ſingulis deciduis ſuccedunt capſulæ ſingulæ ſubrotundæ cartilagineæ calycibus immerſæ, ad medium uſque, quinquepartitis foliis glabris incanis. *Saporem* habet balſamicum, amarum, glutinoſum, ſubadſtringentem; hinc *vulneraria* eſt, alcali copioſo & reſinâ diſperſâ donata, quin & partibus terreſtribus virgineis, quarum ratione adſtringit, conſolidat, vulnera ſanat, fiſtulas, rupturas, eroſiones, ſi tam internè quàm externè adhibetur; ejus *decoctum* phtiſin curat, eſtque vix Infuſum traumaticum, quòd illa non ingrediatur, vel ejus baſin conſtituat. Sit v. g. Potio vulneraria *Blancardi*, quam utiliſſimam expertus eſt *Excell. Hannemannus*, dum feces alvinæ ex abſceſſu inguinis prodirent in *Miſc. Cur Dec. II. Ann. III. pag.* 143. ℞. *Sanicul. Virg. aur. pyrol. ſalv. plant. aa. M. j.* Coq. in aq. ad ℥xx. Colat. add. *Syr. beton. ſymph. aa.* ℥ jß. *Ocul. cancr.* ʒij. miſc. Ex dicta deſcriptione non mirum quòd & à *Rajo* referatur inter Umbelliferas ſemine echinato ſeu aculeato.

Sanicula Officinarum: Sanicula, Trag. Dod. Lob. Tab. cui & Conſolida quinquefolia: Sanicula mas, Fuch Diapenſia, Matth. In monte Muteto & Crentzacenſi, aliiſque montoſis.

ALCHIMILLA, Sinnau: Ita dicitur, quòd Alchymiſtarum præconiis celebrata ſit, verùm ſtulteſcunt, qui ex Vegetabili credunt perfici poſſe minerale. Eſtque juxta *Ammannum* pentaphyllis affinis, monopetala, vel potius *Rajo* eſt herba flore imperfecto, quæ fructum profert flori contiguum flore baſi ſeminis cohærente, vaſculo à floris calice diverſo incluſo ſimplici (in nulla loculamenta diviſo) molli & membranaceo. *Saporem* habet herbaceum, modicè adſtringentem & ſiccantem; hinc *moderata eſt in caliditate & frigiditate*, vel ut *Ettmüllerus* ſe exprimit, ſale gaudet volatili temperato, eſtque è vulnerariis nobiliſſimis non poſtrema, quatenus ſali iſto alcalino temperat acidum in ventriculo, iſtum roborat, divulſas fibras conſolidat, & vulnus extergit, ſanguinem incraſſat, hinc utiliter adhibetur in potionibus & decoctis vulnerariis: Partes quoque genitales mulierum mammaſque laxatas nimio coitu conſtringit, & iis robur priſtinum conciliat, excepto vapore vel ipsâ herbâ decocta applicatâ. Species ejus ſunt

Alchimilla vulgaris: Alchimilla, Trag. Dod. Lob. Tab. Pes leonis, Fuch. Stellaria, Matth. In umbroſis & humidis potiſſimùm pratis. Julio.

Alchimilla alpina quinquefolia. In monte S. Bernhardi majore & Gotthardi locis humidioribus.

EUPATORIUM, Königundsfraut und Agrimonien:

Eupatorium cannabinum ab Inventore dictum Eupator; item Herba S. Kuni-

S. Kunigundis dicta, Trag. 1. Tab. Eupatorium vulgare, Matth. Dod. adulterinum, Fuch. cannabina aquatica, Lob. Eſt herba flore diſcoide nudo papposa foliis digitatis, floribus velut in umbellam diſpoſitis. Paſſim ad rivulos & in humidis Michelfeldæ.

Cannabina aquatica folio tripartitò diviſo: Bidens foliis tripartitò diviſis, Cæſalp. & Tournefort. Verbena ſupina, Trag. Hepatorium aquatile, Dod. Eupatorium cannabinum fœmina Septentrionalium, Lob. Hæc, ut & ſequens, in humidis Michelfeldæ.

Cannabina aquatica folio non diviſo: Bidens folio non diſſecto, Cæſalp. & Tournefort. Eupatorium cannabinum chryſanthemum, Tab.

Hæ duæ Cannabinæ aquaticæ ſpecies ſunt flore compoſito non ſtellatæ floribus ſingularibus caulem finientibus, vel juxta *Ammannum* ſunt corymbiferæ & in ſpecie Chryſanthema Cannabina, ob ſemen ſolidum, unde malè pro Conyza vel Eupatorio vel Cannabina habentur.

Cannabinæ aquaticæ ſimilis capitulis nutantibus. In humidis Michelfeldenſium.

Eupatorium Veterum ſive Agrimonia: Eupatorium, Matth. Fuch. Tab. vulgare, Trag. Eupatorium Dioſc. & Græcorum, Lob. Agrimonia, Dod. In herboſis ad ſepes: aliquando in ſylvis. Eſtq; hæc herba flore pentapetalo vaſculo ſeminali ſimplici ſingulari in ſuperna parte echinato, duo utplurimùm aliquando tria aut quatuor ſemina incluſa habente.

Ex his ſpeciebus Eupatorium cannabinum dicitur, quòd *folia* habeat *cannabina*, & quod hepati medeatur, *hepatica*. *Saporis* eſt amariuſculi, attenuantis, aperientis, ſubadſtringentis, unde hepatica eſt & vulneraria; Uſus præcipuus eſt in cachexiâ, hydrope (ceu in quo decoctum ejus alvum & urinam ciet) ictero, catarrhis & tuſſi, menſibus retentis, verùm quia *Geſneri* experientiâ conſtat vehementem nimis ejus eſſe operationem inſtar Hellebori, tutò id exhibendum, hoc eſt, non niſi in parva doſi corrigentibus mixtum. Extrà è nobiliſſimis eſt vulnerariis (vid. *Welſch. Obſ.* 42.) & menſes ciet; balneis utiliter immiſcetur.

Eupatorium veterum ſeu *Agrimonia* ſaporem inſtar anſerinæ terreum habet, adſtringentem, ſubacrem, moderatè amarum, odoremque ſpirat aromaticum; quare juxta *Floyers Equit. & Med. D. Angl. in Lap. Lyd.* ratione amaritudinis ventriculo convenit, obſtructum hepar reſerat, acidumque urinæ in hujus incontinentiâ corrigit; intuitu verò ſaporis adſtringentis vulneraria eſt mictumque involuntarium cohibet & ratione odoris aromatici refocillat; nimirum Agrimonia ob alcali copioſum, quo ſcatet acido putrefactivo potenter reſiſtit, vulnerarium eſt potentiſſimum, cujus ratione læſa vaſa lymphica in hydrope & cachexia reſtituendo multum prodeſt, quia urinas ſpecificè movet, ac etiam ulceribus renum, mictioni

cruentæ vel ſola vel cum hyperico optimè medetur. Vid. *Foreſt. L. VII. Obſerv. Chir.* 3. *Horſt. Obſerv. L. I. pag.* 2. *Excell. p. m. Præſes Joh. Mich. Febr in Ann. II. Dec. II. Miſc. Cur. p* 18. refert fluxum hepaticum ſæpius recurrentem, nullis adſtringentibus plenè ceſſaſſe, uſque dum creber pulveris agrimoniæ uſus, Decocti item & Aquæ inſtitutus fuiſſet cum Rotulis ſequent. *℞. Pulv. agrimon. per ſetac. traject.* ℥iij. *Rhab. opt. Hep. Lupi ppt. aa.* ℥j. *Caſſ. lign. ver.* ℈ij. *Conf. alk.* ℈j. *ſacch. in aq. agrimon. ſol. q. ſ.* F. Rot. Extus laudatur in contuſionibus ſcroti inſtar Cataplaſmatis in vino decocta & applicata.

POTENTILLA, Genſerich: Ab eximiis viribus nomen obtinuit, aliàs *Argentina* ab argenteo ſplendore, vel *Anſerina* dicitur, quod anſeres eâ libenter veſcantur, vel iis in locis creſcat copioſius, quæ anſeres ſtercorant. *Saporem* habet acerbum, terreum, & inde etiam adſtringentem, refrigerantem, co*n*ſtipantem, & ex alcali copioſo forti eoque nitroſo vim ſummè nephriticam (ceu inde Timæus metatheſi literarum hanc vim occultare ſtuduit) ut bis expertum ſe hoc eſſe refert *Clar. D. Crügerus Dec. II. Ann. VI. Miſc. Cur. p.* 114. ſumendæ ſc. *Anſer. M. viij. Secal. virid. rore madidi M. iiij. exprim. ſucc.* add. *Vini rubr. ana. Rajus* refert Angliæ mulieres Aquam ejus deſtillatam ad lentigines, panos & maculas fuſcumque colorem adhibere; hinc ſanguinis expuitioni medetur, diarrhæam ac reliquos alvi fluxus ac uteri compeſcit, *vulneribus* & *ictero* inſigniter prodeſt, in ſucco data *ardores febris* plantis pedum ſuppoſita *compeſcit*. Eſt autem

Potentilla: & Matth. Argemone altera, Fuch. Anſerina, Trag. Tab. Argentina, Dod. Lob. Pentaphylloides minus ſupinum ſive procumbens foliis alatis argenteis & ſerratis flore luteo, Moriſon. Paſſim in areis.

CARYOPHYLLATA, Benedictenwurtzel: Ab odore radicis ita dicta planta, *flores* habent quinque petalis conflatos cingentibus diſcum medium, quibus evaneſcentibus ſuccedunt globuli hirſuti, in quibus plurima ſemina in globum arctè coacta, relinquunt filamenta rigida, crinita aut papposa. *Saporem* habet aromaticum, acrem, ſubadſtringentem, adeoque ſale volatili grato calefacit & modicè ſiccat, ventriculum roborat, vomitum ſiſtit, ſudorem movet, alexipharmaca eſt, ſanguinem coagulatum reſolvit & ſpecialiter in affectibus catarrhalibus (*balſamico enim ſulphure & ſale* ſanguinem ſeroſiorem emendat) commendatur, lymphamq; vitioſam optimè corrigit, non ſecus ac Oleum ejus deſtillatum Vina vitiata, teſte *Paracelſo de Conſerv Rer.* Hinc & Vina medicata catarrhalia ingreditur & Podagricis imbecillitate ventriculi detentis utiliſſimè ab eodem præſcripta, v. g. *℞. Rad. caryophyll. Acor. vulg. aa.* ℥ij. *Fol. ſalv. major. chamapith. aa. M. iij.*

Fl. ca-

Fl. calend. ſ mbuc. aa. M.j. Incil. cont. inf. in 8. Menſ. Vini alb. *Dom. Auda in ſecret libell. ci·ante Exc. D. Schrökio in Dec. I. Ann. I. Miſc. Cur. p.* 119. in ſe ipſo expertus eſt radicem caryophyllatæ montanæ maj. rotundifoliæ vere collectam pro Amuleto in ſiſtendis hæmorrhoidibus valere. Juxta deſcriptionem datam patet, quòd ſit herba flore perfecto ſimplici polyſperma flore pentapetalo, ut præcedens Potentilla. Eſtque

Caryophyllata vulgaris: & Lob. Caryophyllata, Trag. Matth. Fuch. Tab. Ad ſepes.

Caryophyllata aquatica nutante flore, Benedicta ſylv. Trag. Caryophyllata ſeptentrionalium rotundifolia papposo flore, Lob. In dumetis humidis retro Cliben & ad radicem montis Waſſerfall in rivulis propè pagum Regenſchwil.

Caryophyllata alpina lutea. In monte Schelenino.

DENTARIA, Groß Berg-Sanickel: à *radicis formâ* & colore ita dicitur, quoad flores verò eſt ſiliquoſa bicapſularis tetrapetalos. *Vim* habet terream, adſtringentem, hinc datur ejus *decoctum* ruptis & exulceratis vulneratisque. Species ſunt:

Dentaria heptaphyllos & pentaphyllos: Viola dentaria 1. & 2. Dod. Alabaſtrites nemoralis alpina 1. & 2. Lob. Dentaria minor, Matth. major 2. & corallina altera, Tab. Eſtque herba flore tetrapetalo uniformi ſiliquoſa ſemine compreſſo radice tubuloſâ ſeu dentatâ; Vid. *Rajum Meth. Plant. Tab. XXIX. p.* 120. In monte Muteto & propè Richenſtein.

QUINQUEFOLIUM & TORMENTILLA, Fünffingerkraut und Tormentill: Poſterius diſtinguitur à priori foliis ſeptenis in eodem pediculo, quod tamen & pentaphyllis nonnullis commune eſt, ſed præcipuè flore tetrapetalo, quod huic proprium. Prius autem à numero foliorum nomen habet. *folia* enim quina ſingulis pediculis, rarò plura, in ambitu ſerrata, obhinc flores è candido palleſcentes auri æmulos, radice ſubrubrâ oblongâ. *Radix* ſaporem habet ſubauſterum, ſtypticum, terreum, unde inſigne vulnerarium eſt & antidyſentericum, præcipuè Tormentilla quæ in fluxibus alvinis præſentibus Variolis & Morbillis certiſſimum eſt remedium. Cum ſolo *Rhabarb. & pulv. rad. tormentill.* 5. vel ſexies ſumpto cum enematibus domeſticis, curata fuit à Dyſenteriâ Regina Poloniæ, teſte *Cnöphelio.* Sic in fluxu Lochiorum immodico: *℞. Decoct. rad. tormentill. & fl. roſar. ſicc. rubr.* ℥vj. *ſucc. plant.* ℥ij. *Syr. corall.* ℥j. miſc. Extus radix tormentillæ quoq; hæmorrhagias vulnerum ſiſtit, v.g. Pulvis ſeq. *℞. Rad. tormentill.* ℥ß. *perſicar. Croci mart. aa.* ℥ij. *Tragacanth.* ℥ß. *ſanguin. ovill. leniter aſſat.* ℥iiij. miſc. F. Pulvis inſpergendus. *Baricellus in Hort. Gen. pag. m.* 148.

refert experientiâ commendatum eſſe Decoctum radicis pentaphylli in aphthis. Notandum Pentaphyllū, Tormentillam Argentinam & Fragariam, ut genere ſic & viribus convenire, quæ cauſa eſt, quod promiſcuè de Viribus Quinquefolii & Tormentillæ diſſeramus; folia ſunt magis herbacea, ſed debilioris ſaporis, hinc *ſiccant* & *adſtringunt* atque *vulnerarium* ſunt, uſumq; habent inſignem internum & externum; *Internè* uſurpatur Quinquefolium in affectibus à catarrhis oriundis (unde & multis pro ſuccedaneo radicis Chinæ eſt) phthiſi, paralyſi, (vid. *Obſervat. Plateri*) arthritide, debilem ſtomachum confortat, omnia viſcera roborat, obſtructionibus medetur, prodeſt in calculo & eroſione renum, herniâ & febribus (in radicibus tormentillæ, biſtortæ & arborum quorundam corticibus, ait *Excell. D. Jac. Wolf. in Dec. II. Ann. VII. Miſc. Cur. pag. 362.* ob vim adſtrictoriam & amaricantem virtus eſt febrifuga certans penè cum cortice Chin. Chinæ) inprimis verò hæmorrhagiis: *Externè* adhibetur in oculis inflammatis, oris putredine, laxitate gingivarum, aphthis, ulceraque maligna abſtergit. Sunt autem Quinquefolii ſpecies ut Fragaria ſequens, herbæ flore perfecto ſimplici polyſpermæ florè pentapetalo. Creſcuntque in Helvetia noſtra

Quinquefolium majus repens: Pentaphyllum vulgare, Trag. Pentaphyllum Dioſcoridis, Tab. Quinquefolium, Matth. Lob. majus, Dod. luteum majus, Fuch. Paſſim ad ſepes.

Quinquefolium minus repens luteum: Quinquefolium minimum genus, vel 1. Trag. Primo Vere in herboſis foſſis, ut ad telonium.

Quinquefolium folio argenteo: Pentaphyllon exiguum, Trag. Pentaphyllum album, Matth. Quinquefolium luteum minus, Fuch. petræum majus, Tab.

Quinquefolium montanum erectum hirſutum luteum, quod 3. in Prodromo. In monte Crentzacenſi.

Quinquefolium album majus. In mœniis urbis Walleſtatt Helvetiorū.

Quinquefolium album minus. Circa Curiam Rhætorum in ſaxoſis.

Quinquefolio ſimilis Enneaphyllos hirſuta. In monte Lunæ.

Quinquefolio affinis TORMENTILLA: Tormentilla, Trag. Matth. Dod. Lob. Tab. cui & Conſolida rubra. Heptaphyllum, Fuch. In pratis montoſis & dumetis Michelfeldæ.

Tormentilla alpina vulgaris major.

Tormentilla alpina folio ſericeo.

Copioſè utraque in adſenſu montis Fracti.

FRAGARIA, Erdbeerkraut: Eò quòd odorem reddat ſuavem & fragrantē ſic dicitur. Quoad flores verò ad trifolia pentapetala meritò ſpectat. *Etzlerus* enim Fragariam Jovi ſubjici in piſcibus refert. *Saporem* habet terreum,

reum, adſtringentem, ſiccantem, *radix* majorum virium eſt, & excellentiorem in ſiccando *ſaporem* habet, hinc hepatica, ſtomachica, anticachectica, antictericа & diuretica eſt. Sic in ephemerâ pro Potu ordinario: ℞. *Herb. fragar. acetoſ. aa.* ℥ij. Coq. in vin. & aq. q. ſ. aa. ℔ij. ad tert. Colat. add. *Cort. citr.* ℥ß. vel ℞. *Rad. fragar. acetoſ. aa.* ℨij. *C. C. uſt.* ℥j. Coq. in 2. menſ. aq. add. *nitr.* ℨij. *ſacch. q. ſ.* Oris ulcera per gargariſmata curat, ſynoviam ſiſtit; uſus crebri in Ictero eſt; *Fraga* fructus ſuaviſſimus ſitim ſedant, ſudorem & urinas movent, os à putredine vindicant, hepar aperiunt, alvumque laxant, cujus ratione præcipuè colligit *Ettmüllerus* blandiſſimum eorum alcali volatile. Cavendum nihilominus ne nimio eorum eſu Cholera oboriatur. Extus inſignem vim ophthalmicam habent: v. g ſeq. Aqua: ℞. *Frag. rec.* ℥ix, *ſacch. cand.* ℥iiij. *Conſ. fl. cyan. ante ſol. ort. coll. cichor. juſto tempore collect. aa.* ℔j. *ſeri lact. caprill. deſtill.* ℔iij. & deſtilla per veſicam. Species ſunt

Fragaria vulgaris: Fragaria, Trag. Matth. Fuch. Dod. Lob. Fragum, & Trifolium fragiferum, Tab. In montibus.

Fragaria flore luteo. In monte Lunæ,

Fragaria ſterilis Alpina anguſtifolia. In alpibus.

TRIFOLIUM, Klee/: Nam tria folia communiter (fœmina enim quædam quando volebat trifolium quadrifolium legere potuit, notante *Exc. Claudero p. m. in Dec. II. Ann. VIII. Miſc. Cur.*) in ſingulis germinationibus habet. Species Bauhino ſunt

Trifolium paluſtre, Biberklee: & Dod. paludoſum, Lob. menianthos flos Lunæ, Tournef. Limonium pratenſe, Trag. Trifol. maj. & fibrinum, Tab. Eſtq; herba flore pentapetalo capſulâ ſeminali pentagonâ, ut Trifolium acetoſum vulgare, vel potiùs ad plantas heteroclitas referendum. *Rivinus* hinc etiam è claſſe trifoliorum ejicit, quæ flore fructuque non conveniunt, ut hoc paluſtre, acetoſum & hepaticum. Idem ſentit *Tournefortius*. In paluſtribus Michelfeldæ.

Hæ ſequentes Trifoliorum ſpecies ſunt herbæ tetrapetalæ flore papilionaceo trifoliatæ ſeu Trifolia vel leguminoſa vel ſpicata, nim. juxta *Excell. D. Rivinum* Trifolium propriè loquendo eſt herba floſculos papilionaceos ſiliculaſq; vix conſpicuas penituſq; intra perianthium abſconditas ferens.

Trifolium pratenſe purpureum, Brauner Wieſenklee: & Trag. Fuch. pratenſe, Matth. Dod. Lob. Tab. Trifolium pratenſe flore monopetalo Tournefort. Paſſim in pratis. Majo.

Trifolium pratenſe album, Weiſſer Wieſenklee: & Fuch. Dod. pratenſe alterum, Trag. Matth. Majo.

Trifolium pratenſe luteum capitulo lupuli, Gelber Wieſenklee/ Unſer

by Google

Frauen Hopffe: Melilotus 8. vel Lotus campeſtris, Trag. Trifolium agrorum, Dod. luteum minimum, Lob. Trifolium pratenſe luteum fœmin. flore pulchriore ſive lupulino. J. B. Juxta Tournefortium verò non eſt trifolium. In agris potiſſimùm. Aprili & Majo.

Trifolium pratenſe luteum capitulo breviore, Feldklee: Meliloti exiguæ ſpecies 1. Trag. Trifolium pratenſe luteum, Fuch. Trifolium arvenſe, Tab. Trifolium luteum mas flore minore ſemine multo, J. B. Variat ratione foliorum, quæ modò cordata ſunt, modò mucronata & acuta, modò obtuſa aut rotundifolia. In agris & hortis. Aprili & Majo.

Trifolium montanum purpureum, Brauner Bergklee: Trifolium majus 2. Cluſ. In monte Crentzacenſi.

Trifolium montanum ſpicâ longiſſimâ rubente, Groſſer Haſenklee: Trifolium ſpicatum ſive lagopoides purpureum ſive rubrum pinnatum ſpicâ longiſſimâ, Moriſon. Cytiſus, Trag. Lagopus altera folio pinnato, Lob. Lagopus major alter, Dod. In Crentzacho. Junio.

Trifolium arvenſe humile ſpicatum, Katzenklee: Lagopus, Trag. Matth. Fuch. Dod. Lob. Trifolium ſpicatum ſive Lagopoides purpureum arvenſe annuum ſive Lagopus minimus vulgaris, Moriſon. Lagopodium, Tab. In omnibus agris per totam æſtatem.

Trifolium capitulo ſpumoſo aſpero majus, quod 5. in Prodromo. Hoc in ſalicetis Michelfeldæ Huningam verſus, iis ſe ſuffulciens reperitur, notante & Rajo Hiſt. Plant. L. I. p. 950. qui ob floris colorem ad Trifolium lupulinum potius quàm ad folliculaceum ſeu veſicarium referendum cenſet, quamvis & illud quodammodo ſpumoſum ſit.

Trifolium capitulo ſpumoſo aſpero minus, quod 6. in Prodr. Ad Rheni ripam herbido & arenoſo loco juxta Baar.

Trifolium echinatum arvenſe fructu minore: Tribulus minor rectus, Lugd. In agris extra portam S. Johannis.

Trifolium acetoſum vulgare: acetoſum, Matth. Dod. Oxytriphyllon, Trag. Oxys, Fuch. alba, Tab. Oxys Pliniana, Lob. In humidis ſylvoſis, etiam ad annoſarum arborum radices. Primo Vere.

Trifolium hepaticum flore ſimplici. In montibus variis Helvet. Waſſerfall, ubi Rajus ſe reperiſſe refert.

Trifolium alpinum flore magno radice dulci. In Gotthardi alterâ parte verſus Italiam & monte Lunæ alpibusque Bernatum.

Trifolium alpinum ſaxatile hirſutum. In jugis Helvet. aliiſque.

Trifolium ſiliquâ cornutâ ſeu Fœnum Burgundicum, copiosè circa thermas Fabarias circa Valenz.

Inter hæc Viribus præcellunt Trifolium paluſtre & acetoſum, pratenſe & hepaticum.

Trifolium

Trifolium aquaticum ſeu *fibrinum* inſigne eſt antiſcorbuticum, ceu quòd penetrantius ſal volatile habet cochleariâ & naſturtiis. Auguſtani parant ex eo Eſſentiam, quæ in aliis etiam morbis laudatiſſimum eſt remedium. Vid. plura, quæ de ejus Uſu diximus in *Muralt. Hippocr. Helv. Titul. de Scorbuto.* Ruſticos aliquot inveteratos jam hydropicos, teſtatur *Willius de Morb. Caſtrenſ. p. 91.* reſtitui ſolo Infuſo trifolii *fibrini*, *herb. Vincetoxic. rad. Enul. raphani ruſtic. Cort. Sambuc. flor. bugloſſ. & ſem. Carv.* in ſero lactis, cujus largum hauſtum æger ter dietim aſſumpſit. Idem teſtatur ſe ab uſu aliquot aſparagorum trifolii fibrini Vomicam pulmonum ruptam vidiſſe: *Excell. D. Schultzius in Miſc. Cur. Dec. I. Ann. IV. pag. 133.* ejus vim inſignem antiarthriticam deprædicat, ſi in aquâ decoctum aſſumatur, ac etiam calidè extus applicetur.

Acetoſella ſaporem habet acidum, acutum, partium tenuium, ſitienti linguæ admodũ gratum, unde vomitum ſiſtit, obſtructiones hepatis reſerat, appetitum excitat, *maculas* atramenti in linteo factas expurgat, & menſium fluxum ſiſtit. Paratur inde Conſerva & Syrupus. Vid. *Remed Angl. p. 202.*

Trifolium pratenſe oculorum nubeculas tollit, ſiſtit album mulierum florem, & oleum ejus inſolatione paratum ſingulariter Tremoti artuum juxta Riolanum medetur.

Trifolium hepaticum ſaporem habet herbaceum, ſubfarinaceum, inſipidum, odorem ſuavem inſtar ſtoracis: hinc modicè refrigerat, ſubadſtringit, ſanguinem mundificat, hepatis & lienis obſtructiones reſerat, curat herniam. Floret in menſe Julio & in ſylvis creſcit.

MELILOTUS, Steinklee: Ab odore mellito dictus. Floret ſpicatim, ſeminaque rugoſa & dura producit, adeò ut meritò poſt trifolia locetur & dici poſſit trifolium odoratum, nam *Odorem* habet fragrantem, fortem; *ſaporem* ſubamarum, terreum, adſtringentem, ſalivam prolicientem. *Vires* habet ex ſale volatili inciſivo blandè in fibras corporis ſe inſinuante, unde dolores mitigat, diſcutit, & dum viret, vel in *Emplaſtro* (in quod tamen melius ſumeretur lotus hortenſis odoratus) aut in *decocto* adhibetur (v. g. in Pleuritide: ℞. *Melilot. Parietar. M. ij. Beton. M. j.*) duros tumores emollit, oculis rubicundis convenit & in clyſteribus prodeſt, præſertim etiam Lotus hortenſis, quæ noſtris Schabzigerkraut dicitur, quam Helvetii ſuis peculiaribus caſeis, quos Schabziger vocant, immiſcere ſolent & juſcula inde (haud adeò nociva) parare; odor autem hujus ſatis detegit ſal copioſum volatile adeſſe, cujus ratione hujus herbæ decoctum hydropi incipienti, pleuritidi (ceu in quâ ſanguis viſcoſitate coagulativâ peccat, & hinc optimè corrigitur) ſtranguriæ, menſibus obſtructis medetur, venenumque intra corpus latens diſcutit; Emplaſtrum de loto diſcutiens inſigne ex

gne ex eo ita fieri poterit : ℞. *Loti hort. ℥x. fl. camomill. ℥viij. rad. alth. ſem. fœnugr. aa. ℥vj. Tartar. crud. albi ℥iij. Caricar. ℥xx. Aq. comm. ℥xxiv.* Inf. per 24. hor. in vaſe terreo bene clauſo, dein colatum reduc. ad conſiſtentiam. ℞. *Extracti hujus ℥xij. Ceræ, ſev. cerv. aa. ℥iv. Gumm. ammoniac. depur. ℥iij. Terebinth. ʒij. Ol. laur. ʒvj. Ol. nuc. moſch. per expreſſ. ʒiij. ſem. carui, ſtill. ſpic. aa. ℥ij. flor. melilot. ſubtiliſſ. pulveriſ. Zedoar. Carduiben. irid. flor. aa. ℥j.* F. ſ. a. Emplaſtrum. Sunt autem Species Meliloti ſeu Loti herbæ tetrapetalæ flore papilionaceo trifoliatæ ſiliquis pendentibus curtis ſcabris aut rugoſis. Ut

Melilotus officinarum Germaniæ, Gelber Stein, oder Honigklee: Melilotus ſiliculus pendentibus curtis flore luteo vulgaris vel officinalis, Moriſ. Melilotus major vulgaris, Trag. Lotus urbana, Matth. ſyl. Tab. Lotus ſyl. Fuch. Trifolium odoratum, & 2. Dod. Melilotus Germanica, Lob. In ſylvoſis Michelfeldæ, & alibi. Junio, Julio.

Lotus ſive Melilotus pentaphyllos corniculata, Wilder Klee / Vogelwicken / Unſer Frauen Schühlein: Lotus herba pentaphyllos dicta πολυκέρατος lutea minor procumbens perennis foliis & ſiliquis glabris, Moriſon. Lagopus 1. Trag. Melilotus Germanica, Fuch. coronata Lob. Trifolium corniculatum 1. Dod. Trifolium ſiliquoſum minus, Tab. Paſſim ad agrorum margines. Majo.

Lotus pentaphyllos fruticoſus: Meliloti majoris 4. ſpecies, Trag. Trifol. corniculatum 3. Dod. In ſepibus. Eſt herba flore tetrapetalo papilionaceo quinquefoliata. Et quia ad horum foliorum ex caule exortum bina alia conſpiciuntur folia, fit inde ut ob eorum defectum trifolia à loto excludantur.

Lotus pentaphyllos minor hirſutus ſiliqua anguſtiſſima, Schottenklee: Circa thermas Fabarias.

Lotus pratenſis ſiliquoſus luteus ſive Tetragonolobus luteo flore. In Criſpalto. Majo & Junio.

Loto affinis vulneraria pratenſis, Wundklee: (ob ſaporem enim amarum viſcoſum & pinguem conglutinat) Anthyllis leguminoſa, Lob. lenti ſimilis, Dod. Lagopodium, flore albo & flore luteo, Tab. Eſtq; hæc herba flore tetrapetalo papilionaceo pluribus foliis ſeu planta flore leguminoſo. In plerisque pratis, præſertim montoſis. Junio floret.

CAPUT

CAPUT XI.

De Rubiâ, Aparine, Aſperulâ, Mollugine, Gallio, Thalictro, & Leguminibus capreolis donatis, Lathyro, Viciâ, &c. & Leguminibus capreolis carentibus, Orobo, Cicere, Securidacâ, Ferro equino, Ornithopodio, &c.

HOc Capite ante omnia juxta Methodum Bauhinianam conjunctim tractabitur de Herbis ſtellatis & leguminoſis, quarum priores dicuntur herbæ quibus folia caules ſtellæ radiantis in modum ambiunt, & floribus ſunt monopetalis, (Tournefortio à fleur en godet, dont le calice devient un fruit à deux pieces attachées au meme endroit) verùm in quatuor ſegmenta totidem folia imitantia partitis; ſingulis autem floſculis in pleriſque ſpeciebus bina naturaliter ſuccedunt ſemina. Eſtque primò

RUBIA, Färberröhte: Sic dicta à colore *radicis*, quæ *rubra* eſt, & tingendo idoneam vim habet, ob partes tenues, quarum potentiâ color earum facilè permeat, adeò ut urina aſſumentium ab his tingatur, ingenioſè enim *Hoffmannus* loquitur, quòd ejuſmodi Plantarum tingentium color vividus & penetrantiſſimus oſtendat magnam partium tenuitatem, quæ ipſa neceſſariò conciliet medicamento vehementem penetrationem, humorum verò attenuationem non inferiorem. Verùm ut circa alias tingentes maximè plantas notavimus, v. g. Rhabarbarum, illas duplici conſtare ſubſtantiâ, tenuiori ſcil. & volatili, & craſſiori terreſtriori & fixiori, ſic pariter hoc de Rubia dicere poſſumus, nimirum præter volatiliores haſce partes & tenuiores (quarum ratione contra difficultatem partûs à quibuſdam laudatur, cautè tamen adhibenda) iſtam maximè etiam abundare particulis terreſtrioribus adſtringentibus, guſtata ſiquidem radix acerbum ſaporem refert, cum exiguâ quadam dulcedine *primò* occurrente, quam acerba & adſtringens mox excipit qualitas, quod pariter *Avicenna* obſervavit, qui *radicem Rubiæ pontici eſſe ſaporis* ſcripſit. Ob partes volatiles commendatur paſſim ejus *decoctum* ruptis, cæſis, vulneratis, ex alto præcipitatis; hinc & flores reprimere, inflam̃ationes mitigare, partes offenſas quaſſatasq; ad ſanitatem producere creditur. In Ictero ſit ſeq. Decoctum: ℞. *Rad. rubiæ tinct.* ℥j. *Fol. bormin. prat. M. j. abſynth. M.* ß. Coq. *in Vini alb. q. ſ.* addendo

Tart.mart. ℥ß. Colat.bib.ad ℥iij ſingulis mane. Juxta Etzlerum Jovi partici-pante Marte ſubjicitur; *Senenſibus* mulieribus ad ſtannea vaſa detergenda inſervit, ſiquidem mirum dictu, quàm pulcherrimè niteſcant. Species ſunt

Rubia ſylveſtris lævis, Wilde Farberröthe: Hæc verò ſola inter ſuas congeneres florem gerit in tria quaſi petala diviſum, nimirum refertur inter herbas flore perfecto ſimplici monopetalo quadripartito, ſeminibus nudis ad ſingulos flores binis plerumque foliis ſtellæ radiantis in modum nodos caulium ambientibus, quales herbæ *ſtellatæ* dicuntur, eſtque & hæc foliis ad ſingula genicula pluribus radice rubrâ. Rubia ſylv. Matth. Fuch. Lob. Paſſim in ſepibus. Hanc faſciatam reperit *Exc. D.D. Georg. Francus Dec. II. Ann. I. Miſcell. Curioſ. p. 68.*

Rubia cynanchica: ſynanchica, Lugd. Paſſim ad agrorum margines.

Rubeola arvenſis repens cærulea: quæ ſ. in Prodr. Rubeola arvenſis, Camer. In agris Autumno reperitur. Junio & ſeq.

Rubia montana anguſtifolia. In aſperis collibus circa Baſileam.

Rubia cynanchica ſaxatilis. In ſaxoſis udis circa Curiam Rhætorum.

Rubia quadrifolia vel latifolia lævis.

Rubiæ quadrifoliæ ſpecies minor. Utraque circa thermas Fabatias.

APARINE, Klebkraut: Vulgaris eſt herba adhærens veſtibus ut Lappulæ, cujus ratione & *Philanthropos* dicitur. Folia ejus prima longè diverſa ſunt à cæteris, bina nimirum in omnibus plantis folia ſeminalia peculiaria eriguntur, ut ex aëre ſuccum vivificum hauriant, ubi adolevit autem ramis eſt quadrangulis aſperis, quos folia ceu *Rubiæ* ramulos in orbem per intervalla cingunt, quibus hinc *Paſtores* Coli vice utuntur ad *eximendos è lacte pilos*. Quoad *Vires* retulit nobis *DN. Sloane* Anglus Monſpelii, quod eâ in urinæ difficultate & calculo cum ſucceſſu utatur *D. Dodſvvorth* Anglus, prout nimirum aliæ plantæ ſpinoſæ præcipuè ad hunc morbum uſurpantur. Item, *ſeminis, caulium* ac *foliorum* ſuccus potus contra *viperarum* phalangiorumque morſus auxiliatur, & infuſus aurium dolori medetur: *Herba* cum axungiâ trita ſtrumas diſcutit, modicè extergit & deſiccat, habetque nonnihil ſubtilium partium: *Aqua deſtill.* in die bis pota alvum cohibere dicitur, efficaciſſimaque eſt adverſum morbum regium, Trago referente: Rajus ſcribit pulverem hujus herbæ cum liene vitulino in furno bene ſiccatis arcanum eſſe ad tumores lienis & flatus hypochondriacos, item illam in liquore Poſſeti coctam mirè gonorrhææ ſimplici prodeſſe. Eſtque ut Rubia herba ſtellata radice albâ & floribus albis uti ſequentes Aſperulæ, Mollugines, Gallia, Cruciatæ, quæ flore inſuper in colore vel luteo vel cœruleo variant.

Aparine vulgaris aſpera, Klebkraut: Aparine, Trag. Matth. Fuch. Dod. Lob. Ad ſepes.

ASPE-

ASPERULA, ſeu Rubeola Montana, Waldmeiſter: Juxta J. B. deſcriptionem odorata eſt planta compluribus geniculis intercepta, radiculâ tenellâ, ſummâ tellure ſerpens, capillaribus fibris demiſſis, unde *Cauliculi* ſurgunt tenues, quadrati, palmares & quadrantales, ad quarum ſingula genicula folia radiata rubiæ inſtar poſita naſcuntur hirſuta: Circa faſtigium dividitur caulis in binos ternosvé ramulos, ex quibus pediculi floſculos ſuſtinent ſuaviter olentes, Valerianæ fermè forma candidos à quatuor foliolis compoſitos; ſemina ſunt reniformia, hirſuta: Ob odorem injicitur Majo menſe, vel ſola vel cum aliis herbis, vino, ut hepar corroboretur, vel ſanguis magis attenuatur, & balſamicus fiat: miſcetur & utiliſſimè Infuſis traumaticis; *Excell. D. D. J. Maur. Hoffmannus Profeſſor Altorfinus* refert *in Dec. II. Miſcell. Cur. Ann. IX. pag.* 409. de Aſperula mutali minima illam amuleti loco appenſam certò Odontalgiam ſiſtere, idque ob effluvia narcotica impulſum ſpiritum elaſticum ſiſtentia. Species ejus ſunt

Aſperula ſive Rubeola montana odora: Matriſylva, Trag. Aſperula, Lob. odorata, Dod. Hepatica ſtellata, Tab. In monte Muteto & aliis.

Aſperula cærulea arvenſis: Aſperula cærulea, Dod. Lob. In agris ad Birſam.

MOLLUGO, Glidkraut: à foliorum reſpectivâ mollitie dicitur Inſtar *aſperulæ* eſt, unde facilè confunduntur, ſed diſtinguitur ab illa quòd *aſperiora folia* habent: Viribus aliàs cum gallio convenit. Decoctum ejus ad fovendos & roborandos artus utile eſſe refert *Cluſius Rarior. Plant. Hiſt. L. V. pag.* 176.

Mollugo montana latifolia ramoſa. Groß Bergſternkraut / Groß Waldmeiſter: Matriſylva 2. Trag. Mollugo montana, Dod. Tab. Mollugo Belgarum, Lob. In monte Muteto. Junio.

GALLIUM, Gallicè Caille-lait: Nomen ab eo contraxit, quòd *coaguli vice* lac cogat & coagulet, ipſi calenti injectum, monente jam ex Dioſcoride, Galeno, id quod minimè mirandum, quia obſervatione conſtat illud leni deſtillatione acidum liquorem fundere. Rajo referente, Gerardus Anglus Ceſtrienſes ſuos circa Nantvicum oppidum in Anglia, ubi laudatiſſimus conficitur caſeus, coagulo ſuo Gallii lutei ſummitates immittere ſolere tradit, & multo pluris facere caſeos eò coactos quàm alios quoſcunque. *Aparine* ſimilis eſt, *florem* habet in cacumine luteum, qui ob acidum dictum ambuſta temperat, & ſanguinis profluvia ſiſtit, miſcetur *cerato roſaceo*, inſolatur, donec albeſcat & tale acopum eſt laſſitudinibus utile: *radix* venerem excitat: *florem* tuſum & impoſitum ſacris quoque ignibus mederi ſcribunt, item contra cancrum & cancroſa ulcera commendari. Species ſunt

 Gallium

Gallium luteum, Mägerkraut/ Unſerer Frauen Bethſtroh: Gallium, Fuch. 1. Trag. primum luteum, Tab. Gallium, Matth. luteum, Lob. Paſſim in pratis, & ad agrorum margines. Junio & Julio.

Gallium paluſtre album, Weiſſe Walſtroh: Gallium paluſtre, Dod. Gallium album, Tab. In paluſtribus Michelfeldenſibus.

CRUCIATA HIRSUTA, Kreutzwurtz: Ita dicitur à foliorum crucis figuram habentium ſitu, licèt ad Rubiæ & Aparines ſimilitudinem aliquo modo accedat: Viribus dicitur convenire cum Gallio, quamvis & illam in menſibus ciendis haud adeò alienam judicet *Welſchius* ac Gentianam cruciatam. Vid. *Mictomim.* §. *LXX. & §. LXXXIII.* Juxta Camerarium expectorat Cruciata viſcidos humores, & ramices & vulnera ſanat.

Cruciata hirſuta, Gallium 2. Trag. Gallium latifolium flore luteo, J. C. Gulden Waldmeiſter: Cruciata, Dod. minor, Lob. Ad ſepes: at in montibus exilior. Majo & Junio.

THALICTRUM, Waldrauten: Seu Ruta pratenſis, convenit cum rutâ quoad folia non flores, illius enim lutei ſunt, hujus verò albi. Quia verò folia pluriſariam inde diviſa ſunt vel diſpoſita, atque uni nervo medio multarum umbellarum more, adnexa ſunt, refertur à *Moriſon. in Tr. de Umbellif. p. m. 667.* inter umbellas impropriè tales vel ſemine cylindriaco vel triquetro. *Thalictra* autem temperatè calida ac unà reſiccantia apparent, folia eorum oleribus admixta alvum nonnihil commovent. Radicis verò decoctum idem potiùs præſtat: Veslingius laudavit D. Velſchio Thalictrum Virginianum ad Epilepſiam pro experimento ſingulari. Vid. *Mictomim. ejus in Miſc. Cur. Dec. I. Ann. IV. p. 8.* Species ſunt herbæ flore perfecto ſimplici ſeminibus nudis ad ſingulos flores ſingulis, ut ſuprà Pimpinella ſanguiſorba. Eſtque

Thalictrum majus ſiliquâ ſtriatâ, Groß Wieſenraute: Ruta pratenſis, Lob. Thalictrum magnum, Dod. Thalictrum nigrius caule & ſemine ſtriato, Joh. B. Ad rivulum retro Novam domum. Julio.

Thalictrum pratenſe anguſtiſſimo folio, quod 1. in Prodromo. Ruta pratenſis major anguſtifolia ſive 5. Tabern. In pratis Michelfeldenſibus. Auguſto floret.

Thalictrum minus. Circa Tigurum ad Sylam fluvium. Auguſto.

Thalictrum minimum fœtidiſſimum. In Valleſia.

LATHYRUS, Kichern: à vi aphrodiſiacâ ita dictus, Leguminum eſt ſpecies, (quæ ſcil. à legendo dicuntur, quòd non reſecentur, ſed vellendo legantur; Varro. Græcis ὄσπρια) pendulas ferens ſiliquas, coloris eſt rubri

purpura-

purpuraſcentis: *Vim* habet contra *expuitionem* ſanguinis, nam refrigerat & reprimit, ſiſtit menſtrua, id quod tamen maximè de Lathyro ſativo eſt intelligendum, qui flore & fructu albo eſt & copiosè in Palatinatu inferiori ſeritur coquiturque ut piſum vulgare. Sunt nimirum Lathyri ſpecies ut pleraque Leguminoſa herbæ flore tetrapetalo papilionaceo ſiliquoſæ ſiliquis bivalvibus ſcandentes capreolis, uti & ſequentes *Viciæ ſpecies*. Rivinus refert Lathyro ſoli præ cæteris eſſe & caulem alatum & folia ubique non niſi bina per modum auricularum erecta.

Lathyrus major ſylveſtris: Ervum ſyl. Fuch. Lathyrus ſyl. Dod. Ad rivulos in Bünningen.

Lathyrus major ſylveſtris alter. In dumetis ad Cliben.

Lathyrus latifolius: Lathyrus latifolius perennis radice fibroſâ flore purpureo ſeu 3. Moriſ. Clymenum, Matth. Lathyrus ſyl. Dod. Lathyris Narbonenſis latiore folio, Lob. Cicercula ſylv. Tab. In monte Muteto. Junio & Julio florens.

Lathyrus ſyl. minor: Ervum ſyl. Dod. herbariorum, Lob. Inter ſegetes Wilenſes.

Lathyrus ſylv. luteus foliis Viciæ, Gelbe Wicken: Lathyrus latifolius perennis radice fibroſâ flore luteo ſylveſtris Dumetorum, Moriſon. Piſum Græcorum ſyl. Trag. Legumen terræ glandibus ſimile, Dod. Vicia, Tab. Locis humidis circa Briglingen, Michelfeldæ & alibi.

Lathyrus arvenſis latifolius perennis repens tuberoſus: Apios, Trag. Fuch. Pſeudoapios, Matth. Chamæbalanus, Tab. Terræ glandes, Dod. Lob. Inter ſegetes. Majo & Junio.

CICER MONTANUM LANUGINE ERECTUM, Ziſererbſe: Planta eſt, flores habens in denſâ ſpicâ confertim conglomeratos lenticulæ ſimiles, luteos, quos ſubſequuntur membraneæ veſicæ agminatim adhærentes, nimirum juxta accuratam *Exc. Rivini* Leguminoſorum & reliquorum, quæ flore tetrapetalo irregulari ſunt, diviſionem, ex iis quæ propriè ſiliquoſa ſunt primùm locantur, ut *Cicer* hocce, *Colutea* item & *Crotalaria*: ſecundò quæ amplioribus ſunt ſiliquis, ut *Faba*, *Lupinus*, *Phaſeolus*: tertiò quæ mediocres ſiliquas ferunt capreolatæ, *Lens*, *Piſum*, *Lathyrus*, *Cracca* & *Vicia*, ac poſteà non capreolatæ ut *Orobus*, *Ervum*, *&c.* quartò quæ ſiliquis anguſtioribus donantur, ut *Galega*, *Pſeudoſumaria*, *Sinapiſtrum*, *Lotus*, *Fœnogræcum*, *Securidaca*: quintò quæ ſpiralibus, *Falcata* & *Cochleata*: ſextò articulatis, *Campoides*, *Scorpioides*, *Coronilla*, *Ornithopodium*, *Ferrum equinum* & *Hedyſarum*. Quoad Vires Cicera rubra ſativa, quia nitroſitate abundant, diureticâ vi pollent, & cum radice petroſelini decocta doloribus poſt partum in juſculo medentur. Pellunt enim potenter verſus renes & uterum. Vid.

in Tamariſco Cataplaſm. Ab Italis tempore quadrageſimæ frequenter comeduntur, triquetra verò ſunt & eliguntur alba, quæ ut & rubra quandam ſpeciem faciei humanæ referunt. Huc ſpectat

Cicer montanum lanuginoſum erectum montanum ἄκαυλον. In Valleſia ad Thermas Leucenſes.

VICIA, Wicken: à vinciendo ob capreolos dicta, quos habet, ut vitis, quibus ſurſum verſus ſerpit ad ſcapum Lupini aliumve calamum ad quem ut adhæreat eum vincire ſolet: Aliàs aphaca; Eſtq; planta papilionacea, ſiliquoſa, bivalvis, ſcandens capreolis. Semina ejus nigra ſunt fiuntque columbarum & equorum pabulum, verùm pro Hominibus minus expetuntur, quia juxta Dioſcoridem adſtringunt, unde alvi & ſtomachi fluxionem ſiſtunt, ſi fracta lentis modo coquantur, quare ut farinâ fabarum & lentium in aceto coctâ nil convenientius, ſi mammæ vel teſticuli minuendi ſunt, ita pariter de farina Viciæ hoc dici poterit. Cinis etiam ejus non minus ac ſtipitum fabarum egregium lixivium antihydropicum præbet. Quò referri medetur Cataplaſma Cratonis ad Gangrænam & Carbunculum ſæpius exoptato ſucceſſu ab eo applicatum: ℞. *Far. lupin. fabar. aa. ℥ij. ſucc. rutæ vel pulv. ejuſd. ℥ij. Oxymel. ſimpl. ℥vj. Lixiv. q. ſ.* F. Catapl. cui & aliquid de Scordio item Vitriolo addi poteſt. Species ſunt

Vicia maxima dumetorum perennis ſemine fuſco aut nigro, Moriſ. Groſſe wilde Wicke: Vicia ſyl. altera, Trag. Cracca major, Tab. In ſylva Hüningenſi. Majo, Junio & ſeq.

Vicia ſepium folio rotundiore acuto, Wilde Wicke. Vicia annua major purpurea ſylveſtris ſiliquâ ſubfuſcâ folio rotundiore acuto, Moriſon. Orobus ſyl. Trag. Aphaca, Matth. Aphace, Fuch. Vicia, Dod. & Lob. Ad ſepes. Junio.

Vicia vulgaris acutiore folio: Vicia, Matth. Ad ſepes.

Vicia ſyl. ſpicata, Vogelwicken Feldwicken. Vicia annua minor purpuro cœrulea ſpicata procumbens, Moriſ. Vicia ſyl. ſecunda, Cluſ. Ad ſepes locis montoſis. Aprili & Majo.

Vicia lutea foliis convolvuli minoris: Aphace, Dod. Aphaca, Lob. Icon. 70. Elatine 3. Tab. Moriſonio eſt potius Lathyrus luteus annuus foliis convolvuli minoris. In agris.

Vicia ſemine rotundo nigro; Vicia minor, vel 3. Trag. Craccæ primum genus, Dod. Aracus, Lob.

Vicia annua minima ſegetum cum ſiliquis plurimis hirſutis flore albo, Bauh. Moriſ. Kleine wilde Wicke: Vicia minima, vel 4. Trag. Aracus ſive Cracca minima, vel 4. Trag. Aracus ſive Cracca minima, Lob. Craccæ aliud genus, Dod. Cracca minor, Tab. Majo.

Vicia

Vicia ſegetum ſingularibus ſiliquis glabris flore dilutè cœruleo. Utraque frugibus ſe circumvolvens.

SECURIDACA, Linſen-Unkraut: à ſeminis figurâ ſecurim referente ita dicitur. Etſi verò ſimilis ſit viciæ ob floſculos hiantes papilionaceos purpureos, Moriſonio tamen prior ſpecies eſt potiùs polygala talis ſiliquis articulatis, ut ſecunda ſpecies polygala Dumetorum minor ſiliquis articulatis pallidè cœrulea. Rivinus ſiliquam eorum quaſi complanatam & aliquantum incurvatam eſſe dicit per modum falcis majoris fœminæ; intus concluduntur ſemina ruffa quadrangula, ita tamen ut ſingula peculiaribus diſtinguantur cellulis, connivente inter grana interiora tunicâ. Quoad Vires viſcerum obſtructiones expurgat, id quod & præſtant totius fruticis ramuli. Sunt autem Securidacæ ſpecies, ut & Ferrum equinum & Ornithopodium herbæ flore tetrapetalo papilionaceo ſiliquoſæ ſiliquis articulatis propendentibus, ſeminibus cylindriaceis lunatis.

Securidaca dumetorum major flore vario ſiliquis articulatis: Melilotus 5. Trag. Ornithopodium 2. Dod. Hedyſarum purpureum, Tab. Coronilla flore vario, Rivin. In dumetis.

Securidaca dumetorum minor pallidè cœrulea: Securidacæ ſecundæ altera ſpecies, Cluſio. In dumetis & monte Crentzacho.

Securidaca lutea major. In monte Muteto & Crentzach. Aprili.

FERRUM EQUINUM, Klein Monkraut: Hoc ex ipſa ſtatim ſiliquâ cognoſcitur cùm ſingula internodia, quibus diſtinguitur, ſoleam equinam quodammodo repræſentare videntur, notante *Rivino*: & notam characteriſticam inde deſumente *Rajo*. *Radicem* habet albam, quæ paucis donata fibris ligneſcit, à qua plures conferuntur caules, palmares autem dodrantales, anguloſi, ſtriati, unde folia exeunt Securidacæ minoris pennatim digeſta, protruſis floribus papilionaceis, quibus evanidis ſuccedant ſiliquæ articulatæ, quæ exiccatæ transverſim rumpuntur & in ſingulis interſtitiis ſingula continentur ſemina, ſive ſint lunata rotunda, compreſſa ſeu longa cylindracea, quæ, ut dictum totidem equinæ ſoleæ ſimulacra repræſentant. *Vires* ejus non adeò cognitæ, videtur tamen vi alcalinâ traumaticâ pollere, unde extus in ulceribus Aqua deſtillata uſui pari poterit, modo maximè ſequenti: ℞. *Alum roch. Alum. ſacchar. Mercur. ſubl. Ærug.* ✱*ci, Sacch. alb. aa.* ℈j. Coq. *in q. ſ. Aquæ ferri equin ad tertias*, & coletur. Valet ad omnia ulcera cancroſa & phagadænica. Credimus & ex ejus floribus (non minus ac aliàs fabarum) & ſpiritu vini remedium parari poſſe ad cicatrices fœdas evitandas in facie, de quo *Würtz. Chir. noſtr. edit. p.* 174.

Ferrum equinum Germanicum: Hedyſarum minus, Tab. In monte Muteto. Paſſim etiam in vallibus.

ONO-

Digitized by Google

ONOBRYCHIS CLYPEATA LÆVIS, Hanenhaupt: Juxta *Ammannum* per ſe quidem nullam certam ſpeciem conſtituit, nam ex vi vocis notat ruditum vel crepitum aſini, ac etiam campanulæ & aliis tribuitur. Eſt verò ſic viciæ cognata planta, folia lentis paulò longiora, caulem dodrantalem, florem puniceum, radicem parvam habens, nim. refertur ad papilionaceas ſiliquis articulatis vel aſperis & hirſutis vel ſingularibus echinatis & criſtatis & in ſpicam digeſtis vel ſiliculis hirſutis in globum ſeu pilulam platani congeſtis. Creſcit in Helvetiorum alpibus & monte Fracto, & ad thermas Fabarias, herbaque rara & vix alibi viſa, niſi in nivoſis duræ montis cacuminibus. *Exc. Wedelius* pro ſuccedaneo florum galegæ habet alteram Onobrychis ſpeciem, nimirum *fl. rubr.* in ſuâ Tincturâ bezoardicâ, Vid. *Amœnit. Mat. Med. pag.* 378.

Onobrychis ſylv. flore rubro,

Onobrychis clypeata lævis, Hedyſarum alpinum ſiliquâ lævi, Tournefort. In alpibus Helvetiorum & Fracto & ad Thermas Fabarias provenit.

ORNITHOPODIUM, Vogelfuß: Seu *Avis pes* à ſimilitudine quam ſiliquæ aduncæ cum parvis pedibus parvæ aviculæ habent, quæ ſiliquæ totidem conſtant digitis, quot numero cohærent ſiliquæ, ut in hoc Majore, ubi enim ſunt rariores, ſimilitudo hæc ceſſat; Veteribus incognitum fuit. Refertur tamen inter legumina ob ſiliquas articulatas & florem papilionaceum, ſemen parvum compreſſum reniforme.

Ornithopodium majus: Ornithopodium, Dod. Lob. Tournefort. In agris inter Novam domum & Otlingen.

OROBUS, Ychwicken: Quaſi boum cibus. Aliàs *Ervum*; frutex eſt exiguus folio anguſto, tenui, in ſiliquis nodoſis quaſi articulatis cuneiformia *parva ſemina* gerens, unde *Moriſonio* dicitur ſiliquoſa papilionacea bivalvis non ſcandens, ſiliquis propendentibus. Quoad Vires *P. Tylkowrisky de Re agrariâ p.* 125. refert, quòd ſi quis quotidie jejuno ſtomacho de Orobo comedat, lienem inde diminui, adeò ut in magnis lienibus ſit utiliſſimus, nimirum incidit, abſtergit, aperit & manducatus in copia mictionem cruentam cauſatur, potenter enim verſus inferiora pellit, præterea caput gravat, ventris tormina cauſatur, & panis ex eo confectus peculiariter generi nervoſo infeſtus eſt, obſervavit enim *Excell. D. D. Binningerus* rariſſimum & inauditum affectum, nimirum Anchyloſin ſurarum pandemiam inde fuiſſe exortam. Retulit verò non ſaltem nobis hoc oretenus hîc Baſileæ, ubi ſemina Orobi nobis communicavit, ſed & ſiſtit hanc obſervationem *in Cent. V. obſ. LXX.* ad quam, ut oppidò curioſam, benevolum Lectorem ablegamus.

Planta

Planta cocta & melli incorporata, quantitate nucis Phthiſicis exhibita multùm prodeſt, validè etiam nutrit. Species, quæ ſunt ex herbis flore tetrapetalo papilionaceo ſiliquoſis non ſcandentibus, ſiliquis bivalvibus erectis, ſequentes ſunt:

Orobus ſylvaticus purpureus vernus: Orobus pannonicus 1. Cluſ. Arachus latifolius alter, Dod. In monte Muteto, Crentzacho & Mönchenſtein, aliisque montoſis pleriſque.

Orobus ſylvaticus Viciæ foliis: Aſtragaloides, Dod. altera herbariorum, Lob. In Muteto & Mönchenſtein.

Orobus alpinus latifolius, C. B. Prodr. 149. Ex Pyrenæis & Helvetiorum alpibus habetur.

GLYCYRRIZA Sylvestris, Süßholtz: Quaſi dulcis radix. Eſt legumen non ſcandens ſiliquis erectis, nimirum juxta *Bauhinum frutex* exiguus ramis binûm cubitorum, circa quos *folia* lentiſci, denſa, pinguia tactuque glutinoſa; *flos* eſt hyacinthi, *fructus* pilularum, *Platani* magnitudine, aſperior, qui ſiliquas lentium erectas, compreſſasque habet, modò rufas & parvas: *radices* longæ, buxei coloris, ſaporis ſubacerbi, grati minus fermenteſcibilis dulcis, hinc acrimoniam ſalſam ſeri & ſanguinis, indeque enatam aſperitatem faucium corrigit, ſtomachi dolorem, pectoris item & hepatis mitigat, præcipuè *tuſſientibus* convenit, ardorem urinæ corrigit, abſtergit, mundificat, lenit & humorum quorumvis aſperitatem temperat, id quod præprimis ſuccus ejus inſpiſſatus præſtat, verùm quia ille variis quiſquiliis inquinatur, in aquâ diſſolutus exhibendus eſt. Eſt ergo planta flore tetrapetalo papilionaceo ſiliquoſa ſiliquis gemellis, duplici tenui membranâ diſtinctis, quæ duplicem ſeriem ſeparat.

Glycyrriza ſylv. floribus luteo palleſcentibus: Fœnugræcum ſylv. Trag. primum, Dod. Glaux vulgaris, Lob. Aſtragalus luteus perennis procumbens vulgaris ſive ſylveſtris, Moriſ. & Tournefort. In ſylva Auguſtana & Michelfeldenſi, alibique in ſylvoſis & ad ſepes.

CAPUT XII.

De Plantis ſeu Herbis Capillaribus, Linguâ Cervinâ, Ophioglоſſo, Lunariâ, Trichomane, Rutâ murariâ, Polytricho, Filice, Polypodio, Muſcis, Fungis, ut & de Carduis & Acanaceis.

LINGUA CERVINA, Hirſchzungen: Seu *Phyllitis* folioſa, quia nihil eſt præter folioſum ceſpitem. Juxta Dioſcoridem folia fert rumici ſimilia ſed oblongiora, magisque virentia, ſena ſeptenavè erecta, quæ parte anteriore lævia, poſteriore velut vermiculos annexos tenues habent, ut & eſt in Filice, cujus ſpecies Moriſonio eſſe judicatur: nim. eſt juxta *Rajum* ex herbis acaulibus epiphylloſpermis, vulgò *Capillaribus*, nonnullis *Dorſiferis* dictis (quia ſcil. ſemina earum averſæ foliorum parti in punctis illis ferrugineis adnaſcuntur) foliis diviſis pinnatis vel laciniatis diviſurâ majori & longiore. Hinc Lingua Cervina eſt & latifolia & anguſtifolia; ſæpè etiam in fontibus exigua reperitur. *Saporem* habet ſubadſtringentem, attenuantem, refrigerantem & ſiccantem, unde *ſplenica* & *hepatica* eſt: *Uſus* præcipuus in liene tumido, quia nimirum juxta *Vitruvium in Architect. p. m.* 70. obſervatum eſt, vaccas illam comedentes minimum lienem habere, vi ſcilicet gaudet abſorbente ob partes terreſtres alcalinas copioſas, quarum ratione etiam conducit in Alvi fluxu, expuitione ſanguinis, Rachitide, v. g. ℞. *Aq. ling. cervin. cum duob. cohob. deſtill.* ℥ iij. *Conf. alkerm.* ʒ ij. *Syr. caryoph.* ℥ j. *Spir. ſulph. gut.* vj. *Fol. aur. num.* 2. miſc. Valet & pulvis in motibus convulſivis, referente Rajo. *Extrinſecus* etiam mundificat vulnera & ulcera, teſte *Etzlero*.

Lingua cervina officinarum: Scolopendria vulgaris, Trag. Phyllitis, Matth. Dod. Lob. Hemionitis, Fuch. In ſaxoſis Mutetæ.

OPHIOGLOSSUM, Naterzünglein: Unicum folium habet, ſimile plantagini, cùm etiam emittat ſpicam ariſtis carentem, quæ linguam ſerpentis refert: radice eſt nodoſâ; Quoad Vires deſiccat ſine magno dolore, ruptis prodeſt, *folia* refrigerant & ob ſuccum glutinoſum alcalicum vulnera mirabiliter ſanant: integra planta vino rubro cocta *Lachrymantibus oculis*

Digitized by Google

oculis prodeſt, & cum alchimillâ per dies tres in Vino albo optimo macerata, hinc duplici vaſe coćta, pòſt expreſſa, idque ter repetendo, tandem additione Olei hyperici Balſamum vulnerarium præſtantiſſimum largitur. *DN. D. Magnol Monſpelienſis* ſimpliciter in Oleo olivarum inſolatione infundit, & vim vulnerariam expertus eſt, dixitque de pane lucrando eſſe. Sic namque & *Geſner. Tr. de Plant. Lunar. p. m. 25.* refert Empiricum fuiſſe, qui ad varia ulcerum genera Unguentum confecerit ex hocce *Ophioglosſo, Lunariâ arthriticâ, Saniculâ guttatâ (Pinguiculâ Geſner.) in Oleo coctis,* & expreſſioni addendo *Terebinth. medull. bubul. & cera aa. q. ſ. Thuris, Maſtich. par.* interdum & *Ung. alth. parum,* & ſi opus videatur etiam de *petreolo,* item *virid. æris,* cùm ſcil. vi majore deterſionis opus eſt. Vid. *Tackii Chryſog.* Juxta *Rajum* eſt herba flore vel imperfećto vel nullo ſemine minutiſſimo nudis oculis inconſpicuo caule donata, ut ſequentia Polytricha.

Ophioglosſum: & Trag. Matth. Fuch. Dod. Lob. Tab. In pratis montis Mutetæ, Mönchenſtein & Michelfelden.

LUNARIA, Monrauten: *Recentioribus* ita dićta à foliis lunæ creſcentis modo falcatis, unde prout luna cerebro præeſſe dicitur ab Aſtrologis, ſic & Lunaria, quia, juxta *Etzlerum Iſag. Phyſ. Mag. pag. 173.* Lunæ ſubjacet imperio, creſcitq; decreſcitq; cum illâ, imò quia totus Lunæ motus in eâ eſt ſpiritualiter, mirè cerebro ſubveniat. Foliis eſt denis, duodenis, Bauhinus novendecim in Baldo notavit, quare putant aliqui totidem folia habere, quot Luna dies, unde & nomen habeat. Dicitur à quibuſdam experi ab Alchymiſtis pro metallorum tranſmutatione, verùm errant, neque enim ex Vegetabili unquam elicietur Minerale, unde longè aliud quid per ſuam Lunariam intelligunt Alchymiſtæ, nimirum mercurium ſuum Vegetabilem, quo Aurum ſolvunt radicaliter & in Lunam redigunt Philoſ. & tandem in Elixir rubeum: *Integra planta* excellentiſſima eſt reunitioni vulnerum, curationi rupturarum & ramicum; ſi quis *decoctum* bibat dyſenteriæ quoque prodeſt, & albo menſium fluxui ſiſtendo. *Camerarius* refert ſemine ſeu toxico jumenta morti dari, ſi eo veſcantur, herbis autem ſeu foliis reſtitui. In Helvetia creſcit *Lunaria racemoſa minor* ſeu *petroſa, taura* paſtoribus, quod vaccæ hac deguſtatâ taurum requirant. Reperitur in monte Fraćto Majo & Junio. Diſtinguenda eſt à Viola Lunaria majore ſiliqua rotunda. Tournefortio audit Oſmunda foliis lunatis.

TRICHOMANES, Frauenhaar: Seu *Polytrichum officinarum*, ita dićtum à vi ſua, quòd *rarâ cute* fluentem capillum expleat & ſubnaſci faciat, μανὸς enim rarum vocatur & τρίχα capillus, unde hæc herba, *Roſenbergio* notante, generat pilos, ut polygala lac, impoſuit enim vulgus græcum

& Germanicum multis plantis nomen ab effectibus, quos in æternum non præſtant: eſt autem herba *foliis filicis* at longè exilioribus, foliis tenuibus ordine utrinque diſpoſitis Lenticulæ ſimilibus: ſemine carere dicitur, ut Phyllitis, Filix, Adianthum, ſed malè, ut & quòd in ipſorum ſeminibus vermiculi lateant, quorum ope exiliant, tribuendum namque hoc eſt ſtructuræ capſularum, intra quas ſemina deliteſcunt, de quo in *Regn. Vegetab. Part. I. Cap. XI.* Quoad Vires ſiccat, reſolvit, digerit, pulmonum infarctus liberat, ſabulumque renum expurgat, ſiſtit fluxiones, & cum *Capillo Veneris* de Viribus certat. Eſt autem Trichomanes, ut ſequens Ruta muraria, ex herbis dorſiferis foliis pinnatis, ut & ſequentes Filicis Species, creſcit locis humidis, & totâ æſtate floret. Paſtores quidam, referente *Rajo Hiſt. Plant. P. I. p.* 140. in medendis porcorum affectibus, Trichomane utuntur, ſingulari experimento. *Vid. Pulvis infantilis in Select. Remed. p.* - deſcriptus in eorum hectica expertus.

Trichomanes ſive Polytrichum Officinarum; Trichomanes mas, Tabern. In antiquis maceriis.

RUTA MURARIA, Mauerrauten: Etiam Adianthum album dicta, quòd canaliculi ejus ſeu rectiùs foliorum pediculi minus nigricant, quàm adianthi nigri ſeu Capilli Veneris. Dicitur autem Ruta ob quandam foliorum cum ruta ſimilitudinem, referri ſolet inter plantas capillares, & ab aliquibus *ab effectu* inter *ſaxifragas*; verùm juxta *Tournefort. Meth. Plant. p* 433. melius Filicula dicitur. *Saporem* habet ſubherbaceum, ſalivam prolicientem, temperatum: hinc ſale volatili impregnata eſt, & ut Filices (ad quas referenda) modicè refrigerat & exiccat, digerit, diſcutit, mucilaginem pulmonum incidit: *Uſus* ejus præcipuus in tuſſi, aſthmate, pleuriſi, ictero, ſcorbuto, ſplenis obſtructionibus, imò in aqua pro Ptiſana decocta, non minus ac Capillus Veneris, Infantes exiccatos & febre lentâ ab infarctu laborantes, reſtituit. Rachitidi etiam medetur. Valet ad renum & veſicæ dolorem, urinam clementer ciet, *calculos expellere* dicitur: Ejus *pulverem* peculiariter diebus 40. continuò uſurpatum herniis puerorum inteſtinalibus mederi *Matthiolus* perhibet.

Ruta muraria: Capillus Veneris, Trag. Saxifraga, Fuch. Paronychia, Matth. Ruta muraria, Dod. Salvia vita, Lob. Adianthum album, Tab. Paſſim in muris.

Ruta muraria alpina latifolia. In alpibus.

Creſcit locis petroſis, maximè in muris antiquis & arborum truncis, uſque ad *hyemem* viret. Ex hoc autem creſcendi loco non parum virtus ejus ſiccans alcalina derivatur, nam pro ſalis terræ, in qua planta creſcit, varietate & modificatione non parum etiam virtutes plantarum fluunt: Eſſe autem

in terra

in terra ſal tale, præterquam quòd ſuprà dixerimus, probari poteſt ex eo, quòd ſi in Aprili fodatur fovea profunda, ubi terra nigra eſt, & verſus ortum ſpectat profunditate hominis, & dein irroretur, donec in fundo gramen creſcat, tunc ceſpite cum gramine effoſſo & ſeparato ſi terra ſubjacens effodiatur & ter deſtilletur per retortam tertiâ vice dabit aquam rubram, quæ aurum ſolvit & mercurium.

POLYTRICHUM AUREUM, Gulden Wiederthon: à *ramulis*, qui capillorum inſtar tenues ſunt, & colore aureo prædìti ſunt, ita dicitur. Majus cubitalis ſæpè longitudinis inſtar cirrorum mulierum inflexum ex Moravia affertur, unde & Parkinſonio Anglo Muſcus ſcoparius dicitur. *Vim* habet adſtringentem, ſubacrem, viribusque cum *capillo veneris* convenit, monente *Trago*; Circulatores ad *philtra amatoria*, veneficia, magicas artes, aliaque multa ſuperſtitioſa potiùs quàm ad inſtaurandam corporis ſanitatem adhibetur. *Moriſonio in Hort. Philoſ.* quoque Polytrichum eſt muſcus perfectus, juxta *Knauth* autem eſt herba talis, qualis ſuprà Equiſeti Species & Ophioglosſum.

Polytrichum aureum majus: Polytrichum majus, Trag. Fuch. Muſcus ſaxatilis aut ſylveſtris, Tournefort. Adianthum aureum, Tab. In ſylva Wilenſi.

Polytrichum aureum minus: Polytrich. minus, Trag. Fuch. Muſci capillaris altera ſpecies, Dod. 475. Muſci capillaris altera ſpec. Dod. In muris.

ROS SOLIS, Sonnenthaw: Quia veluti ſtellæ alicujus jubare *ſub ſole fulget*, à mirabili natura nomen adeptũ eſt, nam quantumvis evidentiſſimus ſolis æſtus æſtate eam illuſtret, ejus tamen *folia* ſemper *rore & humiditate* madent, eorumque *lanugo* guttulis aſperſa manet & quod admiratione dignum, humidum illud in foliorum acetabulis contentum, ubi extremis digitis leviter attingitur, dum adhuc natali ſuo ſolo adhærens confeſtim inde evulſa ſolis radios experitur, mox velut in *exigua filamenta* ſerica candidiuſcula deducitur, quæ confeſtim concreta ita ſemper perdurant poſtea: Hæc ob magnum cum capillaribus affinitatem ſubjungenda fuit. Verba hæc ſunt *Caſp. Baubini in Pinace p. 356.* Verùm Antagoniſtam etiam hac in re expertus eſt *Celeb. Welſchium Hecatoſt. I. p. m.* 119. qui non ſaltem ridiculum eſſe ait, ideò ad capillares plantas rorellam referre, eo quòd piloſa ſit, quia ſic & hieracium, piloſellæ, &c. eo reducenda forent, ſed apertè negat guttulas illas à rore deducendas eſſe, idque ideò quòd deterſis accuratè cum penicillo guttulis, ſequenti manè non renaſcantur, ſed & ſub ipſis aquis guttulas ſuas retineat ab uligine quavis diverſas. Unde potius ſtatuendum videtur ab intrinſeco hujus plantæ hoc provenire, ut humor

nunquam deficiat, ſed etiam libretur in aëre, & velut adglutinatus adhæreat, nimirum res hic ſimiliter ſe nobis habere videtur, ac cum planta deſtillatoriâ, quam depictam ſiſtit *Excell. Grim Miſcell. Curioſ. Dec. II. Ann. I. Obſ.* 146. quæ humorem radice ſuſceptum ope ſolis per caules & nervos foliorum defluentem, tandem in naturali vaſe recipiente collegit. *Sapor* plantæ hujus parum acris eſt, & acerbus, polletque præprimis vi alexipharmacâ & in caſtris non ſaltem in peſte, ſed & aliis morbis malignis efficaciſſima experta eſt, ſi vel in pulverem ſaltem redacta in furnoque ſiccata, exhibeatur, teſte laudato *Welſchio*, qui & Tincturam liquidam multò potentiorem ex ea paravit ope *ſpiritûs cydon. ceraſ. juniperi* aut etiam *terræ ſigillatæ & boli armenæ & additione ſalis proprii ex fecibus extracti.* Quia verò planta hæc facilè in ſe ſuſcipit rorem illum melleum acerrimum arſenicalem, non mirum, quòd in Anglia obſervatum ſit ab *Opilionibus*, oves quæ crebro hac herbâ veſcuntur habuiſſe hepar & pulmones malè affectos & marcore quodam vitiatos. Decoctum ejus & aquilegiæ in Maniâ certum eſt remedium juxta V. S. teſte *cit. Welſchio in Mictom. §. LXXXIX.* Eſtque apud nos

Ros ſolis folio oblongo, ſcil. Lunaria quibuſdam & Artemilla *Geſneri in tract. de Lunariis*: Creſcit locis deſertis, arenoſis, apricis, ſed riguis & rarò alibi quàm in ipſo humi naſcente candido paluſtri muſco æſtate viret: Majo & Junio floret. Creſcit in Fracto.

FILIX, Farrenkraut: à findendo ob folia fiſſa Latinis, ſed Græcis πτερὶς dicitur, quia folia in lateribus pennata ſunt & laciniata. *Etzlerus in Iſag. Phyſ. Mag. p.* 12. refert illam ſpiritu ſaturnino eſſe refertiſſimam, hincque artibus magicis eſſe expetitam, ſi in exaltatione die & horâ Saturni colligatur, nimirum ſemina ſic collecta in ſilentio hominem invulnerabilem facere ſi geſtetur, rarò aliàs in Medicina locum habet, quanquam *radix* naturâ ſuâ ſit ſiccæ temperaturæ & in *pulverem* redacta ac *pondere ſemunciæ* ex aqua mulſa ſumpta, *latis tineis* ventris enecandis conducat, v. g. in ſeq. *Cereviſiâ medicatâ Waldſchmidii*: ℞. *Rad. Filic.* ℥ij. *Dictamn. Cret. Angel. Zedoar. aa.* ℥j. *Cort. aurant. citr. fragr. aa.* ʒj. *Sem. ſanton.* ʒij. *Citri, portul. aa.* ʒß. *Paſſul. min.* ℥ß. F. Nodulus. Eadem *in vino cocta* & per aliquot dies pota laborantes à lienis infarctu liberat: ad *ambuſta* teſte *Muralt. in Colleg. Anat. p.* 570. ſingulari experimento radicis expreſſus ſuccus facit, ſi ei miſcueris *aquam roſaceam*, aquam è fimo vaccino, aut *floribus tiliæ deſtillatam.* Refert *Welſchius in Mictomim.* §.17. *Aquam rad. filicis & card. ben. cum aq. cinam. & lithoſpermo* in omnibus affectibus ab obſtructione hepatis utiliter exhibitam fuiſſe, & §.69. ad hernias extus valere. Non ſolùm Filix ſed & *adianthum, aſplenium, lingua cervina* ſemine carere dicuntur, ſed falsò,

ſemina

ſemina enim averſis foliis minutiſſima in capſulis continent, iiſque ruptis in chartis ſuppoſitis colligi poſſe diximus, *Regn.Veget. Part. I. Cap.XI. p.37.* Filix aſſumpta non fœtus tantùm ejectiva ſed & ſterilitiva penitus exiſtit, unde Hurenwurz vocatur. Idem de ſemine, Dracunculi radice dicitur, quod odoratu abortivum ſit. Vid. *Cardilucius Prax.p.m.772.& cit.Etzler.Iſag. Phyſ. Mag.p.13.* Cineres Filicis uſtæ vitro conficiendo ſunt præ aliis utiles, quia ſc. nitroſo ſale abundant. Sic & ex Filicis maris & fœminæ combuſtis cineribus cum aqua in maſſam coactis, pilas ſeu globulos faciunt Anglæ mulieres & in ſole exiccant, locoque ſaponis aut lixivii ad linteamina mundanda uſurpant. Antequam autem iis utuntur in ignem luculentum immittunt, donec candeſiant, tunc enim facilè in pulverem fatiſcunt. *Rajus Hiſt. Plant. pag.* 143. peculiariter rachitidi Filicem marem conferre refert, prout & Adianthum febrem lentam & rachitidem in Decocto ſanat. *Radix* filicis ramoſæ per transverſum ſeu obliquè diſſecta *duplicem aquilam, Romani Imperii* inſignia, nitidè repræſentat. Vid. *Miſcell. Curioſ. German.* Filicis hæ ſpecies ſunt plantæ dorſiferæ, ut ſupra Polypodium, Trichomanes.

Filix ramoſa major pinnulis obtuſis non dentatis, Farrenkraut Weiblein: Filicis majoris primum genus, Trag. Filix fœmina, Matth. Fuch. Dod. Tab. In ſylva Auguſtana, & alibi.

Filix ramoſa minor pinnulis dentatis: Filix petræa fœmina 4. Tab. Klein Steinfarrenkraut Weiblein.

Filix non ramoſa pinnulis tenuiſſimis & tenuiſſimè dentatis: Filix petræa 1. Tab. In dumetis ad Wieſam.

Filix non ramoſa dentata major, Farrenkraut Männlein: Filix vulgaris, Trag. mas, Matth. Fuch. Dod. Lob. Tab. In Muteto.

Filix querna: Filix arborea, Trag. Dryopteris, Matth. Filicula petræa fœmina, 2. Tab. Ad arborum truncos, & in monte Waſſerfall.

Filicula fontana major, ſive Adianthum album filicis folio: Dryopteris candida, Dod. Adianthum album Plinii, Lob.

Filicula fontana minor: Filicula fontana, Tab.

Filix aculeata major & minor: Lonchitis aculeata major & minor, Tournefort. Utraque in Prodromo deſcripta. In monte Waſſerfall.

Filix ramoſa non dentata florida ſive Oſmunda Lobelii. In paluſtribus ad montem Fractum.

Filix paluſtris maxima 1. in Prodr. Circa Ramſtein arcem Baſilienſ.

Filix ſaxatilis alpina criſpa.

Filix ſaxatilis corniculata. In ſaxoſis montis Lunæ.

Filix ſaxatilis ramoſa nigris maculis punctata, C. B. Filix pumila ſaxatilis prima vel mas, Cluſ. In monte Waſſerfall, in monte Weiſſenberg.

LONCHI-

Digitized by Google

LONCHITIS, Groß Milzkraut: Sic dicta à λόγχη ſeu lanceâ, cujus figuram folia præ ſe ferunt, ſunt enim inſtar Scolopendri, ſed aſperiora majoraque ac multò magis diviſa: Saturno ſubjecta planta dicitur, prout omnes aliæ herbæ ſcabræ, ſtrigoſæ, macilentæ, triſtiori facie, formâ hirſuta & aſperâ, montibus altiſſimis, triſti loco & Phœbi inſciis locis provenientes Saturninæ herbæ judicantur. Lonchitidem hanc herbam eſſe vulneribus glutinandis, lienibusque abſumendis idoneam docet *Matthiolus*. Illis etiam impoſita ne inflammentur, impedit: ut ſimiliter ex *Matthiolo* notat *Rajus Hiſt. Plant. T. I. p.* 139. Species ſunt

Lonchitis aſpera: major, Matth. Lonchitis altera mas, Tab. In monte Reichenſtein. Eſt herba dorſifera.

Lonchitis minor.

Lonchitis folio Ceterach. Utraque in Fracto reperitur.

POLYPODIUM, Engelſüß: Ob dulcedinem ſed in receſſu nauſeorum ita dicitur, Græcis autem à πολυπόδιον à radice piloſa cirros habente, inſtar polyporum animalium, aquatilium, unde etiam vel ex ſignaturâ pulveriſata & inſperſa polypum narium conſumit. *Saporis* eſt dulciſſimi inſtar liquiritiæ cum acrimonia nauſeoſa, cujus ratione ſæpius utiliſſimè exhibita eſt in Dyſenteria loco Rhabarbari in Decoctione & ſubſtantia, quæ difficulter teritur. Ob nauſeoſum verò ſaporem ſal volatile innuentem etiam copioſiſſimè ſalivam provocat, educit *bilem aduſtam & lentam pituitam*, cujus hinc ratione meſenterii obſtructiones tollit, ſcorbuticis convenit, Icterum nigrum, febrim quartanam, melancholiam & ſomnia terrifica Saturnina ex nigri craſſi acidioris ſanguinis diſcraſiâ exorta diſſolvit, Decoctumque ejus non parum Podagricos ſolatur, teſte *Dodonæo*, nimirum præſtat ſemper Decoctum & ſuccus alicujus plantæ ipſius deſtillatæ aquæ, adhibuitque *Theod. Mayerne* adversùs melancholiam, &c. Hujus ſemina quoad figuram ſunt reniformia, & quoad colorem lutea, reliquis ſeminibus Capillarium leucophæis & rubentibus, ſic namq; & ſeminales efflorescentiæ in Ceterach microſcopio adparent inſtar membranularum tenuiſſimarum variis figuris reticulatarum, inſtar favorum apum, inter quas velut in totidem cellulis vaſcula ſeminalia diſponuntur. Eſtque

Polypodium vulgare: Polypodium, Trag. Matth. Fuch. Lob. Tab. majus, Dod. Eſt planta dorſifera, ut præcedentes. In quercetis; etiam ſaxoſis montis Mutetæ.

Polypodium minus. In Fracto & Gotthardo.

MUSCUS, Mieß: Græcis μύχ@, ob tenera folia, vocatur omnis villoſa ſubſtantia radicibus annoſis aut ſaxis madidis aut aquis paluſtribus aut mari adnaſcens, ubi præcipuè notabile eſt, quòd nullus creſcere poſſit, niſi ubi aëris præſentia adeſt. *Etzlerus* obinde ſaturninæ naturæ muſcos eſſe dicit, & pilos ſaturninos firmare: *Cnöfelius* haud abſurdè ex iis maximè verò querno, *prunor. ſylveſtr. herbâ* item *burſæ paſtor. artemiſ. rubr. polygoni, lyſim. fol. querc.* parabat cubilia & culcitras, in quibus fœminæ & viri fluxibus nimiis menſtruis & hæmorrhoidalibus affecti jacere & quieſcere poſſint. Sic enim odor ex hiſce calore lecti exuſcitatus ſpiritus & humores ita afficiet, ut potiùs ad retentionem quàm expulſionem diſponantur, prout eleganter Helmontius: *Quia odor ſymbolum fermenti, & hinc ſeminarium, tranſmutationis cauſam continet, concludo, rerum vires ac robur maſculum ex odoribus eſſe; Imò ſi penitius res ipſa ſpectetur, etiam interna pharmaca, tam ſolutiva, quàm correctiva, ſolo odoretenus agunt. Fit enim hinc, quod odore pharmaci ſemel exuto, vires pereant ejuſdem. Vidi nempe ſæpius quartanam, uteri exundationes, melancholiam, dolores colicos, &c. ſolis unguentis ſuperata. Certum eſt autem non ipſum unguentum, ſed ejus ſaltem odores, intrò ſerpere & agere: ſic namque Epilepticus odore cadit, imò Cerebrum in Epilepſiâ, quod non audit, non ſentit, nec ſi in ignem ceciderit, ſe retrahit, ſolis paret odoribus. Sic namque Eryſipelas, odore lintei leporino cruore tincti, ſanatur, ſi ſiccum alligetur. Sic vulnera, ulcera & apoſtemata, odoribus per inuncta applicatis, miteſcunt vel exaſperantur.* Muſcorum multæ ſunt differentiæ, quæ omnes juxta *Rajum* ſunt, ut Equiſeti genera pleraque, velut plantæ imperfectæ, quæ partibus præcipuis flore ſcilicet vel ſemine carent vel carere videntur, ut Muſcus arboreus, pulmonarius, &c. *Ammanno* autem Muſcus perfectus eſt, qui habet ſemen & florem ſuum, exemplo Muſci clavati vel Lycopodii, vel aliorum etiam, quamvis ſemina obtutum fugiant. In Helvetia ſunt

Muſcus terreſtris repens vulgatiſſimus Erdmoß: Muſcus hortenſis, Trag. terreſtris vulgaris, Lob. Dod..

Muſcus vulgaris pennatus major & minor, uterque in Prodromo ſub primo deſcribitur, & locis uliginoſis in ſylva Wilenſi provenit. Aprili.

Muſcus terreſtris clavatus, Gürtelkraut / Bärlap / Katzenleiterlein: Muſcus terreſtris, Trag. Matth. Dod. clavatus, Lob. Lycopodium, Tab. In ſylva Auguſtana. Julio & Auguſto.

Muſcus ramoſus repens ſpicatus, & Muſcus ramoſus repens apicibus candicantibus ſub 4. in Prodromo. Uterque ad arborum radices in monte Crentzacho.

Muſcus ramoſus erectus major, qui 5. in Prodr. Eodem quo prior loco: at elegantior & viridior, in dumetis ad Birſam fluvium.

Digitized by Google

Muſcus ramoſus erectus minor, qui 6. in Prodr. In Crentzacenſi monte.

Muſcus ſaxatilis ericoides, 7. in Prodromo. Ad Wieſam fluvium ſaxis adnaſcitur.

Muſcus polytrichoides, qui 10. in Prodr. & triplex eſt, quorum primus in ſylva Wilenſi: duo poſteriores muris inſident.

Muſcus parvus ſtellaris: Muſcus in ericetis proveniens, Lob. In montis Mutetæ herboſis, quâ ad arcem primam itur.

Muſcus pyxioides terreſtris: Muſcus terreſtris pyxidatus alabaſtriculos imitatus, Lob. In montoſis.

Muſcus terreſtris coralloides incanus, qui undecimus in Prodromo: hic ad Wieſam in ſylvis occurrit.

Muſcus terreſtris coralloides erectus cornibus ruffeſcentibus, qui 12. in Prodr. & muſco terreſtri vulgari innaſcitur, & in Wieſæ fluvii arenoſis latè expanſus reperitur.

Muſcus coralloides ſive cornutus montanus, Wild Corallenmoß: Muſcus corallinus, Tab. In montoſis Mutetæ.

Muſcus arboreus ſive Uſnea officinarum, Baummoß: Muſcus arboreus, Trag. Matth. Dod. Tab. quernus, Lob. In arboribus antiquis.

Muſcus arboreus, cum & ſine orbiculis; Muſcus ramoſus, & Muſcus ramoſus floridus, Tab. Arboribus ſylveſtribus adnaſcitur.

Muſcus pulmonarius & arboreus, Lungemoß: Pulmonaria, Trag. Matth. Fuch. Dod. Tab. Lichen arboreus 3. Pr. Quercubus adhæret.

Muſcus filicinus minor floridus, 2. in Prodr. In monte Fracto.

Muſci denticulati. In ſylvis circa Bernam.

Muſcus ſtellatus roſeus. Hic in ſaxoſis montis Telamontii provenit.

Muſcus clavatus foliis cupreſſi, Cypreſſenmoß: Ad radicem montis Pilati. Julio.

Muſcus pyxidatus ſaxatilis. Ad Pilatum.

Muſcus coralloides ſaxatilis cervi cornua referens.

Muſcus cruſtæ modo arboribus & ſaxis adhærens. In Pilato & poſtremum in Gotthardi rupibus.

Ex his enarratis *Muſcus pulmonarius arboreus* ſaporem habet ſiccum, ſubdulcem & adſtringentem, modicè refrigerat, ſiccat, conſolidat, conglutinat, *Uſus præcipuus eſt* in affectibus pulmonum phthiſi, expuitione ſanguinis, hæmorrhagiis. *Extrinſecus* in vulneribus adhibetur.

Muſcus terreſtris clavatus, Lycopodium & Aurum horizontale Vegetabile etiam dictum, præter cauliculos folioſos repentes pediculos in cacumine clavatos Julii inſtar emittens ſaporem habet terreum, amaricantem, ſiccum, adſtringentem, ſalivam prolicientem, hinc refrigerat, moderatè ſiccat, adſtringit,

ſtringit, calculum movet, conſolidat vulnera, in fluxu alvi utilis eſt, inflammationibus conducit. Reperitur in eo farina, ut in Julis corylinis, Alni & tenellis conis pineis, quæ certè inſigni vi pollent antiepilepticâ, ut *in Deſcript. Mat. Med. Officin. Francofurt. Waldſchmidius* aſſeruit: Colligi autem debet hæc farina, monito *Ettmylleri*, ☉ in Ariet. exiſtente, ubi muſcus & juli ejuſmodi ſe leviter aperiunt. Adeò

Rebus in exiguis Vis bona ſæpe latet.

Brunfelſius vocat id Weinkraut eò quòd vinum pendulum reſtituat. Pulvis hic cannulâ exceptus, ſi per flammam candelæ exſufflctur, cum ſtrepitu incenditur, & quaſi fulgurat, cui, ſi maſtiche, benzoin, &c. addantur, grato nares replet odore, quare & ad ignes ludicros eo Moſcowitas uti præter Olearium refert *Elsholtius in Florâ Marchicâ pag.135.*

Muſcus arboreus, *Uſnea officinarum*, ex arboribus adultis villorum incanorum inſtar dependens, (cui comparat *Nuck.in Adenogr.* glandulas conglobatas, quas ob fibroſum contextum *muſcoſas* vocat, ut conglomeratas *vaſculoſas*) odorem habet gravem, terreum, ſaporem ſiccisſimum, nauſeoſum, gravem & terreum adſtringentem. Hinc ejus *uſus* præcipuus eſt in nimio menſium fluxu (ſi v.g. muſcus quercinus cum coralliis *aa.* ℨß. in vino rubro exhibeatur) in calculo & ſabulo expellendo, in ſcorbuto quoque commendatur, dyſenteriâ, ictero (in decocto Cereviſiæ ad dimidias, de quo vid. *Ephem. Germ. Dec. I. Ann. III. Obſerv.* 290.) vomitu, *externè* ſanguinem vulnerum ſiſtit, gingivarum laxitati confert. Præprimis autem curat hernias, ut umbilicalem, ſi cum plantagine in vino rubro coctus applicetur inſtar Cataplaſmatis. *Sim. Pauli* Exomphalum ſæpius ita ſanavit: *℞. Muſc. acac. noſtr. Herb. plantag. herniar. auricul. mur. aa. Mß. perfoliat. Mj.* Coq. in vino rubro, & applicetur. Valet & muſcus acaciæ pulver. intus in Calculo veſicæ aſſumptus & extus decoctus pubi applicatus. Qui Monſpelii in annoſis quercubus reperitur, baſin præbet pulveris Cyprii, qui copioſè Monſpelii paratur.

LICHEN PETRÆUS, Stein-Leberkraut: Ita dicitur, quia *lichenes & impetigines* curat. Juxta *Rajum* autem eſt planta imperfecta caule carens cruſtæ modo in terrâ reptans, cujus ſemina ſuſtinent pediculi è foliis enati: Quare & haud malè poſt muſcos locatur, quia ſcil. inconſpicuo itidem caule donatur. *Saporem* habet aromaticum, odoriferum, gravem, glutinoſum, amaricantem, piſces redolentem, hinc modicè calefacit & ſiccat, abſtergit, hepatica inſignis eſt, uſus præcipuus in hepatis obſtruct. hecticâ, phthiſi, tuſſi, Empyemate (experientiâ Medicorum Baſilienſium) ſcabie, Gonorrhæâ & vulneribus. Eſtque

Lichen petræus latifolius, ſive Hepatica fontana: Jecoria ſive Hepatica

tica fontana, Groß Stern-Leberkraut / Trag. Lichen, Matth. Fuch. Dod. Lichen 1. Lob. Hepatica 1. Tab. Ad fontis labra in Crentzach item Brüglingen, & ad muros humidos in Carthuſiano cœnobio Baſil. præprimis hodie ante carcerem.

LENTICULA PALUSTRIS, Waſſer-Linſen: Ita dicitur, quòd folium ſit lenticulæ formâ, & in aquis (ut inde ſiniſtrè quidam judicarint, eam in ſiſymbrium aquaticum abire) pigris ſtagnantibus reperitur: *Muſcus* ſcil. eſt Lenticulæ ſimilis: Scatet ſale nitroſo, unde *vis ei refrigerans*, ictericа & contra inflammationes, ignes ſacros & podagicos, ſi tum per ſe, tum *in polentâ* imponatur, agglutinat etiam in pueris hernias inteſtinorum, oculis prodeſt. *Clar. D. Michaëlis Oper. Med. p.* 705. laudat Decoctum ejus in lacte ut expertum remedium in gulæ tumoribus rubentibus. Ejus *aqua deſtillata* humores repellit. Nuper, ſcribit *Rajus Hiſt. Plant. T. I. p.* 117. mihi communicavit pro ſecreto infallibili ad Icterum Infuſionem Lenticulæ in Vino albo per 9. dies ℥vj. manè præbendo D. Bates in MS.

Lenticula paluſtris vulgaris. In foſſis variis reperitur.

FUNGUS, Schwam: à funus & ago dictus meritò, ob triſtes eventus ex eorum eſu, ceu præter recentia exempla conſtat ex Euripidis epigrammate, facto in Inſula Icaro, ubi matrem cum duobus filiis & virgine eſu fungorum enecatam vidit:

Sol qui perpetuo cœlorum tramite curris,
An viſum facinus huic ſimile ante tibi?
Pars eadem lucis geminos cum Virgine fratres
Abſtulit & matrem: quatuor urna tegit.

Juxta Bauhinum, pediculum habet longè majorem æqualem, quàm Gladiolus habet, & radice penitus caret, verùm è radicibus arboris & juxta erumpit; horum origo quomodo ſe habeat, eleganter ex principiis mechanicis explicat *Bayle Profeſſor Tholoſanus*, dum nimirum ſpiritus fermentativus in lignis putritis ab humiditate nitroſâ, tonitruali & pluvioſâ exuſcitatus certam percolationem inſtituit. Sunt autem juxta Rajum Fungi *terreſtres* vel pileati & lamellati ut Fungus albus acris, Pfefferling / &c. vel lamellis deſtituti, ut Fungus eſculentus, Morchlen / vel Fungi *arborei*, ut Auricula Indæ, Hollunderſchwämlein / ad ellychnia Zunderſchwämme / ſalignus, ceraſorum, &c. In Helvetia noſtra reperiuntur.

Fungus membranaceus auriculam referens, ſive Sambucinus. Auricula Judæ vulgò Agaricus auriculæ formâ, Tournefort.

Fungus in caudicibus naſcens unguis equini formâ ſeu Fungi igniarii.

Boletus

Boletus Cervinus ſeu Tubera Cervina.

Fungus rotundus orbicularis ſeu Crepitus Lupi. Lycoperdon vulgare. Omnes reperiuntur in montibus, duo poſteriores in Pilato.

Fungus Laricis ſive Agaricus. In monte quodam Rhætorum ſuper Taminium.

Agaricus, qui in ſpeluncis montium Helveticorum reperitur, ſeu Agaricus ſaxatilis vel Fungus petræus, Lac Lunæ Incolis à ſubſtantia alba & ſpumoſa, Geſn. In deſcenſu montis Fracti. Creſcit etiam in Rhætia. De quo in *Regn. Miner.*

Ex Fungorum diviſione patet, quòd Fungi alii eſculenti, alii noxii, alii lapidei ſint. Ex eſculentis optimi ſunt poroſi illi, qui Germ. Morchen dicuntur, & cum jure piperato coquuntur pro excitandâ Venere, ſignaturam enim glandis penis habent, & odorem ſeminalem ſpirant: unde Poëta:

- - - cùm ſint tibi languida membra,
Nil aliud bulbis quàm ſatur eſſe potes.

Comeduntur etiam ex Fungis illi, qui Piperitides à ſapore Pfifferling dicuntur, quibus in præparatione ad evitandam ſtrangulationem additur acetum & aromata; verùm ſi de Viribus Fungorum in genere loqui volumus, dicendum erit, quòd *Fungus qualiſcunque ſit* ſemper malignus & exitialium qualitatum apparatu inſtructus, etſi non ſtatim ſentiatur, frequenter tamen comeſtus neſcio quid ſucceſſu temporis occultæ machinationis in interiori viſcerum adminiſtratione molitur, ut benè *Kircherus* de Peſte obſervavit. In ſpecie ulterius commendatur *Auricula Judæ* in Gargariſmatibus pro affectibus faucium, imò in aquâ roſaceâ macerata, oculis & occipiti applicata, contra Ophthalmiam optimè valet. Injectus in Potum, juxta *Ammannum in Manud. ad Mat. Med. p. 62.* curat etiam batrachium puerorum, imò ſi in lacte priùs coquatur, & cum lacte iſto pulmenta parentur Infantibus, eorum abdomen tumidum, experientiâ noſtrâ, curat.

Fungus vel Boletus Cervi, aliàs Tubera Terræ, Germ. Hirſchbrunſt ita dicitur, quòd reperiatur in iis locis, ubi cervi ſuam libidinem exercent, verùm notante *Bauhino in Pinac. p. 376.* Cordus invenit etiam in præruptiſſimis montium ſylvis, quo ne damæ & rupicapræ quidem pervenire poſſunt, nedum cervi. *Matthiolo* autem referente *in Epiſtol. p. m. 145.* ſcalpunt Cervi anterioribus pedibus locum ubi globoſus hic fungus ſub terra deliteſcit, odore ſe patefaciens, qui nimirum gravis eſt, extima autem ejus cuticula ſubnigricat, carnoſa verò & ipſa fungoſa ſubſtantia albicat. Signatura ipſius monſtrat eſſe aphrodiſiacum, ſi pulveris ℥j. in lacte exhibeatur. Nec deſunt ſuperſtitioſæ mulierculæ, quæ eo abutuntur in amatoriis poculis. *Dan. Ludov. in Dec. I. Miſc. Cur. Ann. IV. p. 271.* refert, omnia quæ de Dudaim in S. S. *Geneſ.* 30. & *Cant.* 7. dicuntur, perquam ipſi quadrare.

Hollandi vocant glandes terræ, & in Tritico (inferius creſcente) reperitur.

Crepitus Lupi dictus ſeu Chirurgorum fungus Bofiſt inſervit pro ſiſtendo ſanguine, uti & alia mira fungorum genera, quæ ſiſtit *Exc. Breynius Dec. I. Miſc. Cur. Ann. IV. p.* 194. & *ſeq.*

Agaricus ſeu *Fungus laricis* ſaporem habet primo guſtu acidiuſculum, poſtmodùm intensè amaricantem, ſiccantem, nauſeabundum, ſalivam abundè prolicientem: Salibus hinc aculeatis, ſeroſos & pituitoſos humores purgat, urinam & menſes movet, catarrho ſuffocativo ſubvenit, ſi ejuſdem pulvis cannulâ gulæ inflетur. *Fungi quercûs* ſingularis meminit *Clariſſ. D. Theod. Caroli in Miſc. Cur. Dec. II. Ann. VIII. p.* 100. ſaporis ſubanſteri & adſtringentis, unde egregius eſt in hæmorrhagiis ſiſtendis. Deſcribit & *Breynius in Miſc. Cur.* quendam Fungum coriaceum quernum.

Lac Lunæ à *Cl. D. D. Cyſato Lucern.* è monte Pilati nobis tranſmiſſum deſcripſimus *in Regn. Miner.* Fungum verò edulem ex lapide Lyncurio enaſcentem deſcribit *Exc. & Ampliſſ. D. D. J. Georg. Volcamerus p. m. Præſes in Miſc. Cur. Dec. II. Ann. III. p.* 414. Hîc & mentio facienda Cœlifolii ſeu Cœlifloris quæ circa æquinoctium in locis ſabuloſis hîc in Helvetia manè ante ortum ſolis reperitur, & quamprimum ſolis radii illud attingunt, in aquam reſolvitur, adeoque ultra horam poſt exortum ſolem non durat, nec uſpiam totâ die reperiri poteſt. Helvetius quidam, ut eſt *in Medicam. Cnöphel. Ann. VI. Dec. I. Miſc. Cur. p.* 185. ex eo fecit pulverem album & cum ejus granis duobus vel tribus ſiſtebat omnes dolores internos intenſiſſimos, eoque ut exterius in ulceribus, ita etiam intra corpus ſummâ felicitate utebatur. Reperitur inſtar fungi magni vel ſpongiæ, foraminoſum eſt & leve tendens in fulvum colorem. De fungulis minimis ſeminiferis vid. *Exc. D. D. Schrökius Dec. II. Ann. X. Miſc. Cur. p.* 411.

CARDUUS, Diſtel: Eſt planta ſpinoſa, folio conſtans aculeato, quod tamen non eſt de eſſentia Cardui ſolùm, bene notante *Ammanno in Charact. Plant. nat. p.* 79. aliàs enim & aloë, Datura, Eryngium, Ononis, &c. forent Cardui, etſi à Bauhino noſtro una in ſtatione locentur. Dicuntur autem acanaceæ corruptè (notante *Salmaſio in Hyl. Jatr. C. III.*) velut acanthaceæ ἐκ τῆς ἀκάνθης, unde corruptè vel latè ſumendo Acanus denotat illud quod velut malum aut caput in Carduo protuberat, nimirum Carduus eſt planta capitata, ſpinoſa, pappeſcens, præſcindendo utrum pappus ille ſolum lateat ſub muricato capite, vel per modum barbulæ aut ſcopulæ ſemini adhæreat. Eſtque

Carduus pratenſis latifolius: Carduus pratenſis, Trag. Lob. *Rajo* eſt herba capitata pappeſcens ſpinoſa ſpinulis mollibus, hincque à Tournefortio è numero Carduorum rejicitur, ut aliquot aliæ ſequentes ſpecies; Ipſique

Ipſique eſt Cnicus pratenſis acanthi folio. In omnibus pratis humidis, & ad rivulos. Julio & Auguſto.

Carduus pratenſis Aſphodeli radice, foliis profundè & tenuiter laciniatis: Jacea aculeata ſeu tuberoſa, Tab. Cirſium pratenſe aſphodeli radice latifolium, Tournefort. In pratis Michelfeldæ.

Carduus pratenſis polycephalos, vielköpffige Wieſendiſtel/ qui ſub ſexto in Prodromo deſcribitur. Iisdem, quibus prior, locis.

Carduus paluſtris, in Prodromo ſub 5. deſcriptus. Cirſium pratenſe polycephalon caule minor ſpinoſo, Tournefort. In pratis Michelfeldæ, & in arenoſis herbidis ad Wieſam.

Carduus vinearum repens folio Sonchi: Ceanothus Theoph. Lugdunenſi. Cirſium arvenſe Sonchi folio radice repente, Tournefort. In vinetis Muttenſibus.

Carduus in avena proveniens, Haberdiſtel: Carduus ſylv. Trag. arvenſis, Tab.

Carduus mollis latifolius lappæ capitulis. In montibus propè Curiam Rhætorum.

Cardui pratenſes humectant & refrigerant, multò magis tamen *paluſtres* & viribus ad ſonchum & hieracia accedunt. Præter hos datur Carduus benedictus (qui ſemen pilis barbatum habet) cujus ſapor amariſſimus, & hinc Febribus convenientiſſimus tam in pulvere quàm in aqua. Diſſolvit & intus viſcoſum ſanguinem eſt, ut Carduus Mariæ, de quo mox & *in Deſcript. Virt. ſimplic. Officin. Baſilienſ.* Conducit & egregiè in Cephalalgiâ tum aqua intus pota & extus linteolis applicata, maximè ſi una pulvis cum pane aſſumatur. *Exc. D. Petri* aſylum languentium ob vires polychreſtas meritò nominavit *Tr. peculiari* de eo conſcripto. Florent menſe Julio.

CIRSIUM, Welſch Ochſenzungen: Cardui eſt ſpecies, ita dictum, quòd dolores κιρσῶν ſeu varicum ſedet: cujus ſummitati inſident capitula in ſummo purpurea, quæ in pappos ſeu lanugines ſolvuntur, cujus ratione etiam ad Carduos refertur, ut Cirſium Italicum, quod Lugduni in Horto Pharmacopœi vidi. Ejus Vires autem nec à Veteribus nec Recentioribus ſufficienter explicatæ ſunt, nullum tamen eſt dubium, quin ad Ulcera & ad Vulnera amaritie ſuâ alkalinâ egregiè conducat, ceu aliàs *Spigelius Iſag. in Rem Herbar. L. II. C. 4. p. m. 151.* refert ex tribus plantis ſemper unam vi vulnerum ſanativâ pollere; Quippe cum montes Piſanos & Bononienſes, ait, peragrarem habitu ruſtico, ne agricolæ me cognoſcerent, ac latrones deprædarentur, multa de Plantarum Viribus colonos ſedulò percunctatus (quorum quæ nova erunt, incognitaque hactenus herbariis & à pluribus confirmata, in librum Obſervationum redegeram, quem in poſteritatis commodum

modum publicare decreveram, niſi quidam mihi eum nocte in itinere abſtuliſſet) deprehendi tertiam & amplius Plantarum partem, quarum vires adhuc incognitas ſcripſeram ex ruſticorum relatu (erant autem plures quadringentis) ad recentia vulnera valere. Nec deeſt ratio: ſiquidem ex plantæ, quæ in montibus naſcuntur, magnâ ex parte ſiccant & adſtringunt, ea verò quæ glutinant, craſſarum partium eſſe debent ſimulque ſiccare & adſtringere in ſecundo gradu, ſive calida ſint ſive frigida. Eſtque

Cirſium ſingularibus capitulis, Stechende Diſtel mit groſſen hangenden Knöpffen: Cirſium, Dod. alterum, Lob. Eſt Carduus nutans, J.C. è ſpinoſiſſimis, Rajo. Hoc duplex in monte Waſſerfall. Julio.

Cirſium anguſtifolium: ſub Carduo 2. in Prodromo deſcribitur, & ubi prior reperitur.

CNICUS, Drawdiſtel: ἀπὸ τῦ κνίζειν, quod mordere & pungere ſonat, *foliis* conſtat oblongis per ambitum diviſis, aſperis, aculeatis, caulis cubitalibus, & in eorum cacumine capitulis olivæ magnitudine, flore croci, ſemine candido ac rufo, oblongo, anguloſo, vel juxta *Rajum* eſt Herba flore è floſculis plurimis compoſito ſtellato, ſeminibus papposis foliis diſſectis & ſpinoſis, florum petalis marginibus cuſpidatis. Ut & ſequens *Carlina acaulos magno flore*. Quoad Uſum *Matthiolus* refert à fœminis uſurpari in lixivio ad abluendos capillos, qui flaveſcunt inde & pulchriores efficiuntur, & à pediculis & lendibus immunes redduntur. Verùm quia juxta *Rajum* Cnicus ſylveſtris hirſutior idem eſt, quod Carduusbenedictus, ut *Hiſt. Plant. p.* 303. docet, longè adhuc excellentiores virtutes ipſi erunt adſcribendæ, ut ſunt, præter eas quas in Carduo modò allegavimus, quòd præprimis valeat in conſolidandis putridis & contumacibus ulceribus, & in Cancro ipſo, ſi ſcil. pulvis inſpergatur & linteolis aqua deſtill. applicetur, vel Emplaſtrum conficiatur ex decoctione foliorum in Vino additâ *axung. porci, & far. tritici*. Laudatur in doloribus colicis, nephriticis, iſchiadicis, &c. aliiſque ſpinis morbificis vel ex ſignaturâ.

Cnicus ſylveſtris ſpinoſior: Atractylis ſive Carthamus ſylv. Trag. Carduus vulgaris, Matth. Atractylis vulgaris mitior, Fuch. Carlina ſylv. Dod. Cirſium luteum Sequanorum, Lob. Heracantha, Tab. Ad agrotum margines. Julio.

CARLINA, Eberwurtz: Quaſi apri herba, quia apri ejus radices expetunt, non, ut *Fuchſius* vult, quòd ſues, ſi in polentâ exhibeatur, perimat. Etiam Chamæleon à foliorum varietate dicitur, *Carlina* verò quaſi Carolina, quòd credatur, hanc herbam Carolo M. ab Angelo monſtratam fuiſſe, tanquam certiſſimum remedium ad depellendam peſtem ab exercitu ſuo; egregia enim

Digitized by Google

enim eſt in Mixturis antipeſtilentialibus, v.g. in ſeq. Electuario 1667. Baſileæ uſitato: *℞. Rad. cardopat. bardan. angelic. tormentill dictamn. alb. petaſit. aa. ʒj. Fol. ſcord. ℥ij Boli arm. in ſucc. citri lot. C. C uſt. aa. ℥iij. Rob junip. ℥jß. Theriac. opt. Mithridat. opt. aa. ℥ijß. Succ. rut. ʒß. Mell. opt. deſpum. q. ſ.* Miſc. F. Elect. Quòd ſi autem Carlina attentè conſideretur, patebit, quòd illa ſit Carduus ob ſemen barbatum & ſpinas foliaque aculeis minacibus horrida, quæ fortè indicium præbent latentis ſalis balſamici particulis aculeatis & anguloſis furcatis prædìti, unde vis putredini peſtilentiali reſiſtendi; Ejus Caulis pedem altus atrorubens ſurgit, unde & *Rajo* judice, rectè Carlina acaulos & cauligera eadem ſpecie planta cenſetur. Carlina *ſaporem* habet radice ſua acrem urentem, dulciſſimum, qui ſalivam provocat & pectus dilatat, ob vim aromaticam, quam poſſidet, antihypochondriaca (experientiâ Philippi Melanchthonis) alexipharmaca & ſudorifica eſt, ut & emenagoga, & tineas ventres necat: Præprimis autem notatu dignum eſt virtutem huic Radici ineſſe magneticam, quâ geſtata, præſertim juxta magnetem, quo ſcil. virtus hæc augetur, laſſitudinem comitibus inducit, id, quod Obſervatione peculiari in *Miſcell. Curioſ. Dec. II. Ann. I.* ſiſtimus, Sic & *Ettmüllerus* refert, ſi, quando in Collo geritur, ab altero conjuge invitâ unâ parte, faciat ut hæc debilitetur. Juxta Rajum ejus ſpecies ſunt

Carlina acaulos magno flore, Eberwurtzel: Chamæleon albus, Matth. Lob. Carlina humilis, Dod. Hæc & ſubſequens in monte VVaſſerfall. Julio & Auguſto floret.

Carlina cauleſcens magno flore: Chamæleon niger vulgaris, Trag. niger alter, Matth. Chamæleon albus, Fuch. caule donatus, Lob. Carlina ſive Leucacantha, Dod.

Carlina acaulos minore purpureo flore: Chamæleon albus ſive exiguus, Trag. Carduus acaulis Septentrionalium, Lob. Cirſium acaulos minore purpureo flore. Tournefort. In pratis circa VVaſſerfall.

Carlina polycephalos alba. In paſcuis apud Tigurinos provenit.

Carduus albis maculis notatus vulgaris, Weiſſe Wegdiſtel: Carduus Mariæ, Trag. Fuch. Tab. lacteus, Matth. Silybum, Lob. Carlina leucographis, item Rajo dicitur Carduus Leucographus. In fimetis, Junio.

SPINA alba tomentoſa latifolia ſylveſt. Wegdiſtel mit purpurfarben Blumen: Spina alba 3. Trag. alba ſyl. Fuch. Acanthium, Matth. Dod. Lob. vulgare, Tab. Rajo eſt herba flore è pluribus floſculis fiſtularibus compoſito capitato ſeminibus papposis foliis lanceatis tomentoſis & incanis. Paſſim ad ſepes, & in fimetis. Julio & Auguſto.

Carduus ſpinoſiſſimus latifolius ſphærocephalus vulgaris: Carduus ſyl. 1. Dod. ſub Carduo 3. in Prodromo deſcriptus. Secus vias & frequentiùs in dumetis humidis.

Digitized by Google

Carduus ſpinoſiſſimus anguſtifolius vulgaris: Carduus ſyl. 3. Dod. Carduus ſpinoſiſſ. vulgaris, Lob. Polyacanthos Theoph. Tab. Ad agrorum margines.

Carduus lanceatus latifolius, Scheerdiſtel; Carduus lanceolatus, Tab. In incultis & ad ſepes ubique ferè provenit.

Carduus lanceatus anguſtifolius; hic 4. in Prodromo, & flore albo variat. In nemore ad pontem Wieſæ reperitur.

DIPSACUS, Weberkarten: Id eſt, *ſitibundus*, nomen à contrario invenit, folia enim cingunt caulem inſtar labiorum, in quibus aqua pluvia colligitur. Juxta Rajum ejus Species ſunt ex herbis flore compoſito corymbiferis affinibus, uti & ſequens Eryngium vulgare, unde & *Ammanno* propriè non eſt carduus ſed Eryngium propter fructum.

Dipſacus ſyl. ſive Virga paſtoris major: Carduus fullonius erraticus, Trag. quia ſcil. capitibus fullones pannos ceu pectinibus fricant. Labrum Veneris, Lob. alterum, Matth. Dipſacus, Tab. purpureus, Fuch. Dipſacus ſyl. Dod. Ad agrorum margines.

Dipſacus ſyl. capitulo minore, vel Virga paſtoris minor: Cardui fullonii 3. genus, Trag. Virga paſtoris, Matth. Lob. Dipſacus 3. Dod. In dumetis humidis & cœmeteriis.

Quoad *Vires* notandum, quòd Aqua pluvialis in alis foliorum hujuſce plantæ ſtagnans commendetur ad verrucas abigendas, ſi manus eâ aliquoties laventur. Hujus ſingulis capitulis ſinguli vermiculi, quos idcircò meritò *ſolitarios* dixeris, non rarò inveniuntur, qui etiam in Epilepſia ſpiritum humanum (quem *Helmontius Tr. Spir. Vit.* §. 24. *p.m.* 123. vocat ſanguinem à fermento cordis reſolutum & volatiliſatum in auram ſalinam & illuminatam à vita, Bartholinus verò flammulam cordis, Biolychnium alii) aliter incitant & excitant, conforment, non ſecus ac de Vermiculis Cynosbati in *Regn. Veget. P. I.* diximus. Hos impari numero *penna anſerina* incluſos in febre quartana collis remedii loco appendere vulgus in Anglia ſolet. Præprimis autem laudatur herba & ſemen in morſu canis rabidi, ſi nimirum Herba hæc cum *rut.. abrotan. ſalv.* in aceto infund. addaturque parum *Theriacæ*, de quo intus hauſtus aſſumendus & omni mane cum bacillo è vite extus aliquid applicandum.

ERYNGIUM, Mannstrew: Ita dicitur ab ἠρύγω, i.e. ructu, quo afficitur capra, ſi de eo aliquid guſtarit, unde ſubſiſtunt reliquæ ſequentes, velut attonitæ, uſque dum ructu ramulum denuò ejecerit. Gerras tamen Germanas hoc vocat Rajus. Planta eſt, plurima habens capita, nimirum ſui generis capitata ſpinoſa non pappeſcens, ſeminibus ſolidis, floſculis villoſis

ſeu

ſeu ſtaminoſis in capitulo echinato diſpoſitis. *Radix* habet ſaporem ſubdulcem, ut paſtinacæ, unde conditur pro aphrodiſiaco, & ingrediens eſt *Diaſatyrii Nicolai*, aliàs temperatè calida eſt, diſcutiens, aperiens, hepatica, nephritica & alexipharmaca, menſes ciet (etſi & ſiſtere dicatur in Decocto exterius ab auribus uſque ad os ſacrum uſque lavando corpus) & omnes obſtructiones ſolvit. Species ſunt

Eryngium vulgare: Eryngium, Matth. Fuch. Tab. primum, Trag. campeſtre, Dod. campeſtre mediterraneum, Lob. Ad agrorum margines.

Eryngium arvenſe foliis ſerræ ſimilibus: Crithmus agreſtis, Trag. Crithmum 4. Matth. Tab. Eryngium 4. Dod. Eryngium montanum, Lob. Hæc Eryngii ſpecies C. B. eſt ex Umbelliferis foliis plurifariam diviſis ſemine citri, etiam minore & breviore, uti Apium, Cuminum, juxta Rajum. In agris ad domum ſclopetariorum.

ANONIS, Hauhechel / Harnkraut: Ita dicitur à non juvando (vel ὄνος asinus) quòd nullam utilitatem præbeat, cùm aratoribus (unde Remora aratri dicitur) inimica ſit, cujus occaſione *Urſinus in Acerr. Philolog.* comparat Philoſophiæ ſcholaſticæ. Quamvis ſpinam habet, non tamen ad Carduos eſt referenda; unde potius refertur à *Rajo* & *Ammanno* ad Trifolii genera, quæ ſunt herbæ tetrapetalæ flore papilionaceo trifoliatæ, quare dicitur, Legumen ſpinoſum trifoliatum, cujus ſiliquæ arrectæ ſunt. Quòd ſi in Vires diligenter inquirere velimus ob *ſaporem* ſubacrem & ſubamarum, diuretica eſt & lithontriptica, hepar obſtructum curat, quapropter Ictericis & Hydropicis ingenti commodo propinatur; hujus Schorerus exemplum notatu dignum in *Medicinâ Peregrinant.* tradit. Unde in veſicæ & renum calculo non ſuppar haberi remedium ſcribit *Frideric. Hoffm. in Clav. p.* 517. & non ſine cauſa Anil ſeu Indigo Guabalupenſis eſt Anonis Americana folio latiori ſubrotundo: putredini oris & dolori dentium reſiſtit in aqua & aceto radix ejus decocta. Eadem radix pulveriſata vel decocta Sarcocelen juxta *Scultetum* & hydropem uteri maximè ovarii muliebris juxta *Wepferum* curat. *Ettmüllerus* laudat pro inſigni Diuretico & Lithontriptico Eſſentiam ejus infuſione repetitâ in Vino Malvatico factam, unde expreſſione & aliquali abſtractione factâ tandem ſal ejus fixum ſalſum additur. *Etzlerus* refert herbam collectam ♃ve Marti juncto contra latrones, rixas, &c. defendere. Equites Germani *Urinalem* aut *Urinariam*, Harnkraut dicunt, quod ejus decoctum equis mejere nequeuntibus offeratur, antequam ſpinas producit, conditur cum ſale pro cibario. Species autem ſunt.

Anonis ſpinoſa flore purpureo: Reſta bovis, Trag. Anonis ſive Ononis, Matth. Tab. Anonis, Fuch. Dod. Ononis, Lob. Trifolium Ononis di-

Digitized by Google

ctum ſiliquis erectis curtis lentiformibus vulgare flore purpureo, Moriſ. Paſſim in arvis, etiam monte Muteto. Floret Julio & Auguſto.

Anonis non ſpinoſa flore purpureo & albo. Creſcit in dumetis per Helvetiam. Julio & ſeq.

CAPUT XIII.

De pleriſque Fruticibus & Arboribus, Geniſtâ, Coluteâ, Anagyri, Piſtaceâ, Sumach, Sorbo, Fraxino, Corylo, Fago, Quercu, Caſtaneâ, Nuce juglande, Viſco, Tiliâ, Ulmo, Oſtryâ, Betulâ, Alno, Euonymo, Viburno, Populo, Acere, Platano, Malo & Pyro ſylveſtribus, Pruno ſylveſtri, Corno, Ceraſis, Cotonaſtro.

DE Herbis in Capitibus præcedentibus hucuſque actum quæ ſive unicaules ſeu multicaules fuerint, multò magis quæ caule penitus carent, ſtaturâ minores & teneriores fuerunt, ut *Mentha, Phyllitis, &c.* nunc nobis agendum de Plantarum ſpeciebus aliis, quæ maximæ altiſſimæque ſunt, ut Arbores & mediæ ut Frutices, quarum illæ ſimplici trunco eoque duriore aſſurgunt, ut *Abies*, hi verò caudice multiplici, lignoſo tamen ut *Corylus*. Diviſionem generalem harum non malè ſiſtit *Tournefortius in Element. Botan. p. 65.* quòd aliæ ſint flore *ſtamineo*, ut Fraxinus, Buxus; aliæ flore *amentaceo*, ut Nux, Corylus, Quercus, Ilex, Fagus, Caſtanea, Abies, Pinus, Larix, Alnus, Betula, Juniperus, Platanus, Salix, Populus, aliæ flore *ſimplici*, ut Rhamus, Laureola, Liguſtrum, Ulmus, Sambucus, Viburnum, Vitis Idæa, vel flore *roſeo*, ut Rhus, Tilia, Frangula, Hedera, Vitis, Berberis, Rubus, Acer, Euonymus, Ceraſus, Pyrus, Malus, Sorbus, Roſa, Groſſularia, Cornus, Meſpilus; vel flore *leguminoſo*, ut Geniſta, Cytiſus, Colutea. Ex hac ultima ſpecie ſit ergò primò

GENISTA, Pfriemenkraut oder Genſter: à Genu dicta, aliàs Scorpius, ſpecies ſunt frutices bacciferæ foliis deciduis, vaſculo ſiliquoſo flore papilionaceo ſpinoſæ & non ſpinoſæ, verùm vix hoc ſufficit pro charactere juxta *Ammannum*, quia etiam dici poſſit de Cytiſo. Eſtque

Geniſta ſpinoſa minor Germanica, Klein ſtechend Pfriemenkraut: Geniſtella,

niſtella, Trag. Fuch. Dod. Geniſtella aculeata, Lob. Tab. Geniſta-Spartium minus Germanicum, Tournefort. In monte Muteto. Majo & Junio.

Geniſta tinctoria Germanica, Klꝛine Fä: berpfriemen: Ferula, Trag. Flos tinctorius, Fuch. Geniſta tinctoria, Dod. Geniſtella infectoria vulgi, Lob. Geniſtella tinctoria, Tab. In arenoſis & montoſis. Junio.

Chamægeniſta ſagittalis: Chamæſpartium, Trag. Tab. Geniſtella montana, Lob. In arenoſis ad Wieſam & S. Jacobum & alibi in arenoſis.

Geniſta Tinctorum ſaporem habet ſubamaricantem, terreum, nauſeabundum, ſalivam provocantem, partium hinc tenuium (ad tingendum hinc etiam expetita, de quo alibi) hinc movet menſes, urinas educit & calculum, vomitum & ſeceſſum ciet, in ictenitiâ conducit, ſi cum aliis apecientibus infundatur, v. g. ℞. *Flor. geniſt. calendul. cheri aa. P. ij. rad. chelid. maj. curcum. rhei el. aa.* ℥ij. *Croci or.* ℈j. miſc dentur ad ſacculum pro dimid. part. Menſ. Vini albi & dimid. part. Menſ. Aq. font. Vel etiam Cineres eorum in Infuſo cum aliis exhibeantur, de quo vid. *pag.* 224. *Remed. Angl. & p.* 216. ubi Unguentum hæmorrhoidale ingrediuntur. Conſervam ex floribus flavis quidam inde parant in affectibus ſpleneticis, uterinis, aliiſque maſſæ ſanguineæ depravationibus utilem, v. g. ℞. *Conſ. fl. geniſt.* ℥iij. *Conf. alkerm.* ℥ß. in qua ſumatur *pulvis ex Bezoard. mart.* ℈ß. *ſal. antim. Cinnab. antim. vel nat. aa. gr. vj. pro doſi.*

COLUTEA SILIQUOSA, Lombardiſche Linſen: *Rivinus* vocat Coronillam majorem ob flores inſtar coronæ: Duplex autem aliàs eſt Colutea vel folliculata ſeu veſicaria, cujus ſemina ſcilicet veſicis includuntur, quò refertur Senna, vel ſiliquoſa, quæ nimirum conſtat floribus papilionaceis & ſiliquis iſthmis interceptis, ut hæc Colutea ſcorpioides, ita dicta (quæ quia gaudet ſiliquis articulatis malè idem cum Veſicariâ nomen habet) quòd floribus ejus luteis ſuccedant ſiliquæ oblongæ tenues articulatæ ſcorpioidi ſimiles, ſemina oblonga ruffa ſingula in ſingulis articulis continentes. Deſcriptionem & figuram ejus ſiſtit *Baubin. in Matthiol. pag. m.* 573. nimirum eſt ex fruticibus floribus papilionaceis ſpinis carentibus impari in extremæ coſtæ folio, foliis viridioribus, vaſculis ſeminalibus veſicæ in modum turgidis & velut inflatis.

Colutea ſiliquoſa ſive Scorpioides major: Colutea Scorpioides, Lob. prima, Tab. In montoſis paſſim ut Crentzach. Mutet. Waſſerfall. Vires ſennæ æmulatur.

ANAGYRIS ALPINA: Stirps eſt flore papilionaceo geniſtellæ ſimili flavo, foliis ex uno tuberculo pluribus, cortice virente, ſemine lentis magnitudine inſtar renis. Uſus ligni ad palos ſepium ſaltem, illa verò, quæ

Digitized by Google

fœtida anagyris dicitur, ſale acri purgat, ſi fortè folia ejus vaccæ vel capræ deglutierint.

Anagyris non fœtida. Creſcit in montibus prope Genevam in monte Jurâ & alpibus Sabaudicis. Floret Junio.

CYTISUS, Geißklee: à Cyntho Inſulâ dictus, varias habet ſpecies. In Helvetia naſcitur ejus ſpecies juxta *Exc. D. D. Wagnerum in Catal. Plant. Helv.* (cui accedit Cytiſus Africanus Rivini ipſi ab *Excellent. Botanico Batavo D. D. Hermanno* ſub nomine Trifolii ſpicati ſiliquoſi Africani miſſus) quæ Cytiſus glaber nigricans dicitur, qui frutex eſt inſtar rhamni & folia fœnugræci gerens, quæ digitis trita erucam olent, unde vim habent digerendi, diſcutiendi extus, intus verò diureticam.

Cytiſus glaber nigricans, C. B. Rajus eum reperit etiam in itinere à Vienna ad Venetias.

PISTACIA GERMANICA, Pimpernüßlein: Folio eſt Sambuci, floribus albicantibus racematis diſpoſitis, uti & fructus, qui rufo colore inſtar ciceris in folliculo provenit, in quo ſubvirens nucleus includitur, ſapore dulcis, ſed nauſeoſus. Vocatur & *nux veſicaria*, quia fructus circumdantur veſicis, ut baccæ ſolani halicacabi, nimirum juxta Rajum eſt ex arboribus nuciferis nuce teſtaceâ majore oblongâ, tegumento exteriore ſaltem cùm exaruerit ſcabro, foliis arboris pinnatis.

Piſtacia ſylveſtris: Nux veſicaria, Trag. Dod. Staphylodendron, Matth. Tab. In ſepibus, ſylvis. Floret Majo, nuclei Septembri maturi ſunt.

Vires æmulatur nonnihil Piſtaciarum peregrinarum, quæ ſunt *ſaporis* pinguis, dulcis & ſubadſtringentis, ſi ſcil. recentes ſint, & optimum nutrimentum ſuppeditant, hepatis obſtructiones tollunt, ut & mucilaginem pulmonum per anacatharſim ejiciunt. Germinationem earum ex gemino umbilicali folliculo eleganter ſiſtit *Exc. Schelhamerus Dec. II. Ann. VIII. Miſc. Curioſ. pag. m.* 371. Ex nucleis calvariæ commodè exprimi poſſunt ſculpturâ leni.

SUMACH ſeu RHUS CORIARIORUM, Gemein Sumach: Ita dicitur, quòd ejus acinis ſeu baccis adſtringentibus Coriarii utantur pro firmando corio, unde & ſi Infuſum ejus ſolutioni vitrioli injiciatur, nigredo exoritur, quæ indicio eſt adeſſe adſtrictionem ſale ſociatam. Hac in condimentis pro ſale utebantur Antiqui, & adhuc hodie Syri & Ægyptii. Solet aceto injici à mulierculis, qui inde fortitudinem ejus acquirere ſtudent, uſurpatur, & pro reprimendâ pauliſper materiâ Variolarum, & ab oculis arcendâ: ℞. *Sem. ſumach groſſè contuſ.* ℥ß. *Aq. plant. roſar. aa.* ℥iiij.

Bulliant

Bulliant parum, add. *Croci pulv.* ℈ß. miſc. & illinatur. Decocto corticis Galli hodie ad Gonorrhæam utuntur.

SORBUS, Groſſer Malbaum: Sorbus alia eſt ſativa ſeu domeſtica alia ſylveſtris. Sativa fructum profert, ſeu Sorba ſimilia pyris minoribus, quæ viridia decutiuntur, ut poſtea in ſtraminibus mollia facta comedantur, ut meſpila; habentque vim adſtringendi, magis autem ſi dura adhuc ſunt; dicitur Bauhino *Sorbus fructu ovato.* Sorbus autem ſylveſtris duplex eſt, torminalis ſcilicet & ſylveſtris, qui apud nos reperitur, ſuntque omnes ex Arboribus bacciferis, ut infrà *Euonymus, Juniperus* & Fungus ipſi adnaſcens levis, albicans, ſpongioſus, ſiccatus & pulveriſatus, datus à ℈ß. *ad* ʒß. in liquore conveniente datus, euporiſton eſt ſæpius expertum in Dyſenteria, teſte *Hagendornio Dec. Miſc. Cur. Ann. V. Obſ. XCIII. p.* 260.

Sorbus ſyl. quæ Aucuparia: Fraxinea arbor, Trag. Sorbus ſyl. Matth. Tab. alpina, Lob. Ornus, Dod. In monte Muteto. Majo ut præcedens.

FRAXINUS, Eſchenbaum: Solaris eſt *Arbor*, excelſa, procera, ligno candido nervoſo molliore, criſpiore magis enodi, juxta Rajum, conſtans, vaſculis ſeminalibus membranaceis membraniſque extantibus alatis oblongis, ſemine extremum inferius, ſeu quod ad pediculum eſt occupante, foliis arboris pinnatis. Ejus duæ ſpecies à *Dioſcoride* jam notatæ etiam in Helvetia noſtra reperiuntur, teſte *Curioſiſſ. Helvetiæ Curioſæ Deſcriptore Clar. D.D. Wagnero* una ſcilicet excelſior latioribus & majoribus tum foliis tum fructibus, altera humilior minoribus & anguſtioribus. In ſiliquis ejus oblongis contentus *Fructus* ſive ſemen *Ornogloſſum* & *Lingua avis* dicitur, ex quo expertiſſimum (vid. *Glauber.*) in Nephritide oleum hîc quidam Pharmacopæus deſtillavit, quod tamen minimâ ſaltem quantitate prodit; Elæoſaccharum ex eo cum Ol. ſem. dauci & Nitro perlato paratur. Lignum Fraxini mirâ vi ſympatheticâ pollet in ☌☉☽ in Leone Julio cæſum, vel in ☌☽ & ☉ in Tauro menſe Septemb. unde ſi ſanguis è vulnere effluens illud inficiat, mox ille ſiſtetur, & vulnus curabit. *Ettmüllerus* hujus rei experientiam quoque ſiſtit in Virgine diutinâ hæmorrhagiâ narium laborante, quæ applicatione hujus ligni ad nares ejus mox convaluit. *Excellent. Joh. Georg. Sommerus* Oleum ligni hujus per deſcenſum paratum egregium vulnerarium expertus eſt in Fabro lignario, qui inſtrumento ferreo palmam penitus perforabat. Vid. *Dec. II. Miſc. Cur. p.* 390. Ex fraxino haſtæ, menſæ, vaſa & utenſilia multa fiunt: Fiunt & *pocula*, ex quibus ſi quis aſſiduè bibat, non triſtari & lienem extenuari ajunt, cujus nomine & *corticis decoctum* quidam exhibent, quo etiam aliqui vice *ligni Guajaci Germanorum* cum ſucceſſu utuntur, Cęſalpino monente, addens ejus corticem internum aquam in quâ maduerit

Digitized by Google

maduerit cœruleam reddere. *Cnophelius* cum *lixivio ciner frax. aquâ fl. til.* parato ungulam alcis raſam in pultem redigit, & cum cornu alcis & gummatibus Corallia artificialia nigri coloris parat contra Epilepſiam ☉le in ♌ & ☽ decreſcente. *Etzlerus* de ſale Fraxini teſtatur illud à veneno peſtilentiali præſervare, quia ſcil. Fraxinus ſolaris ſit arbor & ſolaria quæque creata venenis omnibus è diametro opponuntur. Manna & in hac arbore colligitur in Calabriâ, maximè in iis ramorum partibus, quibus foliorum pediculi iiſdem annectuntur, Manna hæc ad ℥ij. *cum crem. tart.* ʒj. *in aq. ſcabioſ.* & parum *cinam.* ſoluta optimum præbet thoracicum purgans. Creſcit in montibus & ſylvis, in fine Septembris, grana ſunt matura.

Fraxinus excelſior: Fraxinus, Trag. Matth. Dod. Lob. Tab. In dumetis ad Birſam quâ ad S. Jacobum itur.

CORYLUS, Haſelſtauden: à *καρύα* nuce dictus. Frutex eſt notiſſimus, cujus Lignum meritò Heraclinum dici poteſt, unde ſunt, qui *Lignum S. Johannis die* (*Paracelſus* obſervat ☽ in ♋ unà tum exiſtentem) *cæſum*, vulneribus & contuſionibus ſolo affrictu mederi credunt. Deſtillatum præter aquam acidiuſculam Oleum præbet vermes & epilepſiam ad *guttas vj.* datum certò curans, prout & extus vim anodynam demonſtrat, dum odontalgiæ ad inſtar Olei buxi medetur. Paratur autem dum in taleolas diſſectum inditur retortæ argillaceæ & igne gradatim aucto in aren. deſtillatur. Verùm lignum hoc tempore balſamico eſt colligendum, quod eſt quando ☽ verſatur in Cancro & quidem die Veneris ante ortum ſolis, ut notat ex ipſis ſecretis Rulandi Clavibus. *D. Vict. Schneiderus in Diſſert. de Epilepſ. 1667.* habitâ, nam alio tempore collect. fœtet hoc Oleum & virtute epilepticâ eſt deſtitutum. Tandem notandum, Vermes illos, qui in vireſcentibus adhuc avellanis hærent, tandem in ſcarabæos commutari. *Folia* inſecta habet, ut *Ulmus*, & Robur; quidam florere exiſtimant, ſed poſtquam fructus decidit racemoſum quid, vermis prægrandis magnitudine naſcitur ex uno pediculo pingui (*Julos* nonnulli vocant) quod ex minutis ſquammis innumeris ordine nucis pineæ conſtat, ex quo exiccato pulviſculis inſtar ſeminis lycopodii elabitur, qui in Epilepſiâ expertum eſt remedium, teſte *Waldſchmidio in Deſcript. Mat. Med. Catal. Francofurtenſ.* adeò ut inde colligendum ſit particulis illum abundere antelaſticis, elaſticis ſcilicet juxta *Williſium* oppoſitis. Viſcus corylinus ad ℈j. datus certum eſt remedium in partu difficili, experientiâ *D. D. Mülleri Tugienſis*, qui nobis iſtum tranſmiſit; *Ettmüllerus* certè in Epilepſiâ quoque curandâ vix hunc viſcum, ut Oleum è ligno, ſimile remedium habere apertè fatetur; ſed colligendum ſuadet Lunâ creſcente inter duos dies Beatæ Mariæ, ſic enim & contra Magicas incantationes laudabile eſſe remedium. Not. autem Magum dici juxta quoſdam à Mye

Guſch

Guſch Turcarum, quod hominem auribus brevibus denotat, & quòd talis eſſet primus Magorum pater, quod ſi verum eſt, conferri poterit cum iis, quæ *Juſtinus* habet de auribus Mago à Cambyſe præciſis; Uſitatiùs autem Magus idem eſt, ac ignis cultor. Num verò pro Magis ſint habendi, qui ad inveſtigandos theſauros in terra reconditos virgas colurnas adhibent certis temporibus reſectas, meritò dubitatur, quia mira eſt effluviorum & corporum harmonia, de quo vid. *Regn. Miner. p.* 18. Et talis virgula divina eſt ea ipſa virga Dei, quam Moſes manu geſtaſſe dicitur in *Exod.* 4. 20. cenſente *Huetio in Concord. Rat. & Fid. p. m.* 196. *Avellanæ* autem fructus ejus ſunt terreſtris naturæ & ſtomacho nocent, quamvis plus juglandibus nutriant, *capitis dolorem* cauſantur, *dyſenteriam inducunt*, ſed *dolorem renum & calculum mirè ſanant*: Perforatur ab Inſectis fructus hic à vermiculis extus irrepentibus veſtigio quodam in obtegmine relicto, ſecus ac in Nucibus, Juglandibus, quorum cortex amarus eos arcet. Cæterùm Corylus quandoque mirè in craſſitiem excreſcit, ſic enim ad Luzeloviam corylus viſa, cujus trunci circumferentia, *Wagnero* teſte, ſeſquiorgyas continebat, imò *Haffnero in Chron. Solod. p. m.* 257. in horto Patr. Franciſc. Corylus tam patulis extabat ramis, ut Ampliſſ. Magiſtratus Solodor. An. 1579. magnum convivium ſub ea celebrarit. Menſe Auguſto ad maturitatem pervenit. Eſtque

Corylus ſylveſtris, Gemeine Haſelnuß mit kleinen runden weiſſen Kernen: & Trag. Matth. Lob. Nux avellana ſyl. Fuch. Dod. hinc ex Arboribus nuciferis. In dumetis. Februario & Martio flores ſtellatos rubentes oſtendit.

FAGUS, Buchbaum: à φάγω, edo, quòd ante fruges, Euſthatio notante, homines ejus fructu veſcebantur. Fructum habet levem, triangularem, glandeum in calice echinato, *placido* tamen & levi, ſed non hiſpido, ut *Caſtaneæ*, illis tamen dulcedine ſimilis, unde porcis in cibum venit eoque ſaginantur, nimirum juxta Rajum eſt arbor nucifera nuce tenuiore & cruſtaceâ, minore ſcabrâ, foliis brevioribus per margines æqualibus, cortice albente levi nucleis triquetris, in quo tamen particulare quid habet, nimirum præter glandem etiam baccam parvam, de qua ſic *Plinius*: Fagi glans nucleis ſimilis, triangulâ cute includitur, mediâ parte folii, plerunque gignens ſupernè parvulam baccam viridem, cacumine aculeatam. Sic & *Wagnero* referente, in Helvetia Fagetum Buchenſe ad Irchelium montem der Stañberg vulgò dictum, fagos tres foliis rubris prædictos habet, quibus ſimiles nullibi aliàs reperiuntur. Et in Monte Albio haud procul Riedâ fagus cernitur, cujus magnus truncus vicinæ fago admodum proceræ inſertus eſt, ut ad quamnam ex his ſpectet arborem, dici nequeat. *Folia* ejus ſunt adſtringentia; hinc eorum decoctio fluxui ventris conducit,

Digitized by Google

fructus calculoſis prodeſt, inflammationibus quoque conducunt folia: creſcit in ſylvis & collibus, Aprili & Majo floret.

In Fagum & Ornum hæc eſt differentia, quòd Fagus habeat folia minus viridia, Ornus verò viridiora. Quo pacto in fago fur è patibulo pendulus, naturæ penicillo depictus fuerit Vid. *Dec. II. Ann. VIII. Miſcell. Curioſ. pag. m.* 453.

Fagus: & Trag. Matth. Dod. Lob. Tab. In montibus.

QUERCUS, Eichbaum: Arbor eſt Jovi ſacra. Ejus ſpecies ſunt arbores glandiferæ, i. e. quarum fructus calici inſidet inferiorem tantùm ejus partem tegenti, ſuperiori nudâ, uti & Ilex, Suber. Inprimis autem meræ amplitudinis & craſſitiei fuit illa quercus, quæ olim in luco D. Petri hîc Baſileæ viſebatur, cujus meminit *Urſtiſius Annal. Baſil. L. VI. Cap. IV.* ſub qua Imperator Fridericus cum filio Maximiliano & toto Imperiali Comitatu An. 1474. cœnavit. Cujus occaſione notare convenit, quòd arbores, quæ ampliore magnitudine ſe attollunt, plerumq; minorem fructum generent. *Quercus* teneriora folia *ſaporem* habent ſubacerbum, vitriolicum velut (unde juxta *Welſch. in Mictom. §. LVII.* vitrioli illius vi, quod in illo latet, & ad ſenſum etiam elici poteſt, omne præſtat. Confer *Exc. Wedel. Obſerv. CXIX. Ann. VI. Dec. I. Miſc. Cur.* de foliis quercûs in æs mutatis, item *Boyle Phil. Experimen. Util. p.*583. ubi folia quercus in aquas acidulas injecta cœruleum vel atrum colorem præbere ſe expertum dicit) cum odore balſamico, fraganti; hinc moderatè calefaciunt & adſtringunt, membra confortant, fluxiones ſiſtunt, viſcera roborant, curant vulnera, ulcera (præſertim tibiarum, ſi aqua ejus applicetur experientiâ Spigelii, teſte *cit. Welſch. loc. cit.*) deſperata, & fluori uterino conducunt: præprimis verò nulla arbor eſt, quæ præter genuinam tot ſpurios excrementitios fructus producat, ac quercus, ut ſunt *Galla, Uva quercina* & *Viſcus*. *Galla* potens alcali in ſe habent, unde acidum domant, & fortiter adſtringunt. *Uva quercina* eadem vi ſpecificum eſt antidyſentericum. *Viſcus* poſt Corylinum optimum eſt epilepticum, magno hinc ab Antiquis cultu & reverentiâ, deſtinatorum eò ſacerdotum (Druidarum) ope collectum. Inprimis verò mirabile eſt, quòd Lignum quercinum in metallum & vitriolum quoad intimas partes tranſmutetur, ut etiam colliſione inde ignis elici potuerit, & Tinctura anticachectica parari ab *Exc. Joh. Caſp. VVeſtphalo in Dec. II. Ann. VIII. Miſcell. Cur. pag.* 539. Admiratione etiam digniſſimus eſt ille Fungus coriaceus in quercu repertus hæmatodes dictus *Exc. D. Breynio Dec. I. Miſc. Cur. Ann. IV. p.* 393. quia non ſine inſigni fructu in nimio menſium profluvio aliiſque fluxibus ſanguinis adhibetur. Et quî aliter fieri poſſet, inquit idem, quàm ut hic embryo in utero arboris intimo generatus, cujus partes plurimas, atque excremen-

crementa ſanguinis ſtitiſſe fluxum, jam olim celebratum majorem adhuc virtutem à genetrice combiberet. Lignum è quercu non equidem adeò luculenter ardet, ſed non deficit calorem ingentem fornaci communicare ob acidi copiam, *Kunckelio* notante, qui calorem in acido conſiſtere, ut lumen in volatili docet in *Obſerv. Chym.* Species ſunt

Quercus latifolia brevi pediculo. In monte Muteto.

Quercus cum longo pediculo: Quercus, Trag. Matth. Fuch. Tab. vulgaris, Lob. circa Michelfelden.

ILEX, Stechbaum: Græcis πρῖνος dicitur, quia ſerra propter duritiem ſecanda ſit, folio eſt *quercus*, ſed minore, aculeatoque ſemper virente (cui hinc roſa implantata viridis ſit) cortice læviore quàm quercus, altè ſatis aſſurgit, in noſtra Helvetia quamvis alibi tam pumilis ſit, ut ad frutices referatur: fructum habet rubrum inſtar *Alkermes* baccarum, unde eſt ex arboribus bacciferis foliis ſemper virentibus latis inodoris ad margines aculeatis, baccis rubentibus quatuor in ſingulis granis, duris triangulis ſtriatis. Ab Ilice tamen hæc ſequens ſpecies à Tournefortio excipitur.

Vis ei ineſt reſolvendi & emolliendi, tartaroque præprimis in ſanguine collecto reſiſtendi, ceu inde cum carnibus folia ſæpius coquere juſſit Paracelſus, ut videre eſt hinc inde in ejus Operibus. *Cortex* hujus arboris ruſticis inſervit *pro conficiendo glutine*, nimirum eum coquunt, & poſteà in vaſe quodam ligneo lapidibus onerant, ac ſpatio 10. dierum macerant, donec putreſcat, piſtillo tum ligneo contundunt & in maſſam redigunt, quam frigidâ deinceps abluunt, tenacique hac materia pro viſco utuntur.

Ilex aculeata baccifera folio ſinuato: Aquifolia, Trag. Aquifolium, Matth. Lob. Tab. Agrifolium, Dod. In monte S. Chriſtianæ.

CASTANEA, Kaſtanien: à *Caſtano* Magneſiæ urbe unde advecta eſt, nomen habet, *fructus* ejus valdè eſt adſtringens (niſi ſit peculiaris antipathia, qualiter *Langellottus* ſe obſervaſſe refert *Dec. I. Miſc. Cur. Ann. VI. p.* 24. alvum quibuſdam inde motum fuiſſe) terreus, *fluxiones cohibens*, ſed decenter coctus ſat laudabile firmumque nutrimentum præbens, ſed & nimium aſſumptus infarctus cauſans varios. Ex iis in cratibus prius fumo exiccatis farina conficitur, panesque pinſuntur. Si farina hæc cum polenta hordeacea & aceto illinatur, mammarum durities diſcutit. Tenuis autem earum membrana ex vino auſtero pota ad ℥ij. ſiſtit immodicos alvi fluores, & cum *aa. raſur. ebor.* fluorem album mulierum, teſte *Matthiolo*, qui & haud malè Caſtaneas pro aphrodiſiaco habet, dum dulces in amplexus vertit officium thori. Fruſtulum ligni ejus loco Amuleti appenſum contra abortum valebit, non ſecus ac Meſpili. Eſtque

Digitized by Google

ſ... Caſtanea ſylveſtris, quæ peculiariter Caſtanea. Circa Horgam & Rapperſuilam copiosè, item apud Suitenſes, Weggenſes ad Lacum Lucernenſem, Rhætos, Lucarnenſes uberrimus earum proventus.

NUX JUGLANS, Nußbaum: Regia dicitur, quòd è Perſide à Regibus tranſlata ſit: *Juglans* verò quaſi Jovis glans; *odoris* gravitate caput offendit, dum ſub ea quis cubat, quatenus obſtructiones tubulorum in capite contingunt, quibus impeditur humorum circulatio, id quod maximè contingit in iis, quorum ſanguis ad coagulationem pronus eſt & acidi fertilis. Arbor aliàs eſt elegantiſſima, cujus folia acrem habent odorem, quæ inde mammis impoſita lac abigunt; Fructus autem ob acrimoniam oleoſis particulis involutam *tuſſim excitat*, ſtomacho nocet, fluxiones & vomitum cauſatur; *recentes* nihilominus minus nocent, & multùm nutriunt, cujus ratione ſuccedaneum præbere poſſent nucleorum Cacao, ex quibus aliàs Chocolada conficitur, de quâ vid. *Muralt. Hippocr. Helvet.* Hujus *cortice* tinguntur lanæ & rufatur capillus, primùm prodeuntibus nucleis, ubi verò magis matureſcunt, tingunt digitos atro colore, non ſecus ac antimonium, qui difficulter eluitur, unde colligitur vitriolici ſucci plenum eſſe, unde & Cortex radicis medianus infuſus cum vino purgat vehementer, ut Vitriolum. Vid. *VVelſch. Mictomimi. S. LXXX.* ubi ex eodem fundamento refert, putamina nucum contuſa in Linimentum redacta vel unguento mixta, hæmorrhagias certò ſiſtere. Ex eodem cortice deſtillatur Aqua ſtomachica, ut & compoſita Aqua theriacalis optima, quæ ſic fiet: *℞. Succ carduibened. ſcord. cort. jugland. virid. à ℔ij. rad. Petaſit. ℥iij. Croci ℥ß. Myrrh. Aloës aa. ℥j. Theriac. vet. ℥vj. Vini alb. opt.* ℔j. Macerentur in B. M. per 3. dies, dein deſtillentur. Doſis ℥j. ℥ij. *Oleum nuc. jugland. è nucleis expreſſum* valet ad ambuſta & ficus ani ſeu mariſcas, v. g. ℞. *Ol. nucum, laurin. lini, roſac. aa.* ℨß. *cum vitello ovi*, fiat Unguentum: hoc cum goſſypio applicatum, ficus ſanat, quæ tamen prius hoc ipſo unguento debent inungi. *Antipathia* hujus plantæ videtur eſſe *cum quercu*, ut altera alteram non ferat, *Camerario* monente. Radicum hujus arboris tophi ob varias maculas & intortos linearum diſcurſus ad lautiora opera præcipuè expetuntur, v. g. Ciſtas, quibus apud gentes Deorum ſymbola & inſtrumenta condebantur. Vid. *Euſeb. Præp. Evangel.*

Nux juglans ſeu Regia vulgaris. Copiosè in Helvetia, Martio & Aprili floret, ubi facili frigore congelatur & pruinâ mortificatur.

VISCUM, Miſtel: Græc. ἰξὸς. Eſt excreſcentia arborum, nimirum planta *ſine radice* manifeſtâ è certo nodo figuris & poris peculiaribus conſtante protruſa à ſucco copioſiori (vid. *Fort. Licet. de ſpont. vir. ort. L. III. C. 26.*)

C. 26.) foliis buxo ſimilibus, craſſioribus, quæ velut cornua ex oſſibus animalium proferuntur, judice *Scaligero*. Verùm *Veteres* (quorum Viſcorum æſtimationem ſupra in Quercu indigitavimus) arbitrati ſunt, Viſci acinis à turdo comeſtis, quod ad pulpam pertinet concoqui, quod ſeminis eſt incoctum alvo dejici, ſiſtique in arboribus illis, in quibus iſti conquieſcere conſueverunt, id quod præprimis probat *Exc. D.D. VVurffbain in Miſc. Cur. Dec. II. Ann. III. p. 362.* viſco quercino in trunco arboris buxi enato, & *Hartmann. Prax. Chym.* de frutice ſambuci in ſalicis trunco invento antepileptico. Obſervatur, ait *cit. loc. Volkamerus*, in Abiete, Acere, Betula, Caſtanea, Corylo, Cotoneo, Cynosbatho, Ilice, Larice, Meſpilo, Olea, Oxyacantha, Oxycedro, Pomo, Populo nigra, Pruno ſylveſtri, Pyro domeſtico & ſylveſtri, Quercu, Robore, Roſis, Salice, Subure, Sorbo, Terebintho & Tilia, & pro Arboris virtute vrtutibus ſpecificis etiam donatum eſſe perhibetur. Hinc & vel ex ſignatura monſtrat, quòd aliis etiam corporis humani exceſcentiis & morboſis internis diſpoſitionibus ex pororum inverſione & ſucci nutritii perversâ diſtributione enatis juvamen afferat. Sic namque refert *Exc. D.D. à Lebenvvald in Miſc. Cur. Dec. II. Ann. II. p. 264.* Monialem toto aliàs corpore convulſionibus detentam nullas convulſiones perpeſſam eſſe in brachio illo, in quo roſarium ex ligno viſci querni elaboratum & circumvolutum geſtârat, ſed & poſt mortem floridum perſtitiſſe. Teſtatur & Ung. è *cort. medio viſci quern. cum butyro majali* paratum in mucilaginoſo humore pectoris extergendo extus & intus expertum eſſe remedium. *Baccæ* maturæ ſunt in fine Auguſti, ex iisque glutinum fieri ſolet, quo aves capiuntur.

Viſcum baccis albis. Diverſis arboribus, ut dictum, adnaſcitur.

Viſcum polycoccon. Quamvis rarum ſit, tamen in Helvetia repertum eſſe *Camerarius in Epit. Matthiol. p. 556.* refert.

TILIA, Linden: Eſt velut platanus Germanica, magnitudine ſuâ & foliis gratiſſimam tempore æſtivo umbram ſpargens, nim. Tiliæ ſunt arbores ſemen vaſculo duro rotundo & pediculis appenſo incluſum proferentes. Harum lætiſſimi velut luci hîc Baſileæ conſpiciuntur in campo ſcil. D. Petri, in cœmeterio (ubi mirabilis illa mortuorum chorea à *Meriano* depicta extat) & propè ſummum Templum Cathedrale, ubi in Palatio diffuſis ampliſſima Tilia ramis conſpicitur, quamque tredecim fulcra tenent. Ejus Folia *in lacte* decocta ſunt inſigne anodynum in Teneſmo. Virtus autem ſpiritus demulcens maxima ſe exerit in floribus Tiliæ, quæ *odorem* habent ſuaviſſimum aromaticum, dulcem, pinguiorem; hinc ſale volatili ſcatent, & ratione partium tenuium diſcutiunt & caput roborant, v. g. in ſeq. Syrupo epileptico puerorum *Cnöffelii*: ℞. *Flor. Tiliæ odor. rec. collect. ad* ℔ij.

Liquor. Tiliæ menſe Februar. è trunco extill. in cellâ reſervati & prius optimè calefacti ℔vj. Infund. & denuò calefact. novis flor. affund. idque ter repete, & tandem ex ℔jß. cum *Sacch.* ℔ij. F. Syrupus qui miſceri poteſt cum *Spir. vitriol. volatili.* *Uſus* ejus præcipuè in *Epilepſiâ, Apoplexiâ* & *Vertigine.* Viſcum ejus etiam obinde vi antepilepticâ inſigne eſt. Carbo ligni tiliæ pro grumis ſanguinis reſolvendis uſurpatur & excipiens exhibet trochiſcorum fumalium. *Rajus* ex *Job. Bauhino* refert Baſileæ & alibi pauperiores hyeme adventante folia Tiliæ recondere ſolere pro vaccarum & caprarum papulo, id quod nos nunquam vidiſſe meminimus. Eſtque

Tilia montana maximo folio : Tilia ſyl. ſive montana, Thalio. In monte Muteto, in qua nullum fructum obſervavit *Bauhinus.* Hæc latiſſim folio reperitur in monte Reichenſtein non longè à vetuſtæ arcis ruderibus.

Tilia fœmina folio majore : Tilia fœmina, Matth. Fuch. Lob. Tab. Tilia, Dod. ſativa, Trag. vulgaris platyphyllos, J. B. Hinc inde in areis.

Tilia fœmina folio minore, Stein-Linde: Tilia ſyl. Trag. Hæc in via Emmeldingen provenit, & verſus Michelfelden. Floret in fine Junii.

ULMUS, Ulmenbaum : Vox ejus primitiva eſt, Græcis πτελέα. Ejus notæ characteriſticæ ſunt folliculi ſeminales compreſſi atriplicis hortenſis folliculorum æmuli antequam folia erumpant, præcoci maturitate decidentes. Folium individuum leviter circumſerratum habet oblongius quam pyrum, ſcabrum, atque leve, unde & ſi *ulmus* verno tempore pluviis ſubitoque calore ſolvi infeſtetur, hæc folia protinus corrugantur & veſicæ ſeu *folliculi* globosâ figurâ generantur, quibus *humor* initio lentus, mox in gummi concreſcens includitur, qui dum ſiccatur in *vermiculos,* qui Cnipes, Culices & Moliones appellantur, avolat, notante *Bauhino.* Eſt autem Ulmus arbor vaſculis ſeminalibus membranaceis ſingulis ſingula ſemina claudentibus ſubrotundis primo vere ante folia erumpentibus & ſemine perfecto brevi, decidentibus.

Ulmus campeſtris, Rüſtbaum: Ulmus, Trag. Matth. Dod. Lob. ulmus 1. Tab. In montibus.

Ulmus montana : & Matth. ulmus latifolia, Trag. ulmus 3. Tab. In monte Waſſerfall.

In hujus arboris foliis veſiculæ *Menſe Majo* erumpunt, quæ humore vulnerario plenæ ſunt, de quo humore fertur, quòd oculorum humores deperditos reſtituat, verùm quod humorem aqueum ſpectet, ille etiam per ſe reparari iterùm poteſt, quod experiri licet, ſi in pullo punctione oculi extrahatur, videtur autem intra 15. dies novum ſuccreſcere, ut habet *Riolanus in Anthrop. l. 4. c. 4.* Vid. *Excell. D. D. Redi* & *Dn. Nuck* qui ex ductibus aquoſis

aquoſis novis à nobis conſpectis in oculi bulbum inſertis humorem aqueum ſuppleri ſtatuunt. Flores ejus, ut dictum, ſunt inſtar atriplicis oleris, vere ante folia. Eligitur lignum ejus ad Rhenum ad ædificia. Cortex autem interior recens in *aq. font.* decoctus rubrum colorem exhibet & edulcoratus *Rob moror.* elegans Gargariſma exhibet in Angina & laxitate gingivarum; *Rajus Hiſt. Plant. P. II. p.* 1427. refert, ſi decocto corticis hujus ſpiſſiori tertia pars ſpiritûs Vini admiſceatur, ſingulare eſſe remedium contra dolorem Iſchiadicum, ſi extus ad ignem affricetur.

OSTRYA, Waldſcheln/Hagenbuchen: Id eſt Fagus ſepiaria, Fago ſimilis planta eſt folio pyri non multùm oblongiore, in acutum contractiore & majore, fibris multis & craſſis, à medio dorſi in modum coſtarum rectà ſecundùm magnas fibras porrectis, in fibris ipſis rugato & in ambitu leviter ſerrato; & ut Ulmus præcedens ſemen folliculis membranaceis obtectum gerit foliis ferè ſimilibus. Differt à fago ligno duriore, humilitate & maximè foliis, quæ in hac crenata ſeu in ambitu ſerrata ſunt.

Oſtrya Ulmo ſimilis, fructum umbilicis foliaceis: Ornus, Trag. Carpinus, Matth. Dod. Tab. Betulus, Lob. In ſepibus Auguſtam verſus, & alibi paſſim.

Convenit dyſentericis foliorum decoctio & Colicam & Epilepſiam ſanat. *D. Robinſon Anglus* ad *Rajum* ſcripſit, *D. Marchand* gummoſam ſubſtantiam inſtar laccæ in Spir. vini ſolubilem è trunco hujus arboris extillantem obſervaſſe. Creſcit in ſylvis fagorum & ſub terra quandoque in Lapidem indureſcit, non minimo argumento, juxta *Donzellum in Theatr. Pharmaceut. pag.* 156. Alchimiam eſſe veram. Vid. *Vitruvium in Architectur.* & *Scalig. Comment. in Theophr. de Cauſ. Plant. L. I. Cap.* 6. *Kircher. Mund. ſubterr. Tom. II. p.* 48. ubi & typum ſiſtit B. Mar. Virginis in medio ſaxi inventum in Helvetia viſendum etiamnum hodie in Eccleſia vulgò Gotteswald propè Lucernam. Majo menſe floret, quo tempore vulnerata lacrymam extillat non ſecus ac ſequens Betula.

BETULA, Birckenbaum: Seu *Betulla*, quæ quibuſdam ſic dicta videtur, quòd bitumine ſcateat, folio eſt nigræ populi haud abſimili, ſed parte pronâ aſperiori viridiorique per ambitum ſerrato; ſterilis eſt julos ſaltem inſtar coryli ferens, cortex albus membranoſusque bituminoſus & pinguis, cui *liber albus* ſubeſt, tenuis candidus, chartæ noſtræ modo, cui *Veteres* opera ſua ante Chartæ noſtræ uſum repertum inſcribebant. Quia verò *Betula cortex* bituminoſus eſt (ubi non prætereundum, quod *Excell. Dan. Ludovic. p. m. Ann. IV. Miſc. Cur. Dec. I. p.* 273. occaſione Helmontianæ omnium rerum ex aqua productionis, notat, poſt reſectas abietes betulas

eodem

Digitized by Google

eodem loco renaſci & alium ſuccum plorare) & *amarus* adſtringens, exiccans, in hydrope, ſcabie & aliis affectibus ſimilibus intus & extra adhibetur. Quare *Oleum* ex cortice tenello & papyraceo intra duas patinas ſuper carbonibus calefacto exudans in gravi auditu & tinnitu aurium cum bombace inditus inſigniter laudatur. Maximè autem per inciſionem Arboris obtinetur inde *aqua* ad renum calculum, veſicæ ſtranguriam & faciei maculas extergendas, expurgat enim potenter ſalia heterogenea maſſæ ſanguineæ per urinas, unde in Nephritide, Malo hypochondriaco, Podagrâ, Scorbuto, Ictero, Scabie,&c. accommodatiſſimus eſt hic ſuccus,qui hinc meritò multum certè in receſſu habere dicitur *Frimüllero*. De ſummis ejus in diſpoſitione nephritica virtutibus certiores redditi ſumus, & vim non ſaltem ex ſale volatili nitroſo dulci acidulo velut lacteo, ſed & particulis velut terebinthinaceis, quas unà ſecum vehit deducendam judicamus. Hinc & non abſurdè in Phthiſi laudatur, & Noduli ex antiſcorbuticis plantis ſucci ejus & Cereviſ. rec. aa. infunduntur. Balneum ex copia ſucci hujus parari quoque poteſt in Arthritide ſcorbuticâ injecto inſimul formicarum acervo. Sic & refert *Cnöfelius in Faſcic. Med. p.* 124. Nephritico cuidam balneum & liquorem è ſucco Betulæ inſtar acidularum uſurpatum cæteris nil proficientibus, levamen attuliſſe unicè; Valet & ad phthiſin ſcorbuticam. *Betulæ* aliæque *arbores ſylveſtres detonſæ lunâ minutâ* tardius regerminant, id quod Lunæ influxum & plantarum collectionem Aſtrologicam haud inutilem arguit, de quo in *Regn. Veg. P. I.* Fungus Betulæ adnaſcens in fluxibus ſanguinis laudatur ab *Hartmann. in Not. ad Croll. p.* 343. *Verzaſcha in Herbar.* notat Infantes virgis betulinis caſtigari id, quod fit juxta *Etzlerum* ob ſpiritum Jovialem Betulæ, quo ſimiliter Maniaci juvantur, quia ſcil. ſubjicitur ♃ in ♎.

Betula vel Betulla: Betula. Trag. Matth. Dod. Lob. Tab. quæ aliquando in arborem aſſurgit; aliquando pumila reperitur. In Bünningen. Coni ejus Aprili diducuntur.

ALNUS, Erlenbaum: Quod amne alatur, ſterilis eſt, julos ſaltem longos betulis ſimiles fuſci coloris pro flore emittens, quique non decidunt, ut in fago, ſed coguntur in formam olivarum, hic fructus alni eſt durus, viridis ex pluribus ſquammis compactus, in quibus ſemen colore in nigrum fuſco continetur; ligno eſt molli, medullâ tenerâ folio pyri, ſed ampliore & nervoſiore, cortice ſcabro intus rubente quo coria tinguntur. Genera duo apud nos habentur, ait *Bauhinus in Matthiol. p.* 133. Glabra & hirſuta. Glabra alia & glutinoſa, quæ foliorum formâ variat, altera folio rotundo, altera folio oblongo, prior eſt Alnus rotundifolia glutinoſa, è cujus ligno pali in aquâ ædificiorum fundamentis ſubacti lapideſcunt, imò ſi impo-

ſi imponatur alni rotundifoliæ glutinoſæ *lignum*, quantæ velis magnitudinis in *labra illa ampla* ænea, in quibus lupulus coquitur ad parandam cereviſiam, cumque percoctus lupulus eſt, eximatur idem *lignum* & *arenâ* vel *glarea* in ipſis cellis vinariis obruatur per triennium; Inde cùm exemptum fuerit, duratum in lapidem apparebit, è quo potiſſimum *cotes* (id quod tamen *Rajo* non ſucceſſit) fiunt, quibus ad ferramenta acuenda Menſarii utuntur, ut *Geſnerus ex D. Kentmanno* recitavit. Quæ verò hirſuta eſt Alnus, arbor eſt minor vulgari alno foliis longioribus, acuminatioribus & majoribus per ambitum inciſuris, ſubnigris, vix conſpicuâ lanugine, juloque oblongo. Notabile autem præprimis eſt Folia alni, item juglandis, ebuli ſiccata pro lecti ſtrato ſudorem copiosè movere, uti in Rhætiâ, ubi mos hic viget ſuper Alni folia cubare, ſe expertum eſſe dicit *Welſch. Miſcell. III. §. LXIV.* Carbones alni pro pulvere pyrio optimi. Id quoque notabile adhuc eſt, quòd *apes* per dimidiam anni partem ab Ariete uſque ad Libram alni gemmas adeò depaſcantur, ut in foliis ejuſdem expanſis *inciſuræ* & lineæ ab iis arroſæ conſpiciantur. Illa verò Species Alni quæ baccifera dicitur, & Frangula, quia facilè frangitur, German. Faulbaum / quaſi arbor putris, ſpiritu turget fermentativo purgante, ſi nimirum liber ſeu interior ejus cortex in aqua decoquatur vel infundatur, ſic enim proſpero ſæpè eventu tam febris tertiana ſimplex quàm duplex, quæ vulgò quotidiana dici ſolet, abigitur, hinc *Fabritio Hildano* maximè in uſu fuit. *Etzlerus Iſag. p. 17.* vocat Arborem fœtidam Saturno ſubjectam, laudatque ætheriam ejus virtutem in Quartanâ, Calculo, Decoctum ejus in *aquâ Origan.* vel *Card. ben.* Balneo ejus quidam juxta unguentum mercuriale pſorâ laborantes ſanant. Species ejus *cit. Bauhinus* ita ſiſtit:

Alnus rotundifolia glutinoſa viridis, Erlenbaum: Alnus, Trag. Matt. Dod. Lob. Tab. Ubique ad aquas. Eſt juxta *Rajum* Arbor Conifera ſucco aqueo prædita ut præcedens Betula.

Alnus folio incano: Alnus hirſuta in Matthiolo *Baub.* In ſylva Huningenſi.

Alnus nigra baccifera: & Tab. Faulbaum / Trag. Frangula, Matth. Dod. Alnus nigra, Lob. Eſt à fruticibus bacciferis foliis deciduis non ſpinoſis. Unde à *Tournefortio* ab Alnis excluditur, ipſique dicta Frangula, Dod. pempt. 784. In monte Muteto.

Alnus nigra polycarpos, Kreutzbeer / Lonicero, Frangula altera polycarpos, C. B. in Prodr. In monte Muteto. Vere floret.

EUONYMUS, Spindelbaum: German. ſic dicitur, quòd ex eo fuſi fiant, circa quos fila citò volvuntur, unde & Fuſanus dicitur; Euonymus autem, id eſt, boni nominis per antiphraſin. Juxta deſcriptionem *Bauhini*

eſt

eſt Arbor, quæ naſcitur magnitudine punici mali, atq; folia ejuſdem majora quàm in vinca pervincâ, & mollia ut Punicæ; *Flos* odore albæ *violæ* ſimilis, odore infeſtus, velut cruorem; referens, fructus cum putamine ſiliquæ ſeſamo proximus, intus ſolidus, præterquam quod in verſus quaternos dividitur, cujus ratione Euonymus eſt juxta *Rajum* ex arboribus bacciferis, quarum fructus ſeu vaſa ſeminalia conſtant pericarpio ſeu pulpâ molli ſemina ſæpiùs plura interdum unicum ambiente. Hujus inſuper rami & baccæ ſunt quodammodo quadrangulares, quatuor ſcil. Lineæ coloris cinerei aut ruffi per longitudinem ramorum viridium decurrunt. Juxta eundem arbori in qua creſcunt grana Coffe ſimilis eſt, unde forte & baccæ hujus ad inſtar coffè torreri poſſent, & ad nitorem dentibus conciliandum iis affricari, ſed an ſimiliter morbis cerebri & renum ut Caffe conducerent, experiendũ foret. Quoad Vires alias refert *Matthiolus* Lixivium in quo baccæ decoctæ fuerint, capillum ſplendidum facere, furfures extergere & pediculos necare. Purgat vehementer per ſuperiora & interiora & *venenum capris* exiſtit. Creſcit in dumetis, floret Majo adventante autumno ſiliquæ quadrangulæ purpureo tinguntur colore. Eſtque

Euonymus vulgaris fructu rubeſcente: Carpinus Theophraſti, Trag. Euonymus, Matth. Dod. Lob. Tab. In ſepibus.

VIBURNUM, Schlingblumen / Schwilchen: à viendo ſeu ligando dicitur, quia rami ejus lenti ſunt. Exit ramulis digitali craſſitudine bicubitalibus foliis ferè ulmeis craſſioribus, incanis & piloſioribus, quæ paribus internodiis adverſis pediculis conjugatim adhærent, per ambitum tenuiſſimè ſerrata. *Flos* candidus racematim enaſcitur: ubi defluxit, cum labruſca rufeſcit, demum nigreſcit, cujus ratione juxta *Rajum* eſt è fruticibus bacciferis foliis deciduis non ſpinoſis, ut infra *Vitis Idæa*. *Folia* ejus ſaporem habent auſterum, terreum, adſtringentem, hinc ejus *decoctio* gingivarum, dentium & uvulæ laxitati conducit, prout *Grana* ejus *ſicca* & in pulverem redacta diarrhœam tollunt, teſte *Matthiolo*. Folia in lixivio decocta capillos denigrant & eoſdem fluentes ſiſtunt. Paratur è radicum corticibus ſub terra maceratis & ſubinde decoctis ac diu tuſis Viſcum ad aucupia non inutile, teſte eodem *Matthiolo* & *Dodonæo*, quòd non parum faciet ad Vulnerum conſolidationem. Creſcit in ſepibus & ſylvis. Baccæ Septembri matureſcunt. Eſtque

Viburnum: & Matth. kleiner Mälbaum / Trag. Viurna, Lob. Lantana, Dod. In dumetis & montibus.

POPULUS, Sarbellenbaum: Ita dicitur à πιπάλλω, tremo, nimirum tria ſunt ejus genera, *alba*, *nigra* & *tremula*; omnes tamen ſunt arbores lanigeræ juliferæ, uti ſalices latifoliæ. Alba ab albedine foliorum quæ eſt

averſâ

averſâ parte, ita dicitur,ſuntque hæc inſtar vitis viniferæ ſupernè vireſcentia, infernè lanuginoſa; eſtque ſterilis, fructumque non ferens. *Nigra* verò altius aſſurgit & rectius, hederacea folia habet, non tamen ut in albâ diſſecta, ſenſim per ambitum ſerrata, apice in acutum deſinente. *Corticem* habet cinerei coloris, *Lignum* albicat; fructus racematim prodit baccis cervi magnitudine, in quibus copioſa albaque lanugo concluditur.

Populus tremula autem ſeu Lybica folio eſt cæteris tenuiore rotundiore angulofoque punctim albis notis conſperſo tenuique pediculo appenſo, continuò ferè ſe movente, etiamſi nullus flet ventus, fructum nullum fert nec flores.

Populus alba ſaporem habet ſubadſtringentem, cum extenuante & abſtergente facultate, unde decoctum foliorum ejus cum cortice pulveriſato exhibitus ſterilitatem inducere dicitur, & dolorem iſchiadicum tollere. Maximè enim refert *Matthiolus* corticem populi albæ & nigræ particulatim inciſum & ſulcis ſtercoraceis obrutum, quocunque anni tempore edules fungos proferre, nimirum varia Plantarum quoad ſolum diſpoſitio & cultura variam novam configurationem vel configurationis modificationem præbet, prout Chymicis familiare eſt, ex variâ particularum combinatione, exaltatione & obtuſione uni ſubjecto diverſas virtutes conciliare. Vertit partes foliorum ſupinas mox poſt æſtivum ſolſtitium eoque argumento Ruſtici id confectum intelligunt.

Gemmæ populi tremulæ ſeu oculi veris præcipuè tempore tritæ digitis gratiſſimum odorem ſpirant & oculorum debilitati ſubveniunt: Inde paratur *Unguentum populeum*, cujus Vires dedimus alibi. Species ſunt.

Populus alba majoribus foliis, Weiſſe Parpelweiden: Populi albæ alia ſpecies, Trag. Populus alba, Matth. Dod. Tab. latifolia, Lob. In Michelfelden.

Populus nigra: Populus alba, Trag. nigra, Pappelbaum/ſchwartze Pappeln: Matth. Dod. Lob. Tab. Ad Birſam juxta portam lapideam.

Populus tremula, Aſpen: Populus nigra, Trag. Lybica, Matth. Dod. Lob. Tab. In monte Muteto & aliis.

ACER, Ahorn: Quia acris, i.e. duri ligni eſt, *Voſſio* ita dicitur: Excreſcentiæ ejus tuberoſæ adhibentur ad ſcrinia, pugillares aliaque curioſa, ob intortum criſpum & variè undulatum macularum diſcurſum. Acer montanum candidum pulchra & procera arbor eſt, cortice mediocriter levi, materiâ interiore tenerâ & tractabili pro vaſis elegantibus, ramos extendit plures, quibus folia lata vitiginea pediculo rubente annectuntur. Flores confertim dependent ex viridi flaveſcentes, quibus ſuccedunt fructus alati gemelli uni pediculo ex adverſo adhæreſcentes, ex quo ſemine præ-

Digitized by Google

præprimis confirmatur id, quod in *Regn. Veget. Part. I. Cap. X.* diximus, nimirũ id nil aliud eſſe quàm folia aptè à naturâ convoluta, quæ dein in germinatione primò erumpunt, unde & *Rajo* eſt arbor vaſculis ſeminalibus, membranaceis, membranis extantibus, alatis binis junctis, foliis angulosis & laciniatis. Maximè autem obſervatur *Turiones* Aceris montani, ut & campeſtris lacte ſcatere inſtar ficûs, ſed non acri, nullius ſaporis excedentis. Vires aceris juxta *Seren. Sammon.* ſunt, quòd radix ejus contuſa jecinoris doloribus imponatur. Aceris majoris ſuccus, *Rajo* referente, ſaccharum non obſcùrè reſipit, ſi decoctione inſpiſſetur, ceu ſe ejus portiunculâ donatum eſſe à *D. Aſton* refert *cit. Rajus*, quod ab arundinaceo non facilè diſcerni poſſit, adeò non opus

Semper ad extremos Medicus quo currat ad Indos.

Species ſunt

Acer montanum candidum: Platanus, Trag. Acer major, Dod. Lob. In monte Muteto.

Acer campeſtre & minus: Acer, Trag. Lob. Tab. minor, Dod. In ſepibus Auguſtam verſus.

Acer montanum flavum ſeu criſpum. Glaronæ Helvetiorum & alibi.

PLATANUS, Groß Ahorn: à latè diffuſis ramis nomen habet, folia habet inſtar aceris ampla, vitiginea, craſſiora, infernâ parte albicantia. Floſculos edit tenues pallidosque, velut baccis rotundis ſcabris, unde & juxta *Rajum*, dicitur Arbor lanigera ſeminibus nudis in pilulæ majuſculæ velut echinatæ formam compactis, foliis latis aceris majoris. Quoad Vires *Matthiolo tenerrima* Platani folia in vino decocta & illita oculorum fluxiones ſiſtunt, atque tum œdematum phlegmonas ſolvunt. *Cortex* in aceto decoctus, ad dentium dolores pro gargariſmo uſurpatur. Hæc quanquam rara ſit planta, reperitur temen non procul à monte Schelenino ad pontem Diaboli, quâ via ad Gotthardi montem aſcenditur. Echini ejus autumno matureſcunt. In monte Atho, ut obſervavit *Bellonius*, cymbas parant ex truncis magnis Platani excavatis ſine magno labore aut ſumptu.

MALUS SYLVESTRIS, Wild Apffelbaum: à Græco μῆλον, mammillam ſignificante, quam fructus refert. Fructus autem ſylveſtris Mali carnem denſiorem cutemque denſiorem, quam ſativa, habet, unde eſt ex arboribus pomiferis, quarum fructus & vaſa ſeminalia conſtant pericarpio ſeu pulpâ duriori minus eſculentâ & ſeminibus majoribus pluribus eidem incluſis: hinc & minus in uſum alimentarium cedunt, niſi quòd ſuccus expreſſus conſervet immiſſa legumina, piſa, fabas, cucumeres per annum. Eſt ut ſativa

Mala

Google

Mala ex arboribus pomiferis. *Corticem* habet craſſum, verſus exteriora albicantem, ſubflaveſcentem, interius folia denticulata ſunt, *flores* albi incarnati. Suntque

Mala ſylv. fructu majore, minore, albo & rubro: Mala ſylveſtria rubentia; malus ſylv. major albus, & ſyl. minor, Tab.

Aliàs *Poma* ſativa quoad *ſaporem* ſunt vel acida, vel auſtera, vel acerba, vel dulcia, magnitudine, figurâ, colore, ſapore, matureſcendi tempore differentia, quales tamen varietates ſpecie minimè differre ſtatuit *Rajus*, quia ſationi originem ſuam debent, ſuntque infinitæ nullo certo aut determinato numero, cùm ex ſemine ſato novæ indies, inferente eodem, exoriantur; Negat is ex inſitionum varietate illam oriri, idque ideò quia fructus ſurculi ſeu gemmæ naturam ferè ſemper ſequuntur, etſi aliàs plurimum naturam ars permutare poſſit ipſi alias vires odores & ſapores conciliando acerbumque aut acidum in mite evehendo; Si verò Mala remaneant adhuc acerba, illa exinde ventrem ſiſtunt & frequenter uſurpata crudos humores cumulant & varios morbos generant; *Succus eorum ſcilicet acetoſorum extus* id commodi præſtat, quòd noctu inunctus & manè *amygdal. & ſem. melon. lacte* deterſus rubedinem faciei tollat, dein exuperantem ſalis volatilis & acidi copiam temperat, non ſecus aliàs ſi arbor malus urinâ rigetur, rubeſcentes fructus producit, teſte *Kirchero in Mund. ſubterr. T. II. p.* 410. *Dulcia* contrà ex particularum lævore & mollitie medias tenent partes, palmamque præripiunt omnibus cæteris, cor confortant (ingrediens hinc Confectionis Alkermes) ſpiritus recreant, animumque exhilarant, ſitim etiam tollunt, ſputum promovent, tuſſim ſedant, pectusque dilatant & ureteres, ſic namque Potum antinephriticum ſeq. leges apud *Rajum*: ℞. *Pom. dulc. aſſat. numer. ij. Vini alb. Aq. fontan. ana* ℔ß. *Syr. de alth.* ℥j. miſc. Bibatur omni mane. Extus autem inſigne anodynum, ſi vel putrida abdomini, v. g. in Colicâ applicentur vel pulpa aſſatorum & in lacte muliebri coctorum, doloribus, v. g. oculorum imponantur, ubi oculus à vulnere maximè vel contuſione læſus eſt. Aliàs Mala Veneri adjudicantur, cujus ratione Paradiſiaca Philo Judæus de libidine explicat & Virgil. *Malo me Galathea petit laſciva puella, Et fugit, &c.* Hinc Canticor. V. *Veniat dilectus meus in hortum & comedat fructum pomorum.* Hìc obiter notandum *in iis fructibus, quorum ſemen pulpâ tegitur, pulpa in fructu quantò humidior plenior major, tantò ſemen incluſum minus eſt & vice versâ*, hinc eſt, quòd arbores ſylveſtres ſemen ferè poſſideant majus, pulpam minorem.

PYRUS Sylvestris, Wild Birenbaum: Ita dicitur à figura pyramidali fructûs, (vel etiam ab igne incluſo maturante fructum prout fructus arboris chymicæ ità quoque dicitur ob ignem, qui in terra ſalina abſconditus

Digitized by Google

ditus latet, de quo *Tollius in Moyſ. Chym.*) *folia* habet orbiculata, *flores* foliatos ſeminibus congeſtis in loculamentorum parietibus mollibus & membranoſis, uti contrà in Malo duris & cartilagineis. Sunt ergò ut Mala ex arboribus pomiferis, ſed quoad proprietates ſunt *frigida* adſtringentia, & non niſi prævià præparatione corpori humano utilia; hinc notat *Illuſtr. Boyle de Util. Philoſ. Experim. Exerc. X. §.17.* Chyminos è fructibus ſylveſtribus ciboque non aptis extrahere ſpiritum inflammabilem ſpiritui vini multis quidem in rebus, non tamen in Medicinâ, ſubſtituendum, adeo chymica directio res naturales variare & locupletare poteſt, pront & inſitiones juxta *Baſil. Valent.* & maturationes fructuum exoticorum juxta *Setonium Scotum* non parum confirmant Auri crudi in Tincturam excoctionem. Id quoque circa Pyra curioſum eſt, quod notat *Joh. Coſmus Bononus Italus ad Illuſtr. & Humaniſſ. D. Franc. Redi*, nimirum in Pyris aliiſque durioribus lignis Cariem à Scarabæis aligeris magnis ac nigricantibus gigni, qui capiti inſerta geſtent bina cornua, è quo ova depoſita fotu excluduntur in vermem, hinc chryſalidem & tandem in ſcarabæum pillularium vel ſtercorarium. Eſtque

Pyrus ſylveſtris fructu majore & minore: Pyra ſylv. majora & minima, Tab. Creſcunt in ſylv. & montibus. Autumno matura ſunt.

PRUNUS Sylvestris, Schlehendorn: Arbuſcula eſt humilis fruticoſa & ubique aculeata, folio ſativæ pruni longè anguſtiore, duriore aſperioreque, floribus albis & numeroſis. Baccis uvæ acinis æqualibus colore in purpurâ nigricante, viridi intus pulpâ, auſtero adſtringente admodum guſtu, in quo oſſiculum includitur, ob cujus rationem Prunus ſylveſtris ut & Cornus mas & Ceraſus juxta *Rajum* ſunt Arbores pruniferæ, quarum fructus ſeu vaſa ſeminalia conſtant pericarpio ſeu pulpâ molli eſculentâ oſſiculum unicum durum fragile continente. Prædicti *Flores ſuaveolentes* ſunt; *ſaporem* habent ſubamarum, ſtipticum, qui ſalivam provocat & linguam abſtergit, hinc modicè calefaciunt, adſtringunt, & ob partes volatiles reſolvunt, leniter purgant liquamen ſeroſum, urinam & renes educunt, pleuriticis proſunt cum nodulo in vino infuſi, & in ſero lactis ſcorbuticis; Fit ex iis per reiteratam Infuſionem, ut cum Roſis, Syrupus purgans, in affectibus pectoris Infantibus præſertim exhiberi ſolitus. Aqua etiam ſuaviſſima inde habetur, quæ cum *ſacchаro candi* tuſſim ſedat, aliaſque mixturas cardiacas ingreditur, v.g. ſeq. Comiti cuidam ordinatam: ℞. *Aq. flor. acac. meliſſ. roſar. Card. ben. aa. ℥ij. cinam. opt. ℥j. Conf. alkerm. ʒij. Diaphor. ſolar. vel lunar. ℈j. Bez. min. ʒß. ſacchar. ℥j.* miſc. Uſus & eorum in alvi profluviis, uteri, renum ſabulum educunt, compreſſiones cardiacas leniunt: *Baccæ* verò adſtringunt vehementer, præſertim nondum maturi refrigerant,

rant, omnes fluxiones ſiſtunt, unde & ſuccus ex iis expreſſus inſpiſſatus contra hæmorrhagiam, menſtrua nimia uſurpatur; commendavimus eum *in Select. Remed. è III. Regn. Sect. VIII. §. 5. p. 106.* in difflatione, nimiâ ſucci nutritii ab irâ & ſudoribus nocturnis, v. g. ℞. *Aq. plantag.* ℥iiß. *cinam. ten.* ʒij. *ſyr. acetoſ.* ℥ß. *ſucci acac.* ℈j. *Laud. opiat. gr. j.* miſc. *Muſcus* qui ei innaſcitur à *Chirurgis* ob *adſtrictoriam vim* magni fit in herniis & contuſionibus. Floret primo vere & autumno baccas fert. Eſtque

Prunus ſylveſtris: & Matth. Fuch. Dod. Tab. vulgaris, Trag. cujus ſuccus pro Acacia uſurpatur: Paſſim ad ſepes.

CORNUS Foemina, Hartriegel: Quaſi κρανία ob duritiem inſtar calvariæ. Cornus hæc fœmina (Maris vires alibi dedimus) arbor eſt fruticoſa virgis corno mari tenuioribus robuſtis geniculatis cortice ſanguinis modo rufeſcente, foliis firmis nervoſis cornoque proximis; flores vere, umbellis ſubalbicantibus, è quibus Baccæ oriuntur, primum virides, dein per maturitatem nigricantes racemoſæque, unde *Rajo* eſt ex Fruticibus bacciferis foliis deciduis non ſpinoſis, ut ſupra Frangula Mirabile eſt, quod de ejus *Viribus* refert *Matthiolus* & *Sim. Pauli*, quòd ſcilicet qui quondam à rabie à morſu canis rabidi infeſtati fuerunt, denuò attactu hujus plantæ in recidivam labantur.

Cornus fœmina: & Lob. Tab. Hartriegel/ Trag. Virga ſanguinea, Matth. Dod. In dumetis & ſepibus.

CERASUS, Kirſchbaum: à Ceraſunte Pontico municipio, unde in Italiam afferebatur & colebatur, dicta eſt, arbor magnitudine excellens, folia ferens meſpilo latiora per ambitum ſerrata (quæ contuſa naribus indita, experientiâ *Prævotii* hæmorrhagiam ſiſtunt, teſte *Welſchio in Mictomim.* §. *LIX.*) flore candido, racematim prodeunte, è quibus prodit fructus rubens fabæ magnitudine, qui *Ceraſum* dicitur, German. Kirſche/ è longo pediculo dependens, duro intus oſſiculo, in quo nucleus includitur. *Sapor* pro generum diverſitate non omnibus eſt idem, hinc vel Acida vel Dulcia. *Subſtantiam* habet teneram ac mollem ſuoque cruore manus inficientem; jucundiſſima palato eſt. Eſtque

Ceraſus ſylv. fructu eduli. In ſylvis. Bauhino in Pinace dicuntur Ceraſus major ac ſylveſtris fructu ſubdulci nigro colore inficiente. Ceraſa dulcia, Cord. Ceraſa corbine. In ſylvis paſſim. Ad Sylam fluvium circa Tigurum. Dicuntur noſtris ſylveſtria, quæ ſunt vel rubra & nigra.

Ceraſus ſyl. racemoſa fructu non eduli. Pſeudoliguſtrum, Dod. Ceraſus avium racemoſa, Lob. Ceraſia racemoſa, Tab. In ſepibus quâ Rieham & Mutetam itur: & non longè Mönchenſtein.

Ceraſo

Ceraſo affinis: Mahaleb, Matth. Tab. Macaleb, Lob. Geſn. Zilliilbeere. Propè balneum Fliehen.

Chamæceraſus dumetorum fructu gemino rubro, duobus punctis notato. C. B. Bergkrieſe/ Hundskrieſe/ fructu nigro gemino. Eſt ex Fruticibus bacciferis foliis deciduis non ſpinoſis. Halimus, Trag. Xyloſteum, Dod. Periclymenon Allobrogum, Lob. Periclym. rectum, Tab. Paſſim in dumetis.

Ceraſus folio Caſtaneæ. In Rhætia.

Chamæceraſus alpina fructu rubro gemino duobus punctis notato. Chamæceraſus mont. Geſn. ad Cord. Periclymen. rectum 3. Cluſii hiſp. Lugd. Tab. In monte Walſerfall.

Ceraſa acida ſativa *ſaporem* habent acidum, refrigerant, ſiccant, adſtringunt, æſtum febrilem & ſitim temperant, ſtomachumque roborant: Ceraſa verò *auſtera* ſucco ſanguineo mirè ſtomachum roborant, ſitim ſedant, fluxiones ſiſtunt; hinc febribus æſtuoſis conducunt, præcipuè in aceto prius macerata. Laudat & elegantiſſimè *Ettmüllerus* Ceraſa acida condita perforata infuſioni croci metallorum intincta pro laxandi ſcopo. *Nuclei* Ceraſorum maſticati ſunt quaſi terebinthinati, unde non ſaltem arenulas renum propellunt, ſed & maſticati, ut nobis Obſtetrix Baſilienſis experta retulit, ſecundinas certo pellunt; ſpecialiter etiam nucleos ceraſorum cum *baccis Juniperi aq. ſacchar.* maceratis mixtos Cerebrum confortare diximus in *Select. Remed. è Trib. Regni Sect. II. Art. I. §. 9. p. 26.* Hinc & *Ettmüllerus* non immeritò laudat oleum ex iis expreſſum in affectibus nephriticis. *Excell. Cran. ex Dioſcoride* Gummi ceraſorum pro ſingulari antinephritico meritò habet. *Spir. ceraſ. nigr.* fermentatione paratus in loquelæ amiſſione valet.

ALNI EFFIGIE, &c. Flübirzlein: Arbor eſt ſimilis ex toto lauro, ejus materia duriſſima eſt ut Roboris: hinc carbones optimos præbet. *Geſnerus* vocat Sorbum alpinam ſeu piloſam. Fert baccas rubras & in ſylvis umbroſis & in montibus creſcit. Baccæ ubi molles evaſere non adeò ingratæ ſunt & tuſſes inſtar zizipharum leniunt & ſputum adjuvant. Eſtque

Alni effigie lanato folio major: Aria Theoph. effigie alni, Lob. Aria Theoph. Tab. In monte Muteto & aliis.

Alni effigie lanato folio minor: Amelanchier, Lob. Vitis Idæa 4. Tab. Pyraſter Idæus vel petræus, Geſn. Flübirzlein/ Meſpilus folio rotundiori fructu nigro ſubdulci. In Reichenſtein & Landskron.

COTONASTER, Wild Küttenen: aliàs EPIMELIS: ita dicitur *Rajo*, quòd ſit foliis ſubtus incanis mali cotoneæ, fructu rubente, lanugine obducto, nimirum eſt *frutex* ramoſus cultu tamen arboreſcens, ac folia

Mali

Mali Cydoniæ, averſâ parte candicantia & lanuginoſa, adverſâ verò nervoſa & virentia, minimè per ambitum ſerrata, ſinuata, pediculo brevi appenſa, *flores* concavi, herbacei, plures (unde in umbellas diſpoſitos eſſe dicit *Rajus*) juncti hærent, quibus ſuccedunt fructus in extremis ramulis, velut in *Oxyacanthâ Matth. bini, terni*, vel plures parvi compreſſi ex rotundo oblongi, *in umbilico* quinque partitis ſectiunculis inſignitis, cortice ubi matureſcunt primò rubeſcente, cui tamen obducta eſt lanugo cineritia; *ſapor* iis acerbus, oſſicula intus continentur terna, ac quaterna oblonga, hinc anguloſa, illinc plana, duriuſcula, quæ tamen dentibus facilè conteruntur, medullam claudentes albam: fructus ſemina includit. *Saporem Oxyacanthæ* habet. De hujus fruticis viribus nihil hactenus proditum; verùm ſicco ſapore nonnihil calido acri & adſtringente, quo prædictus eſt, fortius fibras laxatas conſtringet, quàm ipſa Cydonia, quæ cerâ repleta coquuntur & comeduntur in Diarrhæa. Quomodo & ex Raſ. ligni Cotonei Cereviſia contra abortum præparatur, vid. *in Remed. Angl. p. 161.*, Sic in Uteri procidentiâ: ℞. *Fol. Cotonaſtr. quercûs, meſpilor. Muſc. prunor. ſylv. aa. M. j. rad. tormentill. ſymphyt. biſtort. aa.* ℥ß. *Alum.* ℥j. F. Sacculus applicandus pubi, vel incoquatur balneo. Suntque

Cotonaſter folio oblongo ſerrato, C. B. Chamæmeſpilus, J. C.

Cotonaſter folio rotundo non ſerrato, C. B. Cynonago & Dyoſpyron Geſn. Flühbirlein / wild Kütteneu. In alpibus Rhæticis.

CAPUT XIV.

De reliquis Fruticibus & Arboribus, Meſpilo, Berberi, Groſſulariâ, Sambuco, Laureolâ, Ciſto, Ledo, Buxo, Salicibus, Liguſtro, Rhamno, Rubo, Roſis, Tamarice, Erica Junipero, Aſparago, Pino, Pinaſtro, Larice, Abiete.

MEſpilus ſylv. wild Meſpelbaum: Hujus duo genera proponit C. *Bauh.* nim. Meſpilū apii folio ſyl. non ſpinoſam & ſpinoſam. Illa folio exit vitigineo, platani modo lævi in extremis laciniato, baccis racematim cohærentibus aſperiuſculis & oblongis, coronato umbilico, colore ferrugineo; ſapore ante maturitatem perfectam acido & auſtero inſtar meſpili, poſtea non injucundo, unde & vim adſtringentem poſſident, & dyſenteri-

corum torminibus conducunt, vel ex ſynonymo *Sorbus torminalis*, quare & *Ettmüllerus in Prax. Cap. de Diarrh.* Rob ejus pro nobili ſpecifico in diarrheis epidemicis laudat. Hæc verò arbor eſt ſimilis pyraſtro, minor verò, & ſpinoſa valdè: *fructum* fert myrto ſimilem, plenum rubrum, fragilem, intus nucleum habentem, radicem multifidam & profundam, folia apii hortenſis modo diviſa, ſed longiora, floribus racemoſis & candidis, cortice ſcabro & materiei pyraceæ. Ex quo facilè colligere eſt articulis contortis & terreſtribus copioſioribus adſtringere, fibras corrugare & roborare. *Matthiolus* refert radicem illitam aculeos & ſpicula extrahere & Nucleos in pulverem tritos & potos calculum frangere, idque ob alcali potens, quod in iis latet, non ſecus ac *Ampliſſ. Conſul Friburgenſi Gottreau* Pleuriticos quamplurimos ſanavit ſeq. ℞. *Aq. card. ben. Mar. aa.* ℥*iij. Ol. oliv. cochl. j. Nucl. meſpil. pulv. num. viij.* miſc. pro Sudorifero. *Excell. Binningerus in Obſerv. p.* 446. in Veſicæ calculo magnos cruciatos & dyſuriam quotidianam inferente ſequens cum ſucceſſu præſcripſit: ℞. *Chamameſpil. Dumet. M. XXX. Bacc. alkekeng. M. XX. Liquir. raſ.* ℥*v.* Contuſa includantur dolio quod muſto repleatur, dum deferbuerit. Species ſunt

Meſpilus apii folio ſylv. non ſpinoſa: Sorbi 4. genus, Trag. Sorbus torminalis, Matth. Dod. Lob. Tab. In monte Muteto & Reichenſtein.

Meſpilus apii folio ſyl. ſpinoſa, Weißdorn/ Hagendorn: Cynosbatos Theophraſti, Trag. Oxyacantha, Matth. Lob. Tab. Eſt ex fruticibus bacciferis, foliis deciduis, ſpinoſis, ut Groſſularia, Roſæ, Rubi, &c. Paſſim in dumetis & ſepibus.

Meſpilus vulgaris ſeu Germanica folio laurino non ſerrato; ſponte provenit inter Argentinam & Badenſes thermas.

BERBERIS DUMETORUM, Erbſelen: Compluribus à radice fruticat ramis ſeu aculeatis ſtolonibus: *Cortex* ejus albus, lævis, tenuis, lignum flavet: *Radices* ſubflaveſcentes per terram copioſius ſparguntur: *Granatorum folia* magis tamen tenuia poſſidet, *flos* pallidus racematim in ſummitate coit, quem poſtea ſequitur *fructus* rubicundus oblongus ovalis, cujus ratione *Etzlerus* ſub duobus planetis Berberim militare ſcribit, nimirum baccarum ratione ſub Jove, aculeorum verò ſub marte in ſcorpio, martis enim ſignatura propriè aculeata eſt: Baccæ autem *ſaporem* habent acidum, refrigerantem & modicè humectantem; hinc ſunt partium tenuium, & vim omnem ab hujuſmodi acido blando ſubadſtrictorio mutuantur, quare & modicè adſtringunt, appetitum excitant, hepar ac ventriculum roborant, in malignis æſtum febrilem temperant, & ob adſtrictionem in diarrhœâ & dyſenteria utiles ſunt. Sic in fluxu hepatico: ℞. *Fruct. berber.* ℥*iij. mucil. ſem.*

ſem. cydon. ℥ij. *fol. roſar. rubr. Mj.* Coq. *in aq. bord. q. ſ. vel vino rubell.* pro Potu ordinario. Notat tandem *Etzlerus cit.* ſuccum berberum vel ideò etiam Corallia optimè ſolvere pro ſyrupo, quia & baccæ & Corallia Jov iales ſint. *Simon Pauls Quadr. Bot. p. m.* 105. & *Frid. Hoffman. Clariſſ. Schröder us p.* 421. parat ex ſucco tartarum in febribus utiliſſimum: ℞. *Succi berber.* ℔ij. *ſucc. Limon.* ℥ij. miſc. colloca ſuper arenam calidam & eum per biduum digere, dein filtra per colatorium autem pannum laneum, dein beneficio arenæ calidæ is exhalet ad dimidias, ſed cave ne plus juſto ea incaleſcat: Colaturam ubi per aliquot eſcis in cellam recondideris, cernes tartaro ſuo vitri fundum & latera incruſtare, ſepara per vaſis inclinationem ſuccum, & fac iterùm exhalet ad dimidias, ut reſiduum in eo tartari quoque compares, quem ac priorem vaſi vitreo inditum, blandiſſimo calore exicca & pro uſu ſerva. Qui inſtar Crem. tartari pulveriſatus juſculis, ptiſanis, julepis, decoctis ad gratum ſaporem conciliandum, corruptioni humorum & febrili æſtui reſiſtendum utiliſſimè permiſcetur. Juxta *Rajum* Berberis eſt à fruticibus bacciferis, foliis deciduis, ſpinoſis fructu ſimplici oblongo parvo per maturitatem rubro, ſapore acido, racematim naſcente.

Berberis dumetorum: Oxyacantha, Trag. Fuch. Tab. Creſpinus, Matth. Spina alba, Dod. Berberis, Lob. In dumetis.

GROSSULARIA, Kräuſelbeere: à dura membrana ita dicta. Hæc duplex eſt, ſativa & ſylveſtris, quæ aliàs *Uva criſpa* dicitur, ab intortis & veluti criſpis foliis & acinis, quos producit; arbuſcula eſt parva fruticoſa folio apii, ramulis & virgis albicantibus ubique aculeatis: Baccas profert rotundas ſuccoſas & hirſutas acido & auſtero ſapore, unde *Rajo* eſt frutex baccifera foliis deciduis ſpinoſa.

Baccæ roborant, adſtringunt, bilem temperant, ſanguinis ſputum & fluxiones ſiſtunt: folia *extra* uſurpantur, inflammationibus proſunt: Hic referenda eſt *Groſſularia multiplici acino*, ſive *non ſpinoſa hortenſis rubra*, ſive *Ribes officinarum*, St. Johanns Träublein / & *Groſſularia non ſpinoſa fructu nigro*, quorum folia parva ſunt & vitiginea, etiam quoad internam ſtructuram, juxta *Malpigrium* foliis vitis ſimilia, unde & ſimiliter Vinum ex baccis maturis in aquam ferventem injectis per 4. hebdomadas & cum ſaccharo, liquore dein fermentato, parant Angli. Illius autem *Baccæ* ſaporem habent acidiuſculum, ſubadſtringentem, ex quibus Rob parari ſolet, quod utile eſt in alvi fluxu, in ventriculo æſtuoſo roborando, febribusque bilioſis, putredini enim reſiſtit & ſitim extinguit ſanguinisque fervorem demulcet. Hæc verò extus pro topico in carpis manuum utiliter applicantur in Febribus.

Groſſularia ſpinoſa ſyl. Uva criſpa, Trag. Fuch. Dod. Lob. Tab. Uva ſpina, Matth. In dumetis & ſepibus.

Ribes montana oxyacanthæ ſapore: Duplex Ribes, notante *Bauhino in Prodr. L. XII. p. m.* 160. in Helvetiorum alpibus reperitur, altera quæ frutice & foliis ſed minoribus vulgari convenit, fructum verò habet rubrum, hortenſi duplo pene majorem, ſapore oxyacanthæ fructui correſpondentem, in Valeſianorum montibus reperitur: Altera humilior eſt & per omnia minor, baccis vulgari minoribus, minusque acidis; In Bernatum montibus provenit.

SAMBUCUS, Holder: Græcis ἀκτῆ. Arbor eſt nulli non cognita, integram tantum non pharmacopœam ſiſtens, de quo tractatum peculiarem *Blochvvitzius* conſcripſit. *Florem* habet odoriferum, ſuavem, caput petentem (unde cum hormino & ſem. coriandri Vino infuſus muſcatellinum ipſi ſaporem conciliat, mirè tamen caput turbantem, ſi paulò largius bibatur, item & umbra ejus nocet, experientiâ *Exc. D. Smid. in Miſcell. Curioſ. Dec. II. Ann. II. p.* 268.) qui diſcutit, emollit, ſudorem movet, reſolvit, & anodynus eſt. Uſus eorum præcipuus eſt in eryſipelate, ſive ſoli pulveriſati ſeu cum ſpiritu vini irrorati uſurpentur, item in tumoribus flatulentis ſi cum *fl. chamom. carui, gran. juniper. fuligine & ſale* ſacculo incluſa calidè applicentur; Valent & intus in decocto vel Aquâ pro ſcopo ſudorifero, præcipuè & in Quartanâ, proſunt peculiariter in affectibus uterinis & colico dolore in Clyſteribus ob vim anodynam & diſcuſſivam, quâ & externè in doloribus & tumoribus aliis partium conducunt: Ex Baccis expreſſis ſuccus inſpiſſatus Rob præbet, quod *aſſumptum* hydropicis convenit, & in purpurâ & febribus petechialibus cum *antimon. diaphor. ocul. cancr. C. C. phil. præparato* optimum eſt alexipharmacum & diaphoreticum præbet. Eſſentia ex eo elicita ſpecificum eſt in Eriſipelate pro ſudore. Vid. *Syrup. ſambucin. compoſ. in Remed. Anglic. p.* 204. & *Tinct. bac. p.* 213. *Cortex medius Sambuci* cum aceto coctus phlegmata ex ore p rolicit & dentium dolorem ſanat, vino autem infuſus hydragogum eſt, uti in noſtro *Syſtem. Mat. Med. M. S. p.* 185. *C. de Hydrag.* habetur, & alia adhuc Remedia ex *Sambuco* proponuntur. *Excell. D. Wedelius Sect. I. Cap. V. de Medic. Fac.* obſervat Sambucum imprægnatum eſſe ſulphure quodam nauſeabundo, vitriolico, ingrato, cujus ratione vomitum cieat & purget. Hinc & juli ſeu cymata ſambuci primo vere germinantia comeſta ſæpius hypercatharſin inducunt. Notat & *Caſp. Hoffmannus de Medic. Offic. L. I. Cap.* 31. in ſucco baccarum ejus inſpiſſata adeſſe vim fauces & palatum exulcerantem, nimir. ut & in *Ebulo* adſunt particulæ acres, quarum ratione ab Helvetio *Dirib. Med. Cap. XII.* reperitur inter herbas pugnantes mediante ſuo ſale volatili ſulphureo reſolvente

vente

vente contra ſalſedinem fixam urinoſam lymphæ ſuccum mercurialem indurantem: quare & non ſaltem Ebulo vis alvum ſed & urinam & ſudorem movendi adſcribitur, unde hydropicis ſummè ſalutaris eſt, ſi experientiâ *Excell. D. à Lebenwald* Rob ebuli ſæpius intus, & decoctum foliorum extus abdomini applicetur. Vid. *Miſc. Cur. Dec. II. Ann VIII. p.262.* Oleum ejus expreſſum arthriticis prodeſſe, non ſecus ac folia, experientiâ refert *Welſch. Mictomim III. §. LXI.* Eſt autem ex arboribus bacciferis, quarum fructus ſeu vaſa ſeminalia conſtant pericarpio ſeu pulpâ molli ſemina ſæpius plura interdum unicum ambiente. Species ſunt

Sambucus fructu nigro: Sambucus, Matth. Fuch. Dod. Lob. Tab. vulgaris, Trag. Paſſim. Majo & Junio.

Sambucus fructu viridi: Sambuci altera ſpecies, Trag. Dod. Sambucus fructu albo Lob. In viâ à porta cinerea Gundeldingam.

Sambucus racemoſa rubra: Sambucus ſyl. Trag. montana racemoſa, Lob. Samb. cervina, Tab. In monte circa Landskron, & circa pagũ Magden.

Sambucus aquatica flore ſimplici, Schwelckenbaum: Sambucus aquatica, Trag. Matth. Lob. Tab. paluſtris, Dod. In montoſis Mutetæ, in humidis Michelfeldæ. Hæc Sambuci ſpecies à *Rajo* refertur inter frutices bacciferos foliis deciduis non ſpinoſas. Opulus Ruellii 281. Tournefortio quoque dicta.

Sambucus humilis ſive Ebulus: Ebulus, Trag. Matth. Fuch. Dod. Lob. Tab. Ebulus juxta *Rajum* eſt arbor baccifera, ut ſuprà Euonymus. In agris.

LAUREOLA, Zyland/ Kellerkraut: à ſimilitudine cum *lauri foliis* dicitur. *Bauhinus* deſcribit, quid ſit fruticulus cubitalis ramos multos habens à medio ſurſum modo flexiles & folioſos: *Cortex* verò circa virgas viſcoſas valde: folia fractu ſunt contumacia, mordentia os & fauces accendentia, *flores* candidi, *fructus* verò nigri, ubi ematuruit, *radix* ſupervacua. *Flores ſaporem* habent dulcem, nauſeoſum magis quàm in Liquiritiâ guſtamus: *Lignum* verò eſt nauſeoſum, acerrimum, gulam inflammans, igneum: Hinc Laureola valdè bilem & ilioſas ſeroſitates purgat, & vomitum ciet, ut ex hypercatharſi ab eo inductâ hydropem maraſmo finitum obſervarit *Excell. D. D. Wedelius Miſc. Curioſ. Dec. II. Ann. II. Obſerv. CXIV. p.323.* Notat tamen *Welſchius in Mictomim. p.34.* paucula folia Laureolæ cum Vino decocta abſque vomitu menſes movere, prout nimirum omnia purgantia menſtrua ciere ſolent, ſed juſtâ, nec minori quantitate. Vid. *Welſch. Hecatoſt. I. Obſ. XCV.* it. *Mictomim. §. LXIII.* ubi teſtatur *Sanctorium* internis *rad. thymeleæ* auriculis perforatis à ſuffuſione quandam diu præſervaſſe. Quare pro uſu interno prius illa maceranda eſt in aceto per duos dies, & deinde aliis aperientibus incoqui pro Decocto antihydropico. Species ſunt

Laureola ſemper virens flore viridi: Thymelæa lauri folio ſempervirens ſive Laureola mas Tournefortii: Thymelæa, Trag. Laureola, Dod. Daphnoides, Lob. Tab. In monte verſus Reichenſtein.

Laureola folio deciduo flore purpureo: Thymelæa lauri folio deciduo ſive Laureola fœmina, Tournefort. Chamælæa, Trag. Chamæl. Germanica, Dod. Daphnoides, Fuch. flore purpureo, Tab. Meſeræum Germanicum, Lob. Eſt ex fruticibus bacciferis deciduis non ſpinoſis. In montibus vicinis. Martio menſe floſculos emittit.

THYMELÆÆ AFFINIS, facie externa, *Cneoron Matthioli*, Eine Gattung Kellerhalſes: Producit *folia* oblonga pluresque ramos, qui proximè à terra aſſurgentes ferè ſerpunt, in quorum apice flores veluti purpurei Orchidum reperiuntur. Vid. *figuram ejus apud Matthiol. in Dioſcor. p. m. 46.* Creſcit in monte Lunæ & primo vere floret. *Rajus* refert ſe circa Baſileam & alibi fruticulum hinc obſervaſſe. Eſtque

Thymeleæ affinis facie externâ, Cneoron. Matthioli, Oleander Sylv. Avicennæ, Chameleæ ſpecies, Tabern. Thymelæa alpina linifolia humilior flore purpureo odoratiſſimo, Tournefort. In monte Lunæ.

CISTUS, Ciſtenröslein: Juxta Dioſcoridem *frutex* eſt ramoſus, folioſus non altus, folia habens rotunda, nigra, hirſuta, flores maſculo veluti mali punicæ, fœminæ verò albi; capitula inde rotundiuſcula, in quibus ſemen parvum; radices lignoſæ fiſſæ in diverſa tendentes. Vid. *Dodonæus Hiſtor. Flor. & Coronor. p. m. 109.* Species ſunt

Ciſtus flore pallido, punicante maculâ inſigniter, Helianthemum folio maculoſo, Colum(n). & Tournefort.

Ciſtus fœmina fol. ſalviæ. In alpibus.

Ciſtus ſedum, foliis roriſmarini ſed non incanis. Herba eſt flore monopetalo capſulâ ſeminali pentagona. In Rhætia.

Chamæciſtus vulgaris flore luteo: Hyſſopus campeſtris, Trag. Panax chironium, Matth. Melianthemum, Lob. Flos Solis, Dod. Eſt herba flore pentapetalo capſulâ ſeminali triquetra ſeu tribus carinis compoſitâ ut Violæ, &c. Primo Vere.

Chamæciſtus foliis minoribus & incanis. In Pilato.

Chamæciſtus ſerpillifolia floribus carneis ſeu Chamærhododendros alpina ſerpilli folio Tournef. In monte Furca reperitur & Fracto, & floribus luteis in Schaaffmatt.

Vis ei eſt adſtringens & ſiccans, hinc fluxiones varias retardat, ſtomachum roborat, &c. Pediluvium in fœtore pedum taliter parari poteſt: *℞. Fol. Ciſti vel quercûs M. iij. Herb. origan. M. ij. Roſar. rubr. M. j. Alum. ℥ ij.* Mſ. Floret Julio & Auguſto maximè in aridis & ſaxoſis locis.

VITIS

Digitized by Google

VITIS IDÆA ſeu MYRTILLUS, Heydelbeere: Ob ſimilitudinem fructûs cum myrthi baccis ita dictus. Juxta *Bauhinum* eſt *fruticoſa* virgis parvulis, & ramulis cubitalibus penè exporrigitur: quibus *acini* ad latera adhærent nigri, fabæ magnitudine, dulces, vinaceorum inſtar aliquid continentes: folium rotundum, individuum, parvum: flores tintinnabuli effigie inter folia à petiolis dependent, colore ſubpuniceo rufo intus ſtamine, è quibus Baccæ iſti myrti non abſimiles enaſcuntur. *Dodonæus* vocat aliàs *Vaccinia nigra*; quare & *Rajo* eſt ut ſupra Viburnum è fruticibus bacciferis foliis deciduis non ſpinoſis. *Saporem* habent modicè adſtringentem, ſubdulcem, acidiuſculum: hinc refrigerant, ſiccant, ſubadſtringunt, ſitim ſedant & fragorum vice à Paſtoribus comeduntur. *Exiccata* in dyſenteria & diarrhœa cum ſucceſſu adhibentur, uſurpanturque ab Infectoribus ad coloranda ſtamina cœruleo colore ac etiam à Pictoribus. *Cnöphelius* elegans Electuarium caſtrenſ. ſpiſſum ita paravit: ℞. *Bacc. myrtill. in clibano lentè ſiccat.* ℥jß. *panis dulciar. aromatiſ. rad. tormentill. pul. aa.* ℥ß. ʒij. *nuc. moſch. pulv. Theriac. ant. aa.* ʒij. *cum Elix. vit. Matthiol.* F. Electuar. Doſ. ʒj. ſecretum eſt excellens. *Herba* ipſa confortat membra uſurpata in balneis. Valet & contra ſævam tineam, Germ. Haarwurm/ſi paratur *Decoctum è myrtill. foliis Cypreſſ. fl. roſar. rubr. aa.* ℥ij. *Cort. Granar.* ℥ß. *Alum.* ʒjß. *Abſynth. M.*ß. Infuſ. & coct. in *Vino rubr.* dein in Colat. ſolv. *Mercur. ſublim.* ʒß. quo frigidè pars illinenda. Species ſunt

Vitis Idæa fol. carnoſis, foliis oblongis crenatis fructu nigricante.

Vitis Idæa foliis carnoſis & veluti punctatis: Utraque in Pilato, floret primo vere, & baccas fert Julio.

Vitis Idæa fol. carnoſis: Uva urſi Galeni, Lob. In monte S. Chriſtianæ.

Vitis Idæa foliis oblongis crenatis fructu nigricante.

Vitis Idæa foliis carnoſis & veluti punctatis. Utraque in Pilato.

LEDUM ALPINUM, Bergröſslein: Juxta *Bauhinum in Pinace p.* 468. Ledum alpinum vel eſt hirſutum ſeu *Balſamum Alpinum Geſneri, Cluſii*: vel Alpinum foliis terreâ rubigine nigricantibus, ſeu Roſa Alpina Geſn. ſeu *Nereon* alpinum, quæ ambo ſpecies ſunt veræ & genuinæ Ciſti ex flore roſeo & vaſculo ſeminali; locoque ſaltem differunt ab illo; Poſterior ſpecies Ledum glabrum *Johanne Bauhino* dictum, ramis eſt ex deſcriptione *Illuſtris Botanici Cluſii Hiſtor. Plantar. Lib. I. pag. m.* 82. contortis ac lignoſis digiti craſſitie, caule veſtitis, exterius quidem cineritio, internus autem nigricante, at minimi ramuli ſubinde etiam rubente cortice teguntur, per quos folia circa faſtigium conferta glabra, brevibus hærent pediculis Lentiſci foliis paria nec forma diſſimili, niſi quod craſſiora, nervoſiora,

ſiora, minimè in ambitu hirſuta, ſuperiòre parte virent, inferiore ferruginei ſunt coloris, *saporis* adſtringentis & quodammodo reſinoſi, inter quæ in extremis ramulorum flores multi coacervantur, coccinei; dilutiores, quàm ſequentis oblongi, ſuperius quinque partitis atque argenteis punctulis conſperſi, in quibus pluſcula ſtaminula capitulis medium piſtillum ſtipant, quibus decidentibus relinquuntur capitula rubentia in quinque carinulas dehiſcentia, in quibus pulviſculus veluti ſemen *ferrugineum*: *Radix* oblonga, lignoſa, dura, ſub nigro cortice tecta creſcit in montibus Rhæticis, item in jugis montis Juræ prope Genevam, ubi ſe *Rajus* inveniſſe teſtatur. Alterum *Nerii Alpini genus* hirſutum eſt, folia potiſſimùm per ramorum extrema conſpiciuntur, & illic quidem conferta, breviora quàm præcedentis & obtuſiora utrinque virentia, ſed virore ſaturato, ſaporis enim ingrati, aromatici & reſinoſi cum adſtrictione quadam. Creſcit in monte Gotthardo & Fracto, & vicinarum alpium jugis inter ſaxa ad devexa plerumque latera. Utroque Ledo Alpino Tinctores, qui montium Sneeberg & aliorum vicinia inhabitant, ubi provenit, utuntur ad lineas penulas nigro colore inficiendas, auctore *Cluſio*, prout & *Rajus* ſcribit: Folia & Virgulta Myrtilli Sileſiacis uſum præſtare eundem, quem Ledum Alpinum Infectoribus Alpinis. Sic & datur Ciſtus Ledum flore maculâ nigricante notato, ex quo tamen loco coloris nigri exudat potius reſina illa odorifera Ladanum dicta ex hircorum barbis depexa. Floret prædictorum utrumque Junio & Julio.

BUXUS, Buchsbaum: πύξος Gr. à denſitate ligni, quâ difficillimè comburitur ex pororum anguſtiâ, unde & Aurum ex ſimili denſitate difficulter recluditur & philoſophicè calcinari dicitur. *Arbor* eſt magnitudine haud procera, folium myrto ſimile, locis frigidis & aſperis naſcitur. *Folia* ejus *saporem* habent acrem, ferreum & adſtringentem, graveolentem, ſulphur ſpiritus inviſcans continentem (ceu inde *Fernelius* folia inter purgantia recenſuit) hinc *oleum narcoticum* ſummum pro dentium dolore *è ligno* elicitur, quod etiam in Epilepſia commendatur: Sudorem movet *ligni* decoctum inſtar *Guajaci* & luem veneream curat, ita ut *Ettmüllerus* hoc præ illo laudet, v. g. *℞. Lign. Buxi. ſaſſafr. ſalſap. chin. ℥ij. Paſſul. min. ℥j. ſem. fœnic. ℥j.* Coq. in aq. font. ℔. *vj.* in vaſe duplici; vermibus & putredini reſiſtit. *Exc. D. D. Roſin. Lentil. Dec. II. Ann. II. Miſcell. Cur. p.* 350. obſervavit lixivium cui buxus incoquebatur tantâ vi pollere caput promiſſâ cæſarie ſubcaſtaneâ ditandi, ut etiam ubi facies incautè eo humectatum fuerat, pilis ruffis inde naſcentibus defœdarit. Sunt autem Buxi ſpecies ex arboribus bacciferis foliis ſemper virentibus latis graveolentibus ſeminibus in ſingulis baccis pluribus nigris lucidis fraxinellæ. Eſtque

Buxus

Buxus arboreſcens: Buxus, Matth. Fuch. Dod. Lob. Tab. vulgaris, Trag. In quibuſdam cœmiteriis.

Buxus foliis rotundioribus: Chamæpyxos, Trag. Tab. Buxus humilis, Dod. In monte Crentzacenſi.

Chamæbuxus flor. coluteæ. In monte Fracto.

SALIX, Weyden: Græcè ἰτέα παρὰ τὸ ἰέναι, quòd citò in altum abeat, prout pariter nomen Latinum à ſaliendo dictum: virgulta gerit flexibilia, arbor eſt exigua, folia ejus ſunt oblonga ſupernè virentia, infernè albicantia, oleaginea, quæ dum ſalix floret uno ictu reſciſſa, Amuletum præbent in omni malo odore certiſſimum, teſte *D. Michaelis in Oper. Pract.* Semen imperfectum & immaturum emittunt, ut & aliæ plantæ ſaturninæ, unde non ſaltem antivenereum vim habent ſalices, ſed & de iis legitur *Pſal.* 137. mœſtos Iſraëlitas ad Babylonis flumina conſediſſe, flentesque appendiſſe ſalicibus nablia ſalicesq; ſuſtinuiſſe lyras, i.e. præ mœſtitiâ & animi mœrore, qui ſaturninas per ſalices denotatur, non potuiſſe canere Deo, Muſica enim Veneri propria eſt & ♄nus triſtitiæ pater. Juxta *Rajum Hiſt. Plant. T. II. p.* 1419. Salix julis ſeu nucamentis è multis vaſculis ſeminalibus compoſitis, quæ ſemen continent pappo involutum, cum populo convenit, ſed foliis longis aut ſaltem circumſcriptione æqualibus & minimè anguloſis ab eadem differt. Juli autem iſti vel ſunt floriferi vel ſeminiferi, prioribus brevi primo Vere decidentibus, poſterioribus verò ad æſtatem uſque in arbore durantibus. Species Salicum etiam juxta *Rajum* reſpectu texturæ foliorum horum ad duo genera referri poſſunt, primum genus erit *ſalix folio compactiore*, ſecundum *Salix folio laxiore & craſſiore*. Omnes autem ſpecies ſalicis ſunt arbores lanigeræ juliferæ ut Populus. In Helvetia creſcunt ſeq. ſpecies,

Salix vulgaris alba arboreſcens, Baumweyden: Salix 1. vel major, Dod. Salix Dioſcoridis, Lob.

Salix vulgaris rubens, Rohte Brandweyde: Salicis 3. genus, Fuch. Salix minor, Dod. Ad margines pratorum.

Salix ſativa lutea folio crenato: Salix 3. Trag. Salicis alterum genus, Fuch. Salix anguſtifolia ſyl. Tab. In pratis & foſſis.

Salix folio amygdalino utrinque virente aurito: Salix, Matth. ſylv. latifolia, Tab. In prato ad pontem Wieſæ.

Salix fragilis, Bruchweyden, vel Brandweyde/ eò quod tandem nigreſcat Salix 2. Trag. 1. in Prodr. In arenoſis ad Birſam & S. Jacobum frequens.

Salix humilis capitulo ſquamoſo, cujus foliis ſæpè veſiculæ ſubrubentes inſident: Salix anguſtifolia, Cluſ. In arenoſis ad Rhenum & Wieſam.

Salix oblongo incano folio, ſub 2. in Prodromo. Ad molendinum ærarium ſatis frequens, item in ſepibus ad aquam, & Michelfeldæ.

Salix latifolia rotunda, Saalweyden / Palmweyden: Salix caprea rotundifolia, Tab. In paluſtribus Michelfeldæ & humidis montis Mutetæ.

Salix folio ex rotunditate acuminato: Salicis 4. genus, Trag. Salix aquatica, Lob. Salix caprea latifolia, Tab. Iisdem locis.

Salix humilis latifolia erecta, quæ 4. in Prodr. In humidis Michelfeldæ. Salix hæc humilis ex floribus Aquam deſtillatam præbet, quæ, notante *Donzello in Theſ. Pharmac. Catalog. Plant. circa Romam creſcentium p.807.* cum *ſacchar. roſac.* exhibita hæmoptyſin certò ſanat.

Salix alpina anguſtifolia repens, Germ. Erdweyden. In alpibus Helvetiorum & monte Fracto frequens.

Salix alpina Pyrenaica. In ſummitatibus Pyrenæi monti; Eſtque 6. in Prodr. C. Bauh. p. m. 159.

Salix ſaxatilis minima. In alpium Helveticarum jugis ſaxis inſiſtens reperitur.

Antequam autem Vires Salicis ex ſapore tradamus, notabimus ante omnia maximè Salices inſervire ad curam transplantatoriam, prout præter alia maximè taliter Strumæ ſanatæ ſunt, referente *Excell. D. Hünervvolf. in Dec. II. Miſc. Cur. Ann. X. p. m. 99.* quatenus noviter nuptæ ab Opilione ſuaſum erat, ut primo vere ungues reſecaret, & manè ſubobſcuro abiret ad ſalicem procul ab urbe remotam, inque eam perterebratam ſegmenta unguium reconderet clauſo ad amuſſim foramine cuneolo, ſic tandem ſenſim decrevit ſtruma. Quia verò Salix *folia gerit* amari abſynthiaci ſaporis & gulam cum terreſtreitate exaſperat, ſiccant ea & ſubadſtringunt, non autem refrigerant niſi per accidens. Folia hæc contra libidinem arcendam uſurpantur, quem in finem *Ettmüllerus* Decoctum & ſuccum commendat, præſertim ſi hic cum pane in placentulas formetur. *Hartmannus* Balneum è foliis contra Infantum ariduras & tabem utiliter commendat. Tale Balneum quoque utiliter paratur contra malam ſcabiem, v. g. ℞. *Fol. ſalic. Lapath. acut. Enul. camp. Verbaſc. Scabioſ. aa. M. x. Rad. malv. violar. aa.* ℥vj. *Furfur. macr. ſcutell. vj. ſulphur.* ʒiij. *Salis P. j.* F. Decoct. pro Baln. ſingulis diebus uſurpando; Dein utatur Unguento ſeq. ℞. *Ol. roſac. Viol. aa.* ℥iij. *Succ. fumar. Lapath. acut. aa.* ℥j. *Axung. porc.* ℥v. *Ceræ nov. q. ſ.* Liquefiant *Cera cum oleo & axung.* dein add. *Succi & Acet.* ℥jß. Coq. ad conſumpt. adde *Terebinth. lot.* ℥ß. *Litharg. Ceruſſ. Thur. Maſtich. ſulph. aa.* ʒvj. *Mercur. aceto extinct.* ℥ß. *Alum.* ʒj. *Cafur.* ℈j. *Salis* ℈ij. miſc. F. Ung. Recentia Salicis folia etiam utiliſſimè adduntur in ſoporiferis lotionibus, & ſparguntur circa febricitantium lectum. Quid fungus ſalicis ruſæ præbeat in phthiſi, diximus *in Select. Remed. è Trib. Regn.* Hinc *Prævotius* Extr. corticis medii ſalicis tenelli, antequam folia edat, collecti, expertus eſt ſingulare remedium, teſte *Welſch. Miſtom. §. LX.* Ex foliis paratur *Aqua ſtillatitia*, quæ ex ſali-

Digitized by Google

cum adſtringente vi dicitur hæmorrhagiam ſiſtere; verùm *Welſchius in Miſcomim. §. XL.* refert arcanum mulierum Britannicarum eſſe ad menſtruorum defectum cort. ſalicis minoris in vino, id quod & *Georg. Entius* ſuâ experientiâ conteſtatus ſit. Aliàs de *Oleo deſtill. ſalicum* refert *Etzler, Iſag. p.* 29. illud genitalibus illitum Venerem extinguere. Uſus etiam Viminum eſt ad corbes, clathros, cathedras, &c.

LIGUSTRUM GERMANICUM, Beinholtz; à ligando dictum. *Arbor* eſt juxta *Matthioli* deſcriptionem foliis Oleæ ſimilibus, ſed latioribus mollioribus & viridibus, floribus candidis, muſcoſis, odoratis, ſemine nigro ſambuci fructui ſimili, purpureo intus ſucco: ligno robuſto & duro; *Folia* habent ſaporis acerbi, terrei & urentis cum amaritudine ſiccantis; hinc & ſiccant, adſtringunt, & incidunt, & ſingulariter conducunt ad inflammationes, putredines, exulcerationes oris & faucium, ad procidentiam & tumorem uvulæ & laxitatem gingivarum in collutionibus aquâ ferrariorum factis. Flores ex aceto fronti illiti capitis dolores mulcet, id quod & Oleum eorum præſtat, quo inſuper in Italia ad ſcrophulas & ulcera omnia putrida utuntur, teſte *Doctiſſ. Welſchio in Miſcomim. p.* 35. *Ann. IV. Dec. I. Miſc. Cur.* quin & intrinſecus ad ſcorbutum folia maximè facere compertum eſſe dicit. Adhiberi quoque poſſunt in profluviis ſiſtendis; Eſtque è fruticibus bacciferis foliis deciduis non ſpinoſis.

Liguſtrum Germanicum: Liguſtrum, Matth. Fuch. Lob. Tab. vulgare, Trag. Phyllirea, Dod. In ſepibus.

RHAMNUS, Stechdorn oder Faulbaum / Creutzbeer: Eſt frutex in fruticetis & ſepibus naſcens, virgas rectas & ſpinas aculeatas ut *oxyacantha* habens. *folia* verò parva, oblonga, ſubpinguia, mollia, quæ baccæ ſequuntur: *folia* externè applicata eryſipelati & herpeti conducunt. *Decoctum* ejus cum *aquâ aluminosâ* inſervit oris & gingivarum putredini. *Rhamni catartici* in ſpecie fructus purgat hydropicos, ſi *ſucci* ℔ij. *& ſacchar.* ℔ſs. coquuntur & (maximè ſi *fimus columb. aceto ſubactus* unà applicetur) corrigantur *zinzibere, caryophyllo & cinam.* Vid. *Cnöfel. in Faſcic. Medicam. p.* 109. Nos ordinavimus utiliter hoc modo: ℞. *Syr. de rham. cathart.* ℥iij. *Jalap. opt. gr. xxvij. magiſt. hujus gr. iij. Zingib.* ℈ß. *Aq. fumar. Vini alb. aa.* ℥ij. miſc. F. Potio. Copioſè aquas eduxit. Hinc in Gonorrhæâ ob vim tergentem & purgantem ſæpiùs expertum eſſe refert *Welſchius in Miſcomim. Sect. III. §. XXIII.* Pictores & Mechanici baccarum ſucco utuntur, parantes inde colorem 1. *Croceum*, ſi meſſis tempore lectæ, areſactæ, contuſæ in aqua & alumine macerentur. 2. *Pulchrè viridem*, ſi legantur autumno, cùm maturitatem aſſecutæ nigræ evaſerint & tuſæ in vaſe æreo aſſerventur.

3. *Puni-*

3. *Puniceum*, ſi circa *feſtum S. Martini* in arboribus adhuc hærent. Rhamni autem ſpecies ſunt à fruticibus bacciferis, foliis deciduis ſpinoſis, uti ſequentes Rubi & Raſorum ſpecies. Eſtque

Rhamnus ſalicis ſeu Oleæ folio fructu flaveſcente: Rhamnus 2. Matt. Dod. Rhamnus primus Dioſcoridis creditus, Lob. In humidis Huningenſium.

Rhamnus catharcticus, Wegdorn/ Creutzdorn: Rhamni alia ſpecies, Trag. Spina infectoria, Matth. Lob. Tab. Rhamnus ſolutivus, Dod. Communiter frutex eſt: in monte Muteto & dumetis Auguſtam verſus.

RUBUS VULGARIS & IDÆUS, Brombeer und Himbeer: Ille virgas edit quadrangulas ſubrubentes facilè flexiles, aduncis ubique aculeis refertas folia fragariæ æmula ſed aſpera, flores racemoſos albicantes, quos ſequuntur baccæ nigræ inſtar mororum: hæc verò longè dementior eſt ſpinis raris obſita, folia proferens latiora molliora que, flores itidem albos, quos baccæ mora per omnia referentes ſequuntur; quare & ſunt è fruticibus bacciferis foliis deciduis ſpinoſis fructu compoſito ex multis acinis. Hic verò frutex eſt, cujus folia cùm extremo tum lateribus ſinuata concidunt & ſpinoſa cuncta redduntur, imò etiam caulis & ramus fructum racematim gerit & non ſolùm ſerò, ſed etiam particulatim matureſcit. Eſtque

Rubus vulgaris fructu nigro, Brombeer: Rubus, Matth. Fuch. Dod. Lob. grandis, Trag. arvenſis, Tab. In dumetis.

Rubus repens fructu cæſio, Kratzbeer: Rubus humilis, Trag. minor, Dod. In ſylvis. Junio.

Rubus Idæus ſpinoſus, Himbeere: Rubus Idæus, Trag. Matth. Dod. Lob. In Landskron. Majo.

Chamærubus ſaxatilis, Rubus alpinus humilis, Geſn. In montibus Helvetiorum.

Rubus vulgaris fructu nigro *folia* gerit ſaporis acerbi & adſtringentis, ſicci, hinc profluvia quæque ſiſtunt, aphtas curant, vulnera abſtergunt inveterata in Decocto pro lotione ſingulariter curant, ſcabiem arcent. *Rubus Idæus* fructu rubro *ſaporem* quoad baccas habet acidiuſculum, penetrantem, gratum, odorem aromaticum, hinc refrigerant, vi analepticâ gaudent, ſtomachum roborant, humectant, ſitim ſedant, febrium æſtum temperant, mucilagine temperatâ ſal volatile acre & efferum inviſcant, anginam & oris ulcera curant, hepar aperiunt, urinam movent. Syrupus ſummè cardiacus eſt & reficiens & in febribus malignis roborans egregium, ut meritò *Geſnerus* illam ſaphirinis & ſmaragdinis prætulerit. Aqua etiam ex iis utiliter Aquis cardiacis immiſcetur, v. g. in Febribus malignis: ℞. *Aq. rub. id. borrag. bugloſſ. roſar. aa. ℥j. Bez. min. Perlar. præpar. aa. ʒj. Bez. orient.*

Digitized by Google

orient. ℈j. *Man. Chriſt. q. ſ.* miſc. Ex pulpa earum cum ſaccharo bellaria quoque fiunt. Florent in montibus Majo & Junio.

ROSA SYLVESTRIS, CYNOSBATOS, Roſenſtauden: Roſæ ſpecies ſunt frutices bacciferi ſpinoſi foliis deciduis fructu ſimplici, cui flos ejusque calix pro umbilico inſervit, folii: pinnatis, fructu majori.

Roſa ſylv. vulgaris flore odorato incarnato, Heckenroſe: Roſæ ſylv. 1. genus, Trag. Roſa ſyl. Matth. Dod. Tab. Roſa canina odorata, & ſylv. Lob. In dumetis, cui ſpongiola adnaſcitur. Majo & Junio.

Roſa ſyl. foliis odoratis, wilde Roſe: Roſa ſyl. altera, Trag. Roſa ro. Dod. Roſa Eglenteria, Tab. In quibuſdam ſepibus.

Roſa ſyl. pomifera major. In alnetis provenit.

Roſa arvenſis candida, wilde weiſſe Roſe: Roſæ ſylveſtres 4. ſpecies Trag. In agris.

Roſæ ſylveſtres ergo ſunt frutex arboreſcens folia ferentes multò latiora quàm myrthus & aculeos robuſtos circa virgas (quæ pungunt ſed protegunt, unde præter alia moraliter diſcimus, humanam mentem nonnunquam gravibus ærumnis aculeatam patrocinium ex his ipſis calamitatum ſpinis ampliſſimum ſortiri) florem candidum, fructum oblongum, olivæ nucleo ſimilem, qui dum matureſcit, fulvus, intus verò lanuginoſus conſpicitur; *Odorem* is habet fragrantem acidiuſculum, ſubadſtringentem verò ſaporem, hinc modicè adſtringit & optimè ſpir. vitales & animales recreat, quare & *Uſus* earum eſt in fluxionibus, fluore albo mulierum, febribus, ſiti, ſodâ & appetitu proſtrato, maximè verò in calculis renum, extrinſecus in vomitu, Cephalalgiâ, vigiliis, dolore aurium, gingivarum, ſedis cum vino coctæ impoſitæque, in ulceribus & inflammationibus oris, faucium, oculorum. *Radix Cynorrhodonis* ſpecialiter ſpicula è corpore extrahit. Notamus etiam Philoſophos Chymicos duplicem habere Roſam, Rubram quæ roſa coccinea noſtrorum magiſtrorum *Baſilio* dicitur *Oper. p. 35.* diadema cordis quod mirere, ubi non intellexeris, ſalini Philoſopho cuidam dicta, & alba quæ roſa Hierochuntina (de qua aliàs *Mollenbrockius*) Jovis eidem *Baſil. p. 198.* cui nomen perpetuæ. *Majer. in Emblem. pag. 75.* Roſetum philoſophicum duplici ſubjecto reſerari dicit, volatili ſcilicet & fixo, ubi in ipſo introitu Venus cum ſuo amaſio Adonide videatur, quæ ſanguine ſuo roſas albas tinxit purpureas. Sed hoc altioris indaginis. *Etzlerus* refert Sal ligni Roſarum mirè matricem reſerare & confortare, quia Roſa Venerea ſit & Veneri cum Luna uterus ſubjicitur; verùm in calcinatis vis hæc nulla. Adnaſcitur aliquando Roſæ virgulis *pilula* quædam molliter hirſuta ex contorſione utriculorum ab eroſione cuticulæ à vermibus factâ & ovis eorum illuc depoſitis, hinc ſi hanc incideris *vermiculis*

culis quibuſdam exiguis albis intus refertam invenies, è quibus per hyemem in ſpongia latitantibus menſe Majo anni ſequentis veſparum formâ prodeunt, ceu pluribus hoc copiosè explicat *Excell. Brandenburgicus Archiater D. D. Mentzelius Dec. II. Ann. II. Obſerv. X. Miſcell. Curioſ. p. 30.* Vide & *Regn. Veget. Part. I. Cnöphelius in Faſcic. Remed. p. m. 37.* ſuadet ſpongiolarum prædictarum repetitam inſuccationem cum ſpermate ranarum, in quo prius aliquid ex vitriolo & alumine ſit ſolutum & exiccationem, qualiter egregiè hæmorrhagia ex quacunque corporis parte, maximè narium, ſi ſaltem odoretur, ſiſtatur. Spongiola talis in ſcatula pura uſui reponi poteſt.

TAMARIX, Tamariſken: Nota eſt arbor fructum veluti florem ferens, compactè muſcoſum, unde *Rajo* Arbor lanigera dicitur, ſeminibus tectis ſeu incluſis vaſculis multis ſimul confertis racematim in ſummis ramis, foliis cupreſſi aut ericæ vulgaris. *Odorem* habet ſuavem, ſubfrigidum, ſaporem adſtringentem & partium tenuium; hinc ſubadſtringit, diuretica eſt & anticatharralis, antihypochondriaca & ſanguinis purificativa; *obſtructiones* omnes tollit, inprimis meſenterii: *Ettmüllerus* teſtatur Corticem ejus minimè cedere ligno ſaſſafras in abſumendis catharris, ſi ejus uncia una pro menſura Aquæ coquatur ad remanentiam dimidiæ partis. *Etzlerus in Iſag. Phyſ. Mag. Med. p. 19.* refert Tamariſcum olim Magis ſcythicis ad præſagia uſitatiſſimum fuiſſe unde *Nicander μάντιν* vocet. Vid. *Huetius in Concord. Rat. & fid. p. 195.* Extus ejus foliorum uſus eſt in Cataplaſmate contra tumores ſeroſos œdematicos hydropicorum, v. g. ℞. *Fol. tamaric. roriſmar. rut. aa. M. j.* bulliant in aqua & vino ad mollitiem, add. *Farin. cicer. frument. aa.* ℥*j. ſterc. vaccin.* ℥*ij. Adip. porc.* ℥*jß. Mell. opt.* ℥*ij.* miſc. f. inſtar Catapl. Venena enervantur per caulem ſeu ramum excavatum hauſta: Eſtq;

Tamarix fruticoſa Germanica: Myrica, Trag. ſyl. Matth. Tamarix ſyl. fœmina, Fuch. Tamarix, Dod. Tab. Tamariſcus Germanica, Lob. In arenoſis ad Rhenum & Birſam.

ERICA, Heyden: Ab ἐρέικω frangendi calculum vi dicitur, Arbor eſt fruticoſa ſimilis Tamariſco ut multò minor colore roriſmarini & pene folio, floribus parvis copioſis ſubrubentibus, & juxta *Rajum* frutex cujus ſemen vaſculo per maturitatem ſicco minori rotundo incluſum eſt, foliis ſemper virentibus. Eſtque vel

Erica vulgaris glabra: Erica, Tab. vulgaris, Trag. Erice, Fuch. Erica 1. Matth. Erica Myricæ folio, Lob. flore purpuraſcente, aliquando albo; in ſylvis.

Erica baccifera procumbens nigra. Empetrum montanum fructu nigro. In monte Fracto habetur.

Saporem

Saporem habet herbaceum, ſiccum, terrenum, hinc adſtringit, & ob alcali vividum nonnihil reſinoſum in Decocto per 30. dies pota Calculum veſicæ frangit, teſte *Matthiolo*, præſertim ſi unà in Balneo uſurpetur. Florum decoctum (quod maximè juxta *Galenum* digerendi per halitum facultatem habet) in Colicâ prodeſt, laudatur & in morſibus ſerpentum & fluxionibus variis.

CAMPHORATA GLABRA, Camphermüß: Ita dicitur, quòd herba digitis fricata odorem camphoræ nonnihil referat, foliis Larici ſimilis eſt, nihilominus *Rajo* eſt incertæ poſitionis.

Camphorata glabra: Chamæpeuce & Camphorata minor, Lugd. Ad agrorum ſemitas versùs Otlingen.

JUNIPERUS, Reckholderſtauden: Quòd juniores & novellos fructus pariat, antequàm veteres maturi ſint, ita dicitur; Cedro ſimilis planta eſt aculeata, veluti *Roſmarinus*, aculei ejus ſunt recti, qui nunquam decidunt, id quod prodit balſamicam ejus vim. Eſt ergò ex Arboribus bacciferis juxta *Rajum*, de quo ſupra in Euonymus. Species ejus duæ ſunt,

Juniperus vulgaris fruticoſa: Juniperus, Matth. Dod. Lob. Tab. vulgaris, Trag. Juniperus minor, Fuch.

Juniperus minor montana, folio latiore fructuque longiore. In cacumine montis Pilati.

Fructus ejus quem ſingulis annis bis maturum profert, craſin totius concreti obtinet, bonus iſt eſt contra viperarum morſum, roborat cerebrum, ventoſitates reſolvit, & ſtomacho prodeſt, & ut Cedrus, qui Veteribus cum Junipero unum idemque vegetabile fuit, ad vitam longam facit. Hinc in affectibus catharralibus & chronicis ſenum percommodi ſunt, dum digeſtionem ventriculi juvant. Novi Typographum qui eſu baccarum ſingulis manè conſueto viſum uſque ad ſummum ſenium illæſum conſervavit, ſed & halitus eorum ex ore oculis afflabatur ab ipſo. *Cnöphelius* Cataplaſma tale ad hydropicos tumores paravit toto corpori calidè illinendum: ℞. *Bacc junip. p. iv. lauri p. j.* pulveriſata excipiantur mellis q. ſ. ad conſiſt. Catapl. quo hydropicus per annum & dimidium curatus erat. Sic fit utilis ſpiritus arthriticus externus: ℞. *Bacc. junip.* ℔*j. rad. Imperat.* ℥*ij. Caſtor.* ℥*j. Camph.* ʒ*vj.* Affund. *Spir. vini menſ. j.* & externus apoplecticus dum *gran. junip. M. ij. in menſ. j. Spir. vin. cum ſalv. puleg. naſturt. & parum croci* infunduntur. Paratur inde *Rob Juniperi* ad peſtem & movendum ſudorem atque urinam, unde Nephriticis per commodum Malvaticum Juniperinum (dum v. g. *Rob juniperi* ℥*iij. vini malvatici canth. ſem.* in vaſe terreo miſcetur piſtillo marmoreo vel vitreo, hinc ſtant in dige-

ſtione

Digitized by Google

ſtione & tinctus liquor colligitur percolatione per linteum cum expreſſione; Doſis ℈j. in conveniente vehiculo) ſeu Eſſentia ex Rob & Spiritu conſtans. Baccæ autem ſpiritum exhibent per fermentationem, ubi & ſal volatile inſimul elevatur, & oleum quod contra affectus colicos & nephriticos intus & extus bonum eſt, præcipuè verò Oleum per diureſin ſerum leucophlegmaticorum copioſè educit, experientiâ *D. Binningeri in Obſerv.* Hinc Baccas cum Abſynthio & Rhabarb. Monach. in hydrope ſummè proficuas eſſe, expertus eſt *Exc. D. D. Volkamerus. Exc. D. Wolfius in Miſc. Cur. Dec. II. Ann. VIII. p. 155.* refert quendam Theologum liberis ſuis de ſpiritu præfato aliquid ſæpius exhibuiſſe, & hoc modo ab inſultibus Epilepticis præſervaſſe.

Liquor ex fungis ſeu ſpongiis Juniperi exilibus ſponte reſolutis in ſole & acervo formicarum ſummè utilis eſt in affectibus oculorum, imò etiam pro ſpecifico antiparalytico habetur, de quo vid. *D. D. Mart. Bernh. de Bernic. in Faſcic. II. Med. Cnöphel. Tit. XXV. pag. 182. Ann. VI. Miſcell. Curioſ.* *Gelatina* verò ſeu gluten juniperinum circa nodos ejus exudans & in limpidum liquorem ſe reſolvens, de quo in *Experim. Cnöphel. Miſc. Cur. Dec. I. Ann. VI. p.* 184. in contracturâ, paralyſi & debilitatis ex arthritide articulis vel ex ſignaturâ laudatur.

Cinis Juniperi, ut & ſarmentorum Vitis, Abſynthii, egregiè valet in Hydrope pro urinâ expellendâ, v. g. ℞. *Ciner. junip. abſynth. ſarment. Vit. aa.* ℥ij. *Nuc. moſch.* ʒij. *Cinam.* ʒj. Affund. *Vini alb.* ℔ijß. ſtent calidè per diem, dein Colaturæ dentur ℥vj. Nec minus poſteà experientia valet Lignum v. g. in Hydrope Uteri: ℞. *Lign. Junip.* ℥iij. Coq. *in Vin. alb. & Aq.* ℔iij. Colat. add. *Cerefol. M. j. fol. laur. M. j.* Utiliſſimum etiam idem eſt in Lue Venerea. Hic tandem non reticendus videtur Pulvis ſtomachicus albus, qui ut Juniperus ad vitam longam ut præſervativum, & tantùm non curativum univerſale à quibuſdam Helvetiis, præſertim & Conſtantienſibus laudatur, cujus deſcriptio ſequens eſt: ℞. *Bacc. junip. Herb. Veronic. carduibened. cent. min. ling. cervin. plantag. latifol. aa.* ʒj *Macis, rad. zedoar. Helen. calam. arom. pimpinell. liquir. C. C. uſt. aa.* ℥ß. *Zinzib. alb. Cinamom. Galang. Salv. nob. Caryophyll. aa.* ʒij. *Cubeb. Cardam. aa.* ʒijß. *Sem. fænicul. & cumin. acet. macerat. aniſ rut. petroſel. urtic. rubr. aa.* ʒiij. *Fol. ſenn* ℥iij. *Crem. tart.* ʒiij. *Pulmon. vulp.* ℥j. *Sacch. cand. alb.* ℥xij. miſc. F. Pulv. Doſ. quantum quater cuſpide cultri capi poteſt; Valet præprimis contra aſthma & affectus pectoris & capitis chronicos.

ASPARAGUS, Sparſen: Sic equidem vocatur omnis tener caulis & germen primo prodiens, ſed hic ſpecialiter quòd cauliculos hos, qui primâ germinatione è terra prodeunt, præcipuos habeat, coquuntur ſcilicet

licet

Google

licet hi turiones & cum butyro aut oleo communi, aceti tantillo & ſale menſis adhibentur. Notæ ejus genericæ ſunt folia tenuiſſima & quaſi capillacea; turiores hi craſſi & eſculenti ſpiritu vegetativo pleni ſunt & particulis ſulphureis, quas è terrâ ſtercoratâ hauriunt, abundant. *Saporem* habet radix ſubdulcem, unctuoſum, & partium tenuium eſt cum calore, & fauces & linguam exaſperat, hinc ob ſal volatile ſulphureum *calefacit & ſiccat moderate*, & inter *5. radices aperitivas* numeratur: Uſum habet magnum in *deobſtruendo* (potiùs ſanguinem ſale ſuo reſoluto attenuando) & urinas movendo, cujus ratione pro Lithontriptico vulgò laudari ſolet, eò quòd Urina odorem ejus ſpiret, ex quo tamen *Helmontius* colligit, eum potius calculum formare, dum putreſcendo aſparagi ſalia reſolvuntur & cum aliis partibus terreſtribus in arenulas abeunt: Notat & obinde *Excellentiſſ. DN. D. Paullini in Obſerv. Med. Phyſ. annex. Ann. VI Dec. II. Miſcell. Curioſ. Obſerv. CVII. p. 68.* quandam fœminam abeſu immoderato aſparagorum ſterilem factam per intermiſſionem eorum à ſterilitate mox liberatam fuiſſe, nimirum *Caſp. Hoffmannus* in pituitoſis Venerem ſtimulare poſſe & ſemen augere decernit, in bilioſis verò ſubductâ materiâ contrarium facere. Pro ſcopo autem deobſtruendi glandularumque coagulum tollendum in Hydrope cum aliis ita utiliter ordinabat quondam *Rondeletius*: *℞. Rad. aſparag. apii, gramin. petroſelin. pentaphyll. aa. ℥ij. enul. camp. ℥j. Herb. beton. marrub. mercurial. cichor. capillar. omn. aa. M. j. ſem. aniſ. fœnic. aa. ʒß. Braſſic. mar. & fl. chamom. in acet. macer. aa. ʒj. ſenn. orient. ſem. cartham. aa. ℥ij. ſem. heder. ʒij. Fl. anth. P. j. Paſſul. ℥ij.* F. Decoct. aromatiſandum cum *ſacch. ſpec. diarrh. Abb.* externè adhibetur pro lenienda Odontalgia & dolore gingivarum earumque laxitate. Unica ſpecies apud nos in Alſatia ſuperiore propè Baſileam reperitur, ſcilicet

Aſparagus mitior ſponte naſcens.

PINUS, Kien: Pinus eſt vel ſativa vel ſylveſtris: Illa procera eſt arbor, folia habens aculeata, ſemper virentia, longiora, craſſiora, magis recta, circa ramum prodeuntia, reſinoſa eſt, odorifera, conos habens magnos ſolidos ex multis duris & lignoſis ſquammis compactos, in quibus nuclei oblongi & fuſci ſunt incluſi; Interius nucleus albidus *ſaporem* habet pinguem, unctuoſum, benè nutrientem, idque ob ſubſtantiam oleoſam temperatam, cujus ratione ut Amygdalæ & Piſtacia quoad caliditatem temperatus eſt & humidus, quales nuces maturant, leniunt, agglutinant, reſolvunt, impinguant quare uſus eorum præcipuus eſt in phthiſi, ſtranguria, ubi urinæ acrimoniam mitigant; inſuper Venerem excitant & ulcera renum mundificant. Sit v. g. ſeq. Lac artificiale in Phthiſi: *℞. Rad. ſymph. maj. ℥ij. Herb. heder. terr. Fl. tuſſil. aa. M. j. C. C. raſp. ℥j. Limac. purg. num. x.* Coq. *in Aq.*

 font.

Google

ſont. Menſ. j. tum ℞. *Pinear. mund. Piſtac. decort. aa.* ℥ij. F. Emulſ. de qua detur ſæpius. Pulvis flavus è florentibus pinis & abietibus deciduus à menſe Majo uſque ad medium Junium inſignem vim habet antinephriticam, experientiâ *Excellentiſſ. Clauderi*, qui illam nobis Altenburgo tranſmiſerat, *Exc.* verò *D. Jac. Wolf in Dec. II. Ann. VII. Miſc. Cur. p. m. 369.* Crocum hunc ex turionibus maturè decerptis & arefactis collectum pro affectibus pectoris etiam dilaudat. Septembre maturi ſunt fructus.

Pini ſylveſtris ſpecies variæ ſunt; *Axtius* quandam ſpeciem in Vulturenæ & Rhætorum montibus & Tyrolenſi comitatu copioſè creſcere dicit, quæ ſit arbor procera, ramoſa, cortice rugo, ramis diſtortis, folia habens longa & mucronata, ex ſingulis tuberculis quina prorumpentia inſtar penicilli; Coni ejus ſunt ut piceæ molles, reſinoſi, nucibus triquetris pinûs ſativæ nucleis minoribus referti & ſubruffâ contenti membranâ. Deſtillatur ex iis Oleum colore & virtutibus ob acredinem ſalino-ſulphuream penetrantem verè aureum, quod in arthritide vagâ intus mirè valet, experientiâ *Exc. D. D. Hagendorn in Dec. II. Ann. III. Miſc. Curioſ. pag. 96.* ubi inſuper refert illud extus cum ſpiritu lumbric. terreſtr. & formicarum commixtum & illitum dolorem ſævientem ſiſtere: in ſtupore, paralyſi iſchiade cum ſpiritu vini &c. membris affricat: In aſcite cum quartanâ præmiſſis univerſalibus internè ad guttulas aliquot quotidè in cereviſiâ calidè exhibitum Juvenem pro deſperato habitum reſtituit. In Colicâ clyſteribus etiam utiliſſimè additur. Imò *Obſerv. ſeq.* refert Caput mortuum Olei per linteum colatum & evaporatum cum farina in pilulam redactam Odontalgiam mirè ſedare, imò cum aqua fontana mixtum in Anginâ loco gargariſmi nitrati uſurpatum certò juvare. Species ſunt

Pinus ſylveſtris, Wilder Fiechtenbaum / Kienbaum: Pinaſter, Trag. Lob. Pinus ſyl. Matth. Dod. ſyl. montana, Tab. *Rajo* eſt arbor conifera, reſinifera.

Pinus ſylveſtris montana altera.

Pinus ſylv. mont. tertia, ex qua Teda. In montibus Helvet. Germ. Foren/ unde Tedæ ſulphuratæ, Schwefelhöltzlein.

PINASTER Tenuifolius Julo Purpurascente, Fiechtenbaum: Species eſt Pini ſylveſtris, cujus folia tenuia, rigida, multò longiora foliis abietis & piceæ, ſemper gemina ab uno velut tubulo exeuntia, in ipſo exortu connexa, in interiore parte, quâ ſe conſpiciunt, concava, acuta ſunt, pungentia, guſtu adſtringentia & undique ramos veſtiunt. Ejus arboris ramos in Helvetia *Oenopolæ* ſolent ante ædes ſuas proponere, ut *Viennenſes* abietis tenerioris ramos & aliarum regionum incolæ *Hederam*: Proprias vires non habet ab alia *Pino* diſcrepantes, Pinus autem egregias vires habet

pro

pro balſamo ſanguinis vitiato reſtaurando, ſic namque exinde fit Eſſentia antiſcorbutica: ℞. *Spir. ſummit. Pini per fermentat. parat. q.v. affund. ſummit. Pini q.ſ.* Digere, exprime; hujus Infuſi ℔j. add. *Extr. pini* ℥iv. *Myrrh.* ℥iij. *Croci* ℥ß. miſc. Doſis in ſcorbuto ad ʒj. *vel* ʒij. *Excell. Joh. Chriſt. Matthius Dec. II. Ann. X. Miſcell. Cur. p.m.* 185. Pineatum exinde quoque parat in Hæmoptyſi & Phthiſi excellens remedium: ℞. *Turion. Pini tenerr. M.* iiij. *minutiſſimè conciſ. inſperg. Crem. Thermar. Carol. Sulph. crud. aa.* ℥j. *& ſuperinfuſo Vin alb. Aq. ſcabioſ. ad* ℔vj. coq. in vaſe duplici ad conſumpt. part. trium & colatura, facta leni expreſſione, ſervetur: Interim ℞. *Succ. ex ſeq. rec. Scabioſ. Heder. terr. Tuſſil. urtic. min. ſanic. chelidon. min. Auricul. mur. aa.* ℥iv. *Tritic. ſecul aa.* ℥vj. *Rad. fœnic. enul. alth. malv. torment. aa.* ℥j. *flor. acac.* ℥ij. Coq. lentè ad conſumpt. aquoſit. & deputat. M. cum præced. Extr. Pini & tandem add. *flor. ſulphur.* ʒiij. *Croci* ℈iv. Mſ. Eſtque

Pinaſter tenuifolius julo purpuraſcente: Thæda, Tab. circa Binningen.

LARIX, Lerchenbaum: Larix arbor eſt alta, non tamen ita procera, ut abies, quamvis aliàs arborum reſiniferarum tanta natalium mixtura ſit, ut non facilè diſcernantur in fronte, etiam à peritis: cortice eſt craſſo, ſcabro, fuſco, multis rimis hiulco, qui interius rubet & reliquâ parte lævis eſt & glaber, *rami* ſunt longi, flexiles, graciles, deorſum propendentes, coloris lutei, ſuavis odoris, *folia* leniter odorata, ramos confuſo ordine ambientia, è tuberculis umbilicatis numeroſa, penicilli in morem conjuncta prodeunt, tenera, perangusta, craſſitudine porcinas æquantia ſetas, vel penicillum hinc formatum imitantia, nec antequam donec alio Veris initio ſuccedant hyeme decidentia; pro Floribus habet rudimenta conorum ex minutis ſquammulis compacta; Tales autem *Coni* qui fructus ejus ſunt, pertinaciter ramis ejus adhærent, brevi contorto craſſiuſculo pediculo, nutabundi, nucis cupreſſi magnitudine, ſquammis contexti latiuſculis compreſſis, obtuſis, tenuibus, ex rubro purpuraſcentes, *ſapore* dulci & pineam nucem æmulante; *odore* jucundo naribus aſpirante prædita eſt. Materies ligni eſt duriſſima, interior rubeſcit. Hinc *cortex* ſiccat velut Pini cortex, nihilominus ejus *reſina* liquida, albicans perforatione elicita Terebinthina vulgaris dicta, non eſt ita calida, ut vel pini vel ſabinæ, egregium tamen balſamicum pro ſulphure ſanguinis roborando acoreque peregrino ejuſdem mitigando, unde Calculo, podagræ item, tuſſi & tabi, paralyſi, iſchiadi optimè conducit, maximè & in Gonorrhæa & initio luis venereæ, ſi ex ea & cum ea fiant Pilulæ ex *Mercur. diaphor.* ℈j. *Bezoard. miner. Cinnab. antimon. aa. gr. v.* & extus inſigne Traumaticum præbet, ut alibi diximus; Reſina ſiccior quoq; *utilis* eſt vulneribus & compeſcendo ſanguini. Agaricus ei ut

fun-

Digitized by Google

fungus adnaſcitur, de quo ſupra & pannum quoddam albicans, corio ſimili, quo Monticolæ, *Wagnero* teſte, ad vulnera glutinanda fluxusque ſanguinis utuntur. In Rhætia reperitur, & Majo floret.

Larix. In Rhætia frequens.

ABIES, Tannenbaum: Regni Vegetabilis partem alteram claudit hæc arbor conifera reſinifera Helveticorum montes copioſè ornans, maximè in ſylva propè Zoffingen Bonwald dicta, reperibilis, ad naves & malos eorum à Venetis & Batavis quandoque hinc expetita. Ejus autem duæ notantur ſpecies,

Abies alba ſive fœmina, Weiſſe Tannen: Abies, Trag. Matth. Lob. Tab. Picea, Dod.

Abies rubra ſive Picea major 1. Roht Tannenbaum. Copioſè in Helvetia reperitur.

Abies alba ita dicitur, quòd cortex ejus & folia averſâ parte albicent, & ſi flectatur, facilè frangatur; arbor eſt excelſa longo, recto caudice, æqualis craſſitiei uſque ad ramos; *Flores* ejus crocei, bicolores (pulverem antelaſticum itidem præbentes) qui paulò ante ſolſtitium emergunt, quos ſequitur conus novellus ſurſum verſus creſcens minimè pendulus qui aperitur vere, & decidit rurſus ex arbore, quando folia incipiunt emergere. Conus hic ſeu nucamentum ſquammatim compactum ſpithamæ eſt longitudine, qui initio Maji collectus, ſi coquatur in aq. font. optimum antiſcorbuticum medicamentum, largitur, uti & ſupra de Pino & *in Remed. Angl. p.* 165. diximus. Ob partes ſcil. balſamicas quibus abundè ſcatet, & balſamum ſanguinis reſtituit, hinc namque reſinam fundit liquidam Lariceæ ſimilem excitato inter corticem tumore, quæ tamen præ hac ſplendidior, odoratior & amarior eſt, unde in vulneribus calvariæ mirificè glutinat; Intus & ſumpta Iſchiadicos, Podagricos & calculoſos, aſthmaticos, purulentos optimè ſolatur, de quo in ſeq.

Abies rubra vix ab alba diſtingui poteſt, niſi quòd ſit nigrioribus foliis latioribus, lævioribus, mollioribusque & minus aculeatis quæque ramos circumquaque veſtiunt & operiunt; *cortex* ejus nigreſcit, tenax & lori modò flexilis eſt. Coni ſunt itidem ſpithamæ longitudine, ſed toroſiores, fragili nucamentorum congerie, in quibus ſemen concluditur. Cortex coriatiis inſervire poteſt ad denſanda coria. Omnia ea præſtat, quæ Pinus, reſina tamen ejus ignobilior & minus efficax, verùm ſi Oleum inde eliciatur, quod eſt ſubtilior & attenuatior ejus ſubſtantia à vulgaris terebinthinæ ſpiritu nil differet, experientiâ *Dan. Ludovici Miſc. Cur. Dec. I. Ann. IV. pag.* 272. Lignum ad ædium & triremium fabricas expetitur, præſertim ſi vetuſtum ſit & non carioſum. Et ex hoc ut & aliis lignis reſinoſis combu-

ſtione

ſtione vel accenſione fumus multus ater colligitur in Fuliginem, Kien-rauch aut Kienruß/dum ſcilicet fumus ex combuſtione ligni per cavitatem furni intrat in cameram quadratam undique clauſam & in ſacco lineo pyramidato, undique expanſo in ſublimi condenſatur. Uſus ejus pro colore nigro, velut ex Oleo lini vel nucum cocto Atramentum ſuum Typographi parant. Aliàs commendatur Fuligo ſplendens, & è *lign. quercin.* collecta, quæ magis diſſolvit *grum. ſang. cum acet.* in caſu ab alto. Item in *ſuffoc. uteri, lipoth.* etiam tempore neceſſit. ſimpl. pulveriſ. ut & in aff. ventr. Externè pulſibus in febribus à *Strobelberg.* immiſcetur & utiliter pulveribus antihypochondriacis, v. g. ℞. *Fulig. tengr. Corall. rubr. præpar. Sperm. ceti aa.* ʒjß. *Cinnab. antimon. rad. Ireos Flor. aa.* ʒij. M. f. Pulv. Ingreditur & pulverem antartrophon Scaphuſ. quem dedimus *Select. Remed.* *Excell. p. m.* D. D. *Clauderus* nobis per literas candidè communicavit ſua ex Fuligine & Cineribus clavellatis (itidem ex abietis vel pini, quercûs, &c. cineribus parato lixivio in lebetibus cupreis amplis coctione ad ſiccitatem confectis) præparata, ceu quibus egregia in morbis præſtiterit; Sic namque inde fit *Eſſentia* ejus *alexipharmaca*: ℞. *Ciner. clavell.* ℔j. ſolv. *in aq. font.* ℔vj. addendo *ſal. armoniac.* ℔ß. miſc. & agita probè, pòſt filtra, filtratum effunde, eique affunde *Fulig. furn. ſplend. q. ſ.* & emerget inde Eſſentia colore rubini, cujus odor corrigetur aquâ quadam ſpirituosâ odoriferâ, flor. ſambuci, acaciæ, naſturtii, &c. Doſis gutt. 40, 45. in Pleuritide, Febribus continuis & intermittentibus, affectione hyſtericâ, epilepſiâ, ſyncope, partu difficili, caſu ab alto, catarrhis, gangrænâ, cancro, ulceribus antiquis, aliiſque affectibus, remedium ſubtile penetrans, diaphoreticum, diureticum, aperiens, purificans, præcipitans, abſtergens, reſolvens deſiderantibus. *Excell. p. m. Clauderus* autem ſpiritum extemporaneum è ſale ciner. clavellat. & ſale armoniacum ſine igne paratum nomine inſignit *Spiritûs balſamici* vel etiam *aperitivi*, ſi loco aquæ communis ſubſtituatur aq. fl. ſambuc. acac. cochlear. naſturtii, &c. quia hoc pacto mirabilem præprimis vim exerit pro aperiendis viſcerum coctionis vaſis, horumque cruditatibus ſedandis aut ſeparandis & inde orientia ſymptomata cachectica & febres præcavendas, imò & externè mirabilem effectum præſtat, ubicunque doloris ſedatione, ventilatione, diſcuſſione, nervoſarumque partium roboratione & ſimilibus opus eſt, v. g. in apoplexiâ, ſtupore, paralyſi, in ſedandis affectibus catarrhoſis, quos dicunt, capitis, dentium, faucium, aut ibi ubi Archæus tumultuosè vel dolorosè furit; ſpecialiter verò ſic valet in ſedandis ac ſopiendis miſerandis punctionibus pleuriticis; Poterit autem pro uſu externo vel per ſe illini vel commodius miſceri ac dilui *ſpiritu ſalviæ, lumbric. terreſtr. acaciæ, juniperi* aut aliis appropriatis, addito ſimul *Camphora modico*. Sic & ex *Opio* & liquor præcipitans & ſpiritus aperitivus ſubitò Tincturam

extrahit

extrahit rubicundam, quam *Clauderus* poſteà *Eſſentiâ ſalviæ* vel *liliorum convallium* temperavit, vel etiam aliquando antea dictis miſcuit contra varios ſymptomatum urgentium, v. g. doloris colorisque inſultus, item plura alia. Sic pro uſu interno *Eſſentiam* etiam inde confecit *catarrhalem* ex p. j. Liquor. præcipitantis & p. ß. Eſſentiæ lignorum (è ligno ſaſſafras, guajac. ſalſaparill. ſantal. rubr. rad. chinæ cum ſpiritu ſalviæ & fumariæ extract.) in catarrhis non ſaltem ſed & aſthmate, cachexiâ, hydrope, calculo aliisque affectibus, ubi in maſſa ſanguineâ, abſterſione, purificatione, ventilatione & ſimilibus ſcopis opus eſt, utilem, item *Eſſentiam Caſtorei volatilem*, dum ſpiritui aperitivo prædicto miſcet Eſſentiam caſtorei, hujusque acerbum ſaporem corrigit, additâ portione ſpiritûs meliſſæ, liliorum convallium, &c. idque pro affectibus generis nervoſi & qui plures inde dependent, id ſequenti modo commodè quoque parabitur: ℞. *Myrrh. elect. Aloës ſuccotr. aa.* ℥ß. *Croci Auſtriac.* ʒij. *Ciner. clavellat.* ℥j. Inciſ. cont. affund. *aq. flor. ſambuc.* ℥vij. Digere per aliquot horas, dein filtra; vel ſaltem *ſpiritus balſamicus* per ſe jam paratus prædictis ſpeciebus vel ſolis vel mixtis invicem affundatur, ad eminentiam 3. vel 4. digitorum, agiteturque aliquando & breviſſimo tempore Eſſentia rubiniformis habebitur, uſûs interni egregii in omnibus affectibus ab acido peregrino maſſam ſanguineam inquinante, & ubi virtus balſamica chylo & ſanguini impuro concilianda eſt, præſertim ſi unà aliquid ei immiſceatur, de *Eſſent. mart. cum ſucc. pomor. Borsdorffian.* vel *Zwölferi*; Extus etiam in affectibus faucium, uvulæ, ulceribus, gangrænæ partium utiliſſimè adhibetur. His tandem quoque adnumeravit Clauderus *Eſſentiam* ſuam *purificantem*: ℞. *Mumiæ Ægyptiac. Ciner. clavellat. aa.* ℥j. Contuſ. digere per aliquot horas in *aq. fumar.* ℥xij. & filtretur Eſſentia itidem rubiniformis, quæ ob partes balſamicas, quibus mumia imprægnata eſt, purificat, aperit, præcipitat, acidum domat, hincque Cachexiæ, malo hypochondriaco, hydropi, Calculo, febribus, Lui venereæ, Catarrho thoracico, &c. egregiè reſiſtit. Atque hanc ſæpius combinat cum Tinctura ſuâ auri ex foliis hujus & fuligine ſplendenti diu tritis & in crucibulo calcinatis, unde dein Eſſentiæ alexipharmacæ affuſione Tinctura auri obtineatur archæum inſigniter confortans, ſi hujus guttæ xij. exhibeantur, verùm quia menſtruum hoc minus appropriatum eſt, utpote vegetabile, longè melius erit, recluſionem ope liquoris mineralis crudi tentare ejusque ope ſpiritum digeſtum in auro latentem extrahere, quo is poſteà vim ſuam radiantem tantò efficacius in corpore humano exercere poſſit. De quo nos alibi. Id ſaltem adhuc adjungimus, quod etiam ope Cinerum clavellatorum elegans Liquor volatilis oleoſus obtineri poſſit modo eleganti ſequenti in *Pharmacop. Auguſtan. edit. ultim. Appendice* deſcripto: ℞. *Ciner. clavellat.* ℥xvj. *Cinam. acut.* ℥ij. *Caryophyll.*

Nuc.

Nuc. moſch. Cort. aurant. extim. rec. aa. ℥j. *Spir. vini vulg. Menſ. j.* Digerantur, addendo *Sal. armoniac. in aquâ font. ſolut.* ℥xviij. Deſtillentur lento igne Liquoris ℥x. circiter & in vitro probè clauſo ſerventur; eritque tantùm non Panacea.

F I N I S.

ADDENDA.

AD FINEM CAP. I. pag. 9.] *Illuſtr. DN. Pitton Tournefort* Profeſſor Botanices Horti Regii Pariſienſis in libro Gallico Elemens de Botanique ou Methode pour connoiſtre les Plantes, titulum ferente, eſt auſſi du ſentiment, que nous devons nous attacher uniquement à la ſtructure des fleurs. On y decouvre beaucoup d'art, & rien qui ſont ſujet à moins de changemens, que la ſtructure des fleurs. On peut les diviſer commodement en fleurs à feuilles & en fleurs à etamines.

Les fleurs à feuille ſont celles, qui outre les etamines ou filets chargez de ſommets ſont encore composées de ces parties, qu'il faut appeller les feuilles de la fleur, comme ſont les fleurs de l'Antirrhinum, de la Renoncule, de la feve, de la petaſite, du bellis, &c.

Les fleurs à etamines ſont celles, qui n'ont point des feuilles mais ſeulement ces etamines, ou filets chargez de ſommets; telles ſont les fleurs du Sparganium, & de l'Equiſetum, de l'Avoine, de l'Arroche, de la Biſtorte, &c.

Preſques toutes les fleurs à etamines ont un calice. Je ne connois, que les fleurs du Sparganium & de l'Equiſetum, qui n'en ayent pas.

Les fleurs à etamines ſont le plus ſouvent attachées aux jeunes fruits: mais il y en a quelques unes, qui en ſont ſeparées, comme nous avons deja remarqué. Le piſtile de celles, qui ſont attachées aux fruits, eſt l'embryon meme de ces fruits; Comme on le voit dans le Chiendent, dans le pied de Lion, &c. Les chatons ſont des veritables fleurs à etamines; il eſt vray qu'il y en a quelques unes dont les etamines ſont ſi courtes, que les ſommets paroiſſent attachez immediatement par eux memes.

Les fleurs à etamines ne donnent pas de differences conſiderables, mais on en trouve de tres marquables dans les fleurs à feuilles.

Ces fleurs, ſont ou ſimples ou composées.

On peut appeller fleurs ſimples celles, qui ne renferment qu'une

qu'une ſeule fleur dans le meme calice, ou qui ne ſont point composées de ces ſortes des pieces, que nous appellons des fleurons & demifleurons; Telles ſont les fleurs de la Juſquiame, de la ſauge, du Ceriſier & meme de la Statique, &c.

On peut appeller fleurs composées celles qui renferment dans le meme calice pluſieurs autres fleurs d'une ſeule piece, que nous appellons des fleurons, comme ſont les fleurs du Cyanus, qui ſont composées de pluſieurs fleurons, ſoutenus par le meme calice: ou les fleurs du Doronic, qui ſont composées de pluſieurs fleurons & demifleurons, ſoutenûs auſſi par un meme calice.

Les differences des fleurs ſimples ſont

1. Celles qui ſont d'une ſeule feuille coupée regulierement ou irregulierement, ſçavoir les fleurs en cloche c'eſt à dire celles, dont la figure approche de la figure d'une cloche, d'une campane, d'un grelot.
2. Les fleurs en entonnoir, ſavoir celles dont le haut eſt evasé en pavillon ſemblable à un cone renversé, & qui ſont terminées en bas par un tuyau.
3. Les fleurs en ſoucoupe qui different des fleurs en entonnoir, en ce, que leur partie ſuperieure eſt evasée en baſſin aplati, avec les bords releves.
4. Les fleurs en roſette qui aprochent par leur figure de la molette d'un eperon.
5. Les fleurs en mouſle qui ſont fermées en devant par un maſque, ſemblable en quelque façon à ceux d'ou l'on fait ſortir les tuyaux des fontaines.
6. Les fleurs en gueule, dont le devant eſt terminé par une gueule à deux livres.
7. Enfin les fleurs irregulieres d'une ſeule feuillée, que l'on peut comparer à pluſieurs ſortes de choſes.

Les autres eſpeces de fleurs ſimples ſont.

Les fleurs à quatre feuilles diſpoſees en croix.
Les fleurs à pluſieurs feuilles diſpoſees en roſe.
Les fleurs à pluſieurs feuilles diſposées en œillet.
Les fleurs à pluſieurs feuilles diſposées en lis.
Les fleurs irregulieres à pluſieurs feuilles.

Les differences de fleurs composées ſont les fleurs à fleurons, les fleurs à demifleurons, les fleurs radiées.

Les fleurs à fleurons ſont composée de pluſieurs tuyaux fermes ordinairement par le bas, ouverts par le haut, evaſez & decoupez le plus ſouvent en lanieres, ou en etoile à pluſieurs pointes. Tous ces tuyaux

que

Digitized by Google

que l'on appelle des fleurons ſont renfermez dans le meme calice, & ne forment qu'un ſeul bouquet. Chaque fleuron porte ſur l'embryon d'une graine, & cet embrion pouſſe de ſon fond un filet entouré d'un autre tuyau, qui eſt une eſpece de gaine. Ces embrions ſont plantes dans le fond du calice & ce fond s'appelle la couche. Telles ſont les fleurs de la Garderobe, de l'Abſynthe, des Chardons, de la Jacée.

Les Fleurs à demifleurons ſont des bouquets compoſez de pluſieurs pieces, dont le bas eſt fiſtuleux, & tout le reſte eſt applati en feuille. Chaque demifleuron porte auſſi ſur l'embrion d'une graine. Cet embrion pouſſe un ſtile de ſon fond entouré d'un autre tuyau ſemblable à une gaine, ces demifleurons ſont envelopez du meme calice, dont la couche reçoit les embrions des ſemences.

Les Fleurs radiees ſont compoſees de Fleurons & de demifleurons. Les Fleurons ramaſſez au milieu de ces ſortes de Fleurs forment cette partie, que l'on appelle le diſque ou le baſſin, & les demifleurons rangez autour de ce baſſin en compoſent la couronne : Les uns & les autres ſont ordinairement portez chacun ſur l'embryon d'une graine. Tous ces embrions ſont plantez dans le fond du calice, qui enveloppe les Fleurons & les demifleurons. Le fond de ce calice s'appelle auſſi la couche, telles ſont les Fleurs de l'Aſter, de la Jacobee, de la Camomille, & de pluſieurs autres. On les appelle des Fleurs radiées à l'imitation des antiquaires, qui appellent tete radiée celle qui porte une couronne à rayons.

Exc. DN. Olao Rudbecko in Diſſertat. de Fundamentali Plantarum Notitia Plantas omnes atque cunctas, cum *Clariſſ. Hermanno*, in *duo ſumma genera* dividere, conſultiſſimum videtur, ita ut alterum genus *Plantas Angio Spermas* ſeu ſeminibus nudis includat, alterum *Capſulatas*, ſeu ſemina in capſulis foventes comprehendat. Quibus cum *Rajo*, tertium ſummum genus, plantas ſcilicet *ſemine minutiſſimo*, ac nudo oculo vix conſpicuo flore vel nullo, vel imperfecto addere quidem, ait, poſſemus. Et huic adhuc quartum: nimirum plantas in totum *imperfectas* h. e. ſemine & flore carentes. Verum quia nullam plantam in rerum natura dari arbitramur, quæ non aptè ad unum ex iſtis primis generibus referri poſſit, binis iſtis poſterioribus, tanquam non neceſſariis interim ſuperſedemus. A noſtra namque impotentia ad plantas non licet argumentari: cùm plurimæ ſint, quas nos quidem putamus & ſemine & flore carere, quæ tamen iis revera non carent. Quis quoque omnia ea, quæ in oculis non ſtatim incurrunt negare auderet? Sanè nemo niſi ſuis nimium fidens luminibus.

§. 1. Hæc porrò duo ſumma genera in alia ſubalterna varia diſtribuere, ſingulaque ordine, quem maximè competentem atque naturalem cenſemus,

mus, deſcribere, operæ pretium facit. Sed mirum nemini ſit, nos principia Clariſſ. Authoris in diviſione generali ſequentes, in ſpeciali quoque eundem ordinem, quem Flora Lugduno Batava tradit, non ita obſervare. Ibi etenim diſpoſitæ ſunt plantæ ſecundùm ordinem quem in horto Academico tenent, ita ut primo loco videantur Angiopolyſpermæ, non quod hæ primæ, ordine naturæ, eſſe deberent; ſed quia flores ſuos primo vere oſtendunt, adeoque vir iſte Celeberrimus tum collegia ſua incipiens, aliquas habeat, quas florentes demonſtret, exponat.

§. 2. Primum itaque locum ſibi vendicant plantæ *Angiomonoſpermæ, non pappeſcentes* ſeu *ſeminibus nudis poſt ſingulos flores ſingulis*, ut Valerianella, Limonium, *Pimpinella*, Dentillaria Rondeletii, Mirabilis Peruviana, Fumaria, Circea. Et his *affines ſeu potius Monocarpæ, fructu unico nucleos geminos includente*, Agrimonia ſeu Eupatorium veterum: Propè has collocamus plantas *Corymbiferas* ſeu *ſeminibus ſolidis nudis, floribus utplurimum diſcoideis radiatis*, ut Flos ſolis, Cryſanthemum, Calendula, Tagetes, Bellis, Chamæmelum, Pyrethrum, Matricaria, Ptarmica, Millefolium, Abrotonum, Abſinthium, Artemiſia, Draco herba, Tanacetum, Coſtus hortorum, Ageratum. Quibus adſtare debent *Plantæ ſeminibus ſolidis, floribus pluribus in capitulum congeſtis*, Scabioſa, Dipſacus, Eryngium. Harum ſocietatem amant plantæ *Seminibus ſolidis non pappeſcentes lacteſcentes, floribus compoſitis*. Scolymus Chryſanthemus, Intybus, Cichorium & huic affinis Lampſana.

§. 3. Hic ſua præſtantia ſeſe inſinuant *Plantæ ſtellatæ, ſeminibus poſt ſingulos flores nudis binis, floribus monopetalis in quatuor ordinaria ſegmenta diſſectis; foliis ad ſingulos caulium nodos pluribus, ſtellatim decuſſatis*. Rubia, Mollugo, Aſperula, Aparine. Quas omnes ob ſummam inter ſe convenientiam, uno nomine generico *Rubias* appellare præſtaret. His jure affinitatis adjungimus *Plantas umbellatas*, ſeu *ſeminibus nudis poſt ſingulos flores in Umbellæ formam formam congeſtos, binis*. Fœniculum, Cuminum, Meum, Bulbocaſtanum, Daucus, Gingidium, Liguſticum, Siler, Angelicum, Imperatoria, Aſtrantia, Smirnium, Siſarum, Pimpinella, Saxifraga, Sium, Seſeli, Cicutaria, Cicuta, Oenanthe, Crithmum, Ammi, Apium, Carvi, Aniſum, Coriandrum, Perfoliata, Bupleurum, Thapſia, Laſerpitium, Libanotis, Paſtinaca, Caucalis, Ferula, Anethum, Peucedanum, Sphondilium, Tordilium, Thyſſelinum, Myrrhis, Cærophyllum, Scandix, Diapenſia, &c.

§. 4. Jam ſponte ſeſe viſendas offerunt Plantæ *Angiopolyſpermæ*, ſeu *ſeminibus nudis pluribus ſequentibus ſingulos flores*. Chelidonia, Hepatica nobilis, Ranunculus nemoroſus, Pentaphyllum, Pentaphylloides, Fragaria, Filipendula, Ulmaria, Thalictrum, Plantago aquatica, Sagitta aquatica, Malva, Alcea, Anemone, Clematis, Pulſatilla, Cariophyllata. Quarum quatuor illæ ultimæ ſemina, vel pappo incluſa, vel plumoſa caudâ donata, ha-

ta, habent. Poſt Angiopolyſpermas proximè recenſere lubet Plantas *Angiomonoſpermas pappeſcentes, floribus pentapetaloidibus quaſi in Umbellam congeſtis*, ut Valeriana ejuſque ſpecies. Item plantas *Capitatas pappeſcentes floribus fiſtuloſis è Capitulis Squamatis, prodeuntibus*: Cujus generis ſunt Carduus, Cnicus, Cirſium, Cinara, Jacea, Centaurium, Serratula, Cyanus, Lappa major. Tandem obveniunt *Plantæ pappeſcentes non lacteſcentes, flore compoſito plerumque Diſcoideo radiato*. Helenium, Aſter, Doronicum, Conyza, Jacobea, Senecio, Virga aurea, Eupatorium, Cacalia, Tuſſilago, Petaſites, Elichriſum, Gnaphalium, Xeranthemum. Ultimæ denique in hac claſſe viſuntur *Plantæ pappeſcentes, & lacteſcentes flore compoſito natura ſemper ferè pleno*. Hæ enim hoc peculiare præ cæteris habent, quod pappeſcant ſimul, ut Lactuca, Chondrilla, Sonchus, Hieracium, Dens Leonis, Scorzonera, Tragopogon.

§. 5. Abſoluto ſic uno ſummo genere, Plantas angioſpermas ſeu ſeminibus nudis continente, ad alterum progredimur, Plantas ſcilicet *Capſulatas* comprehendens; ſeu tales quæ ſemina ſua in certis thecis vel conceptaculis à perianthio diſtinctis fovent. Quas inter primas tenent *Plantæ Aſperifoliæ ſic dictæ, ſeminibus poſt ſingulos flores naturâ quaternis, in utriculis apertis*. Borrago, Bugloſſum, Cynogloſſum, Anchuſa, Heliotropium, Symphytum, Echium, Cerinthe, Bugloſſum Echioides. Quibus ob affinitatem proximè accenſemus *Plantas verticillatas, ſeminibus more Aſperifoliarum plerumque quaternis, in vaſculis apertis, foliis conjugatis ſeu ex adverſo binis*, Suntque vel *floribus galeatis & labiatis*. Lavendula, Stæchas, Betonica, Polium, Thymus, Serpillum, Marum, Marrubium, Lamium, Clinopodium, Urtica, Salvia, Hyſſopus, Satureja, Galeopſis, Horminum, Meliſſa, Brunella, Ocymum, Acinos, Sideritis, Chamæpitys, Hedera terreſtris, Molucca, Dictamnus inodorus, Nepeta, Calamintha, Roſmarinus, Origanum, Majorana, Dictamnus Creticus; Scutellaria. Vel *floribus galeatis vix labiatis*, Cardiaca. Vel *labiatis non galeatis*, Teucrium, Chamædrys, Scordium, Bugula. Vel tandem *floribus* neque galeatis neque labiatis, ſed *quadrifidis* aut *quinquefidis*. Mentha, Pulegium, Marrubium Paluſtre, Verbena, Dracocæphalon Americ. Breyn.

§. 6. Præmiſſis itaque Aſperifoliis atque Verticillatis, quaterna Semina in thecis ſuis ordinario foventibus, ad alias capſulatas certum in ſeminibus numerum vix obſervantes, nos conferimus: ſunt autem ſequentes. 1. *Plantæ unicapſulares*, ſeu *quæ ſemina plura in una capſula à perianthio diſtincta* habent, ut Primula veris, Auricula Urſi, Cortuſa J. B. Alſine, Lychnis, Cariophyllus, Numularia, Anagallis, Portulaca, Hydrophyllon Morini, Trifoliata paludoſa, Glaux. 2. *Plantæ bicapſulares*. Centaurium minus, Centaurium Afric. ſempervir. Lyſimachia Siliculoſa (reliquæ enim

Digitized by Google

Duæ Lyſimachiæ ſpecies, Corniculata ſcil. & Siliquoſa, huc non pertinent) Sanicula, Blattaria, Verbaſcum, Gentiana, Digitalis, Gratiola, Branca Urſina, Hyoſcyamus, Nicotiana, Linaria, Antirrhinum, Scrophularia, Pedicularis, Melampyrum, Euphraſia, Polygala, Veronica. 3. *Plantæ tricapſulares*, quarum duo genera, alterum ſeminibus pluribus, alterum non niſi ternis conſtat, unde etiam hæ poſteriores *tricocca* dicuntur; ſuntque vel *Lacteſcentes* ut Tithymalus: vel *non lacteſcentes*, ut Ricinus. *Seminibus* verò *pluribus* ſunt, Hypericum, Ciſtus humilis, Gramen Parnaſſi, Pyrola, Viola Martia, Viola Indica, Aſarum, Convolvulus, Campanula, Rapunculus, Reſeda, Valeriana cœrulea ejuſque variationes. 4. *Plantæ Quadricapſulares*, rarius *quinque capſulares*, Ruta, Stramonia. 5. *Plantæ quinquecapſulares*, quæ iterùm ſunt vel *Pentacocca*, ut Geranium, vel *capſulis pentagonis in quinque partes diſſilientibus* Balſamina fœmina, Oxys, Capparis portulacæ folio. Vel denique *ſeminibus in vaſculis pluribus* Althæa, Ciſtus Ledon, Ciſtus mas & fœmina. 6. *Plantæ multicapſulares*: Quo nomine cunctæ illæ veniunt, quæ plures quàm quinque capſulas, ſeu loculamenta habent: ut Ariſtolochia, Papaver, Argemone, Nymphæa, Nigella, Linum.

§. 7. Plantis Siliculoſis ut Siliquoſæ proximæ eſſent, jure cognationis quidem impetrarunt. Primam verò inter has partem, ut *Siliquoſis unicapſularibus univalvibus* concedamus, earum ſimplicitas facit. Sunt autem hæ vel *Seminibus abſque lanugine*, ut Clematis Hederacea Indica Jaſmini folio, Clematis Americ. ſiliq. teraphyll. Clematis Daphnoid. Vel *Seminibus cum lanugine*, Aſclepias, Apocinum, Nerium. Harum Conſortio delectantur *Plantæ unicapſulares bivalves*, ſeu *capſula unica in binas valvas, nullo pariete intergerino, diſſiliente*, donatæ. Cheldonium majus, Papaver corniculatum, Sinapiſtrum Indicum pentaphyllum & tryphyllum Luſitanicum Hypecoon, Epimedium, Fumaria. Dum nec prætereundæ erunt *Siliquoſæ unicapſulares quadrivalves*, ſeu ſiliquis in quatuor partes diſrumpentibus, ſemine vel *lanuginoſo*. Lyſimachia Siliquoſa. Vel *non lanuginoſo*, Lyſimachia corniculata. His interſeruntur *Plantæ ſiliquoſæ bicapſulares univalves*, *Siliquis ſepto intermedio diſtinctis*, *floribus tetrapetalis*. Braſſica, Rapum, Sinapi, Eruca, Eryſimum, Naſturtium, Raphanus ruſticanus & aquaticus, Leucojum, Dentaria, Draba Siliquoſa, Heſperis, Viola lunaria, Thlaſpi incan. Mechlinenſe, Burſa paſtoris major & minor loculo oblongo. Quibus annectuntur *Plantæ ſiliquoſæ fungoſæ*, h. e. quæ ſemina ſua in ſiliquis, fungoſa materia farctis, occultant, *flore tetrapetalo*. Raphanus rotundus & oblongus niger, Raphaniſtrum Siliquoſum monoſpermum & diſpermum. Succedunt *Multiſiliquæ Plantæ* ſeu *vaſculis pluribus ſimul junctis ſequentibus unum florem*. Sedum, Cotyledon, Telephium, Pœonia, Helleborus, Fraxinella,

nella, Caltha paluſtris, Ranunculus Aconiti folio, Abutilon, Staphiſagria, Aconitum, Aquilegia, Conſolida regalis.

§. 8. Miſſis Multiſiliquis, incidimus in plantarum Siliquoſarum aliud genus, quod *leguminoſum* dicitur, & duplex eſt: *Unum* conſtituunt *Plantæ Leguminoſæ Siliquoſæ bivalves unicapſulares, flore papilionaceo.* Phaſeolus, Piſum, Lathyrus, Vicia, Lens, Lupinus, Faba, Glyciriza, Galega, Orobus, Cicer, Securidaca, Fœnugræcum, Lotus, Cytiſus, Geniſta, Anonis, Crotalaria, Anthyllis, Colutea, Ornithopodium, Scorpioides, Onobrychis. *Alterum* leguminoſarum genus componunt *Plantæ ſiliquoſæ bicapſulares, ſive ſiliqua gemella, Flore papilionaceo.* Aſtragalus, Melilotus, Trifolium, Medica, Senna, Mimoſa, Tribulus. Flos autem Papilionaceus eſt, qui ex quatuor petalis componitur, quorum primum latum atque erectum *vexillum* dicitur: ſecundum deinde huic ſubjacens anguſtum & carinatum, *proboſcidis* nomine venit: tertium denique & quartum quia ab horum lateribus viſuntur alarum inſtar, *alæ* audiunt. Hæc quatuor ſimul juncta florem Papilionaceum difformem conſtituunt. Antequam verò finem huic claſſi imponamus, non incongruum fore arbitramur, plantas ipſi ſubnectere *Siliculoſæ bicapſulares univalves*, cum Septo intermedio, *Flore tetrapetalo* dictas, ut ſunt Thlaſpi, Burſa Paſtoris folio ſinuato, Naſturtium, Iberis, Lepidium, Myagrum, Cochlearia, Leucojum, Braſſica Montana, Rapiſtrum monoſpermum, Iſatis, Ambroſia. Quæ plantæ, licet propriè huc non ſpectent; Siliculoſæ enim, non Siliquoſæ ſunt; attamen quia cum antea recenſitis, ejuſdem ferè nominis tricapſularibus, neque notis eſſentialibus, neque principiis activis conveniunt, ad calcem Siliquoſarum eas potius adjungere, vel etiam tricapſularibus bulboſis præmittere, quam cum reliquis perperam confundere maluimus.

§. 9. Sic tandem oculis noſtris ſubjiciuntur *Plantæ tricapſulares* alius generis, & à reliquis, de quibus antea diximus, longè diverſæ. Hæ enim *Flore* gaudent vel *Hexapetalo*, *radice aut bulboſa*, ut Lilium album, Lilium Corona Imperialis, Lilium Perſicum, Lilium Martagon, Fritillaria, Tulipa, Hyacinthus, Ornithogalum, Scylla. Aut *radice fuſiformi*; Aſphodelus, Lili-Aſphodelus, Dens Canis: aut *radice fibroſa* Phalangium. Vel *Flore ex theca Univalvi*, *radice* aut *bulboſa* ut Leucojum bulboſum, Narciſſus, Lilium Narciſſinis foliis, Hæmanthus Africanus, Colchicum, Colchico Narciſſus, Crocus, Cepe, Porrum, Allium, Moly. Aut *radice tuberoſa.* Canna Indica Zedoaria, Zingiber, Curcuma, Gladiolus, Siſyrichium ramoſum Æthiop. fol. plic. Gladiolus Æthiopic. flore miniato. Quin & ordinem hunc ſervant *Plantæ tricapſulares radice tuberoſa, Flore enneapetalo*, Siſyrichium majus & minus, Iris, Agria, Iris tuberoſa. *Flore hexapetalo*, Aloë, Yucca. *Radice fibroſa, Flore bipetalo.* Ephemerum Virginianum. *Radice orbiculata, Flore pen-*

Digitized by Google

tapetalo, Cyclamen. *Flore Monopetalo, rictu & labio vario, radice teſticulata*, Orchis. *Radice Palmata*, Orchis Palmata. *Radice fibroſa*, Helleborine, Calceolus Mariæ, *Radice Squamata*, Orobanche. *Flore Hexapetalo, radice fibroſa*, Ophris.

§. 10. Quæ reſtant hujus ſummi generis plantæ exponendæ *Baccifera* ſunt, atque *Pomifera* à fructu ſic nominatæ, ita ut *Baccifera* cum Clariſſ. *Rajo* ſint, quæ fructum habent minorem mollem, in quo ſemina, membranâ tenui tectum. Ut Rubus, Smilax, Bryonia, Chriſtophoriana, Laurus alexandrina, Ruſcus, Polygonatum, Lilium Convallium, Aſparagus, Solanum, Baſella Malabarorum, Moſchatellina, Capſicum, Arum. *Pomifera* autem, quæ ſub cortice craſſiori, fructum pulpa molli, humidâ, ſemina ambiente, donatum fovent. Cujus generis habentur Cucurbita, Pepo, Colocynthis, Anguria, Melo, Cucumis, Flos paſſionis, Ficus Indica, Cereus, Ficoides, Ananas.

§. 11. Plantis ad bina iſta ſumma genera propriè ſpectantibus, breviter jam expoſitis, ad aliud plantarum genus, quaſi peculiare, & à prioribus iſtis binis quodammodo diverſum deſcendimus: Ad *Plantas* nimirum *Apetalas, Stamineas* & *Muſcoſas*. Dixi peculiare genus & diverſum, non quod hoc cum cæteris nihil conveniat, vel ipſis nequaquam adaptari queat; ſed quod hujus generis plantæ aliquid ſingulare poſſideant, fructus & flores, peculiari modo diſpoſitos atque configuratos habentes. Quare etiam *Clar. Hermanno* (cujus ductum nos ſequimur) has ſeorſim ponere, & ad proprium quaſi genus referre placuit. Notetur enim, harum notas genericas, non tam ex ſeminibus, ſeu eorum capſulis, quam ex floribus horumque diſpoſitione, figurâ atque conformatione deſumi: eam ſine dubio ob cauſam, quod hæ plantæ, non ut aliæ multæ flores ſuos interdum varient, ſed ſemper & conſtanti naturæ ordine ſibi ſimiles producant. Sunt autem ſequentes: Blitum, Atriplex, Polygonum, Lapathum, Acetoſa, Biſtorta, Perſicaria, Kali, Cannabis, Urtica, Mercurialis, Ambroſia, Pimpinella Sanguiſorba ejuſque ſpecies, Plantago, Pſyllium, Xantium, Beta, Parietaria, Amaranthus, Alchimilla.

§. 12. Reliquæ hoc ordine recenſentur. 1. *Plantæ Culmiferæ floribus muſcoſis*, Acorus, Ophioglossum, Equiſetum. 2. *Plantæ floribus muſcoſis in clavam compactis, & in lanuginem vel pappam abeuntibus*, Typha. 3. *Plantæ floribus aſpergillum imitantibus & in echinatam pillulam congeſtis*, Sparganium. 4. *Plantæ Epiphylloſpermæ* ſeu *dorſiferæ* dictæ, Phylitis, Hæmionitis, Polypodium, Lonchitis, Aſplenium, Trichomanes, Adianthum, Filix. 5. *Plantæ Culmiferæ graminifoliæ, granis majoribus, floribus Stamineis*, Frumentum Indicum, Triticum, Secale, Spalta, Hordeum, Oryza, Panicum, Phalaris, Milium, Lachryma Jobi, Avena, Feſtuca. 6. *Graminifoliæ granis minoribus*, Graminum innumera genera. 6. *Plantæ non Culmiferæ floribus Staminoſis*, Cyperus, Gramen Cyperoides, Juncus, Gramen Junceum, gramen nemoroſum caliculis paleaceis, &c.

§. 13. Ordo jam ipſas *Arbores* tangit, & *frutices* ſeu arbores minores, quæ item pro diverſitate fructuum & florum diverſa genera, ſequenti ordine recenſenda conſtituunt. *Arbores* ſcilicet *Caudice ſimplici non ramoſo, gemma ſimul & ſemel unica* Palmæ dicuntur, ut Palma. *Arbores Caudice ramoſo Coniferæ & reſiniferæ*, ſunt Abies, Pinus, Cedrus, Larix, Cupreſſus, Thuya Theophraſti. *Iuliferæ Coniferæ non reſiniferæ*, Alnus, Betula: *Nuciferæ*, Nux juglans, Corylus, Fagus, Caſtanea. *Glandiferæ*, Quercus, Ilex, Suber. *Bacciferæ*, Juniperus, Sabina.

bina. *Lanigeræ*, Populus, Salix. *Vaſculis foliaceis*, Ulmus. *Baccis è multis acinis coagmentatis*, Morus.

§. 14. Arbores *Pomiferæ floribus fructus occultatis*, Ficus. *Fructubus in ſummo umbilicatis, ſeu floribus fructui inſidentibus*, *polypyrenæ*, Malus, Pyrus, Guajaca, Malus Cotonea, Malus punica, Meſpilus, Oxyacantha Dioſcoridis. *Bacciferæ polypyrenæ*, Roſa, Vitis Idæa, Myrtus, Hedera arborea, Periclymenum perfoliatum & non perfoliatum. *Dyperenæ* Periclymenum rectum. *Monopyrenæ*, Lotus arbor, Groſſularia. *Arbores Fructubus in ſummo non umbilicatis, & floribus imo fructui inſidentibus*, *Pomiferæ polypyrenæ*, Malus Citria, Malus Limonia, Malus Aurantia. *Pruniferæ Monopyrenæ*, Malus Armenia, Malus Perſica, Amygdalus Sativa, Prunus, Cornus, Ceraſus, Olea Sativa, Azederach, Ceraſus racemoſa fructu non eduli. Ceraſus folio Laurino. *Bacciferæ monopyrenæ caliculatæ*, Lotus Africanus latifolius. *Bacciferæ monopyrenæ non caliculatæ ſed nudæ*, Olea Sylveſtris, Therebinthus, Lentiſcus, Phillyrea, Sambucus, Laureola, Viburnum, Rhus, Cornus fœmina, Rhamnus ſpinis oblongis flore candido ſalic. fol. *Bacciferæ dypyrenæ*, Jaſminum, Liguſtrum, Alnus nigra baccifera, Berberis. *Bacciferæ tripyrenæ*, Alaternus, Lycium. *Bacciferæ tetrapyrenæ*, Rhamnus baccifera fructu ex multis acinis compoſito. Arbutus folio ſerato.

§. 15. Arbores *Fructu per naturam ſicco monococco*, Piſtacia, Styrax, cujus fructus, (licet rarius, nucleos geminos vel trigeminos includit) Tilia, Agnus caſtus, Rhus myrtifolia Monſpeliaca, Hedera quinquefolia Canad. Cornut. Hedera trifolia Canad. Cornut. Laurus. *Fructu tricapſulari*, Paliurus Lobelii, Chamelæa, Buxus. *Fructu polyſpermo*, Spiræa Theophr. Rhus Myrtifolia Belgica, Erica. *Fructu membranaceo folliculato* Staphylodendron. *Fructu membranaceo alato depreſſo*, Acer, Fraxinus, Platanus. *Seminibus lanuginoſis*, Tamarix. *Arbores ſiliquoſæ*, Arbor Judæ, Laburnum, Ceratonia, Coral. arbor, Tamarindus, Acacia, Syringa.

AD CAP. VII. p. 101. Gentiana Cruciata.] Vis hujus Plantæ juxta *Zapatam in Mirabil. Medico-Chirurg. ab Exc. & Exper. D. D. David. Spleißio Scaphuſ.* in latinum idioma translatis, inſignis eſt, humores vitioſos exiccandi, rarefaciendi, mundandi, abſtergendi, reſolvendi; ſudores, urinam & menſes provocandi; ulceribus item ac lue venereâ ſanandis appropriatum eſt medicamentum, ſi hujus plantæ *M. vj. in aq. font.* ℔xvj. ad medietatis conſumptionem coquantur, vel etiam æſtivo tempore *Cymbalariæ M. ij.* & albo fluore præſente *Filipendulæ M. j.* addantur, hyberno vero *Iberidis* ſeu *Naſturtii ſylv. M. ij.* in corporibus præſertim obeſis. Doſis ℔ß. vel ℥viij. horis matutinis, præſertim ſi calefactum, quod benè notandum, bibatur & in lecto ſudor expectetur, hocque ſimiliter horâ à prandio ſeptimâ repetatur, idque per 15. vel 20. dies. Sic mirabilia in lue præſertim venereâ quis experietur. Ejuſdem virtutis eſt Saponaria, cui hæc planta ſimilis eſt; Italis Mettimborſa dicta quaſi cum auro burſis aſſervanda; ceu hinc *Ettmüll. Oper. Med. Pharm. pag. m.* 47. hanc plantam ob inſignem quoque vim febrifugam, quâ pollet, meritò pro ſuccedaneo Chinæ Chinæ habet.

FINIS.

INDEX.

Digitized by Google

INDEX.

A.

Abies Pag. 260
Abrotanum 64
Abſinthium 66
Acacia 239
Acanthium 217
Acanthus 77
Acer 236
Acetabulum 167
Acetoſa 49. 50
Achillea 67
Acinos 123
Aconitum 95. 86
Acorus adulterinus 28
Adianthum album 204
aureum 205
Agaricus 213
Ægilops 16
Ægopodium 76
Ageratum 122
Agrifolium 227
Agrimonia 185
Agrorum venti ſpica 11
Ajuga 142
Aizoon 165
Alabaſtrites 187
Album olus 84
Alcea 182
Alchimilla 184
Alyſſon 46. 129
Alga 105
Alkekengi 86
Aliſma 98
Alliaria 48
Allium ſyl. 32
urſinum ibid.
Alnus 232
Alni effigie 240
Alſine 142
minima 32
myoſotis petræa 84
Amaradulcis 87
Ambroſia 64. 65. 104
Amelanchier 240
Ampelopraſum 32
Anacampſeros 167
Anagallis 144
Anagyris 221
Anchuſa arvenſis 149
Androſaces 121
Androſæmon 163
Anemone nemoroſa 94
Angelica ſyl. 76
Anonis 219
Anſerina 186
Anthemis 63
Anthillis leguminoſa 192
Anthriſcus 73
Antirrhinum 42. 118
Antoniana 138
Aparine 194
Aphaca 56. 198
Apium montanum 75
aquaticum ibid.
Apios 197
Aquifolium 227
Aquilegia 71
Arachus 201
Arachus latifolius 201
Archangelica 76
Argemone 90
Argentina 186
Aria 240
Ariſtolochia rotunda 69
Armeria 116
Armoracia 27
Artemilla 206
Artemiſia 65
tenuifolia 62
Arum 107
Arundo 21
Aſarum 108
Aſcyrum 163
Aſclepias 174
Aſparagus 256
Aſperula 195
Aſphodelus 27
Aſter 86
ejus ſpecies 154
Aſtragalus luteus 201
Aſtragaloides 201
Aſtrantia 77
Atractylis 216
Atriplex 52
Avena 25
fatua 16
Auricula Judæ 212
muris major 152
minor 78
cærulea 75. urſi 136
Aurum horizontale vegetabile 210.

B. Bac-

Digitized by Google

B.

Baccharis pag. 153
Ballote 126
Balſamina lutea 178
Balſamita agreſtis 64
Baptiſecula 159
Barba capræ 83
Barbarea 42
  muralis 43
Barbula hirci 160
Bardana 111
Baſilicum 124
  aquaticum 57
Bellis 151
Been album 115
Benedicta ſylv. 187
Berberis 243
Berula 144
Beta ſylv. 56
Betonica 130
  aquatica 132
  ſylveſtris 116
Bezetta quid? 146
Bidens 185
Bifolium 36
Biſtorta 105
Blattaria 135
Blitum 52
Bonus Henricus 52
Boletus Cervinus 213
Borrago 148
Botrys 66
Branca urſina 77
Braſsica 48. 49
Bryonia 171
Briza 24
Bromos 16
Brunella 150
Bubonium 86
Bugloſſum 147
Bugula 150
Bulbus ſyl. Solſequius 31
Buphthalmum 63
Bupleuron 161
Burſa paſtoris 47
Buxus 149.

C.

Cacalia 110
Calamagroſtis 12. 13
Calamintha 125
  arvenſis 125
  aquatica ibid.
Calamus aromaticus Officin. 28
Calendula alpina 100
Calathiana viola 101
Caltha 160
Campanula 38
  arvenſis 120
  autumnalis 101
  ſyl. lat. 137
Camphorata 255
Candela regia 134
Cannabina alba 66
  aquatica 185
Cannabis ſyl. 129
Capillus Veneris 204
Capnos 69
Caprifolium 174
Caput monachi 56
Cardamine 44
Cardiaca 126
Cardui ſpecies 215
Caryophyllata 186
Caryophyllus 116
  holoſtius 117
Carlina 217
Carpinus 231
Carui & Caruifolia 78
Carthamus ſyl. 216
Caſtanea 227
Catanance 42
Cattaria 125
Caucalis 74
Ceanothus 102
Centaurium minus 162
  majus 51. in muris 159
Ceraſus ſyl. 239
Cerefolium ſyl. 73
Cervaria 142
Cervicaria 38
Chærophyllum 73
Chamæbalanus 197
Chamæceraſus 240
Chamæcypariſſus 66
Chamæciſſos 178
Chamæciſtus 246
Chamædrys 66
  ſpecies 141
Chamægeniſta 221
Chamelæa 246
Chamæleon 217
Chamæmelum 63
Chamæmeſpilus 241
Chamænerion 138
Chamæpeuce 255
Chamæpitys 66. 142
Chamæpyxos 249
Chamærhododendros 246
Chamærubus 252
Chamæſpartium 220
Chelidonium majus 70
  minus 180
Chenopodium 53
Chondrilla 59
Chryſanthemum 63
Chryſoſplenium 180
Chriſtophoriana 95
Cyanus 159
Cyclamen 180

Digitized by Google

Cicer montanum 198
Cichorium 55
Cicuta & Cicutaria 80 & 81.
Cymbalaria 178
Cyminum equinum 78
Cynocrambe 45
Cynogloſſum 148
Cynosbatos 253
Cynoſorchis 54
Cyperus 19
graminea vel miliacea 14
Circæa 86
Cirſium 215
Ciſtus 246
Cytiſus 222
Clematitis & Clematis 173
Clymenum minus 133
Matthiol. 197
Clinopodium 123
Cneoron 246
Cnicus ſyl. 216
Colchicum 30
Collum gruis 183
Colus Jovis 134
Colutea ſiliquoſa 221
Conyzæ ſpecies 153
Connina 53
Convolvuli ſpecies 170
Conſolida major 149
media 150
paluſtris 153
regalis 68
rubra 188
Corylus ſyl. 225
Corona monachi 56
terræ 178
Coronilla 199
Cornu cervi 64
Coronopus repens 65
Cornus fœmina 239
Cotyledon 166
ſylveſtr. 176
Cotonaſter 240
Cotula alba 63
Cracca major, min. 198
Creſpinus 243
Crataogonon 130
Criſta galli 82
Crithmum 219
Crocus vernus 31
Cruciata 101
minor, hirſuta 196
Cuminum pratenſe 78
ſylveſtre 71
Cuſcuta 121.

D.

Damaſonium 98
Daphnoides 246
Daucus 72.73.81
Daucoides minor 75
Delphinium baccinũ 138
Dens leonis 56
Dentaria 37. 187
Dentellaria Geſn. 154
Diapenſia 184
Digitalis 136
Dipſacus 218
Doronicum 98
Draba 48
Dracunculus pratenſis 41
alpinus ibid.
Dulcamara 86
Drymonogon 83.

E.

Ebulus 245
Echium 146
Echium ſcorpioides 146
Elaphoboſcum 76
Elatine 145
Elichryſum 153
Ephemerum non lethale 176
crocifolium 31
Epipactis 97
Epimelis 240
Equiſetum 20
Erica 254
Erygeron 60
Eryngium 219
Eryſimum Th. 27
vulgare 43
Eruca 41. 42
cærulea 42
Ervum ſyl. 197
Eſula 169
Euonymus 234
Eupatorium 185
Euphraſia 130
cærulea 146.

F.

Fabaria 167
Faba inverſa ibid.
Fagus 225
Farfara 12
Faulbaum 235
Fegopyrum 27
Ferrum equinum 199
Ferula 221
Feſtuca 16
Ficaria 181
Filago 153
Filipendula 82
Filix & ejus ſpecies 207
Filicula ibid.
Fiſtularia 82

Flammula

Flammula ranunculus, pag. 93
Flos Adonis 92
ambarvalis 20
cuculi 44
hepaticus 179
S. Jacobi 60
regius 68
Solis 246
tinctorius 221
Fœniculum aquatic. 68
Fœnugræcum ſylv. 201
Fœnum Burgundic. 190
Fontilapathum 105
Fragaria 189
Frangula 253
Fraxinea arbor 223
Fraxinus 224
Frumentum Saraceni-cum 27
Indicum 26
Fumaria 69
bulboſa ibid.
minor 63
Fungus 213.

G.

Galeopſis 127
Gallium 196
Garoſmum 53
Geniſta ſpinoſa 220
tinctoria 221
Geniſtella ibid.
Gentiana ſpecies 101
Gentianella 102
Geranii ſpecies 183
Githago 115
Gladiolus cæruleus 28
Glaux vulgaris 201
Glycyrrhiza ſyl. ibid.
Globularia 151
Gnaphalii ſpecies 153
Gramen 9
eorum nota ibid.
aculeatum 14
alopecuroides 12
anatum 11
aquaticum ibid.
arvenſe ibid.
arundinaceum 11. 13
avenaceum 16
Gram. bufonium 14
bulboſum 10
Gram. caninum ibid.
caule triangulo 13
criſtatum 11
caryophyll. 11. 12
cyperoides 13. 14
Gram. dactylon. 14
echinatum 14. 15
exile 13
geniculatum 15
glumis variis 16
Gram. hederaceum 179
hirſutum 14
hordeaceum 15
junceum 13
lanatum 10
leporinum ibid.
loliaceum 15
lucidum 14
Gramen manna 15
montanum ibid.
nemoroſum 14
nodoſum 10
Gram. paluſtre 11
paniceum 15
panicula varia 10. 11
plumoſum 14
pratenſe 10. 11
Gram. ſanguinarium 14
ſegetum 11
ſorghinum 15
ſparteum 13
ſpicatum 11
ſpicâ variâ 11. &c.
ſylvaticum 12
Gram. tomentoſum 12
tremulum 10
typhoides 12
Xerampelinum 11
Gramen Parnaſſi 176
Gratia Dei 183
Gratiola cærulea 138
minor 120
centauroides 162
Groſſularia ſpinoſa 243
Gruinalis 183

H.

Halicacabum 86
Halimus 240
Hartriegel ibid.
Hedera 178
Hedypnois 56
Hedyſarum 199
Helenium 81. 160
Heliotropium 145
Helianthemon 246
Heliochryſos ſyl. 153
Helleborine 97
Helleborus niger 96
Helxine 53
ciſſampelos 170
Hemionitis 204
Händelkraut 142
Hepatica fontana 211
ſtellata 195
Heptaphyllum 188
Heraclea 127

Herba articularius 115
S. Barbara 82
Britannica 51
Gerardi 76
Jacobi 60
Kunigundis 185
paralyſis 135
paris 86
D. Stephani 86
trinitatis 113
turca 164
venti 91
vulneraria 161
Herniaria 164
Heſperis 114
Hyacinthus Poëtarum 33
racemoſus 29
ſtellaris 29. 30
Hiberis 44
Hieracii ſpecies 57. 58
Hydrolapathum 246
Hydropiper 43
Hyoſcyamus vulgaris 88
Hypericum 163
Hippolapathum 52
Hippomarathrum 81
Hippuris 20. 21
Hirundinaria 174
minor 181
Hyſſopus campeſtris 246
Hyſſopi folia 120
Holoſtium 14
Hordeum 24
murinum ſive ſpontaneum 16
Hormini ſpecies 134.

I.

Jacea nigra ſpec. 158
Jacobæa 60
Jecoraria 211
Ilex aculeata 227
Illecebra 165
Impatiens herba 179
Imperatoria 76
Intybus 55. ſylv. ibid.
Irio 27
Iris 28
Iſatis ſilveſtris 49. 115
Iſchæmon 14
Iva moſchata 66
Juncus 18
bombycinus 12
cyperoides 19
floridus min. ibid.
alpinus 18
odoratus aquat. 82
Juniperus 255.

K.

Keiri 113

L.

Labrum Veneris 218
Labruſca 172
Lac Lunæ 214
Lactuca 53
agnina 84
Ladanum ſegetum 129
Lagopodium 192
Lagopus 153
Lamium 126. 127
Lampſana 55
Lantana 234
Lapathi ſpecies 50. 51
Lappa major 111
agreſtis 74
Larix 259
Lathyrus major 197
Laureola 246
Ledum 248
Legumen terræ 197
Lenticula paluſtris 212
Leucacantha 217
Leucojum luteum 113
bulboſum 30
Leuconarciſſolirion 30
Leuconarciſſus 30
Libanotis 78
ſterilis 54
Lichen 211
Lychnis 115
viſcoſa ibid.
Lycopodium 209
Liguſtrum 251
Liguſticum ſylv. 80
Lilium convallium 176
montanum 33
Limodorum 37
Limonium 104
pratenſe 189
Linaria 119
Lingua cervina 202
paſſerina 149
Linum 120
Linocarpos ibid.
Lyſimachia ſpecies 138
Lithoſpermum 149
Locuſta 84
Lolium 15
Lonchitis aſpera 208
Lotus 192
Lunaria 203
Lupulus 171
Luteola 42
Lutum herba ibid.

M.

Mahaleb 240
Maulbaum 234

Mala-

Malacociſſus 181
Malvæ ſpecies 182
Malus ſylveſtris 237
Mandragora Theoph. 86
Mariſcus Plin. 18
Marrubium 126
Martagon 33
Matricaria 62
Matriſylva 195
Melampyrum 130
Melanthium ſylv. 71
Melianthemum 246
Meliſſophyllum 127
Melilotus 192
Meliſſa ſylv. 127
Mentha ſpecies 125
Mentaſtrum ibid.
Mercurialis 53
ſylveſtris 179
Meſeraum Germanicum 246
Meſpilus 241
Meum 72
Myagrum 48. 115
Milium 26
Solis 149
Millefolium 67. 68
Millegrana 164
Milzatella 127
Myrica 254
Myriophyllum 67
Myrrhis 73
Myrtillus 247
Mollugo 195
Monococcos 23
Monophyllon 176
Morſus diaboli 157
gallinæ 140
ranæ 105
Muſcatellina 91
Muſci ſpecies 209
Muſcus capillarius 208.

N.

Napellus 93
Narciſſus 30
Naſturtium 44 45
Neottia 37
Nepeta 125
Nidus avis 34
Nigella 71
Nigellaſtrum 115
Nymphæa 106. 107
Noli me tangere 179
Nux avellana ſyl. 225
juglans 228
veſicaria 222
Numularia 181.

O.

Ocymaſtrum 115
Ocymum 123
Odonites 130
Oenanthe aquatica 82
Oleander ſylv. 246
Olus album 85
Onagra 138
Ononis 219
Onobrychis 200
Ophiogloſſum 202
Ophris 36
Opulus 245
Orchios ſpecies 34 35
Orchis palmata 35
Oreoſelinum 75
Origanum 123
Ornithogalum 31
Ornithopodium 199. 200
Ornus 231
Orobanche 37
Orobus ſylveſtris 201
aſtragaloides ibid.
Orvala 134
Oſyris 119
Oſtrya 231
Oxalis 49
Oxyacantha 242. 243
Oxylapathum 50
Oxys 120
Oxytriphyllon ibid.

P.

Palma Chriſti 35
Panax Chiron. 216
Panicum 26
ſylveſtre 15
Papaver erraticum 88
ſpumeum 115
Parietaria 53
Paronychia 166. 204
Parthenium 63
Paſſerina 149
Paſtinaca ſyl. tenuiſ. 72
latifolia 76
Paſtoria burſa 47
Pecten Veneris 74
Pedicularis pratenſis 82
Pentaphyllum 188
Pentaphylloides 186
Peplus 169
Perchepier 73
Perfoliata 161
Periclymenum 174
rectum 240
Perſicaria 43
ſiliquoſa 179
Pervinca 173
Perſonata 111
Pes anſerinus 52
columbinus 183
leonis ibid.

Digitized by Google

Petaſites pag. 110
Petroſelinum caninũ 280
Peucedanum aquatic. 67
Phalangium 27.28
Phalaris pratenſis 12
Phyllirea 251
Phyllitis 105
Phyteuma 118
Phlomos 134
Phœnix 16
Phu 84
Picea 260
Piloſella 152
Pimpinella 79
Pinaſter 258
Pinguicula Geſneri 136
Pinus 257
Pyrola 104
Pyrus ſylveſtris 238
Piſtacia ſylv. 222
Piſtana 107
Piſum ſylv. 197
Pityuſa 169
Plantago 104
Plantanaria 19
Platanus 236
Pneumonanthe 101
Podagraria 76
Polyacanthos 218
Polygala 120
Polygonon 164
Polygonatum 115.175
Polypodium 208
Polyſpermon 52
Polytrichum 204.205
Polium 122
Populus & ejus ſpecies 235
Porrum 32
Portulaca 167
Potamogeton 105
Potentilla 186
Primula Veris 135
Prunus ſylveſtris 239
Pſeudoapios 197
Pſeudoaſphodelus 27
Pſeudocyperus 13
Pſeudoiris 29
Pſeudolyſimachium 138
Pſeudoliguſtrum 239
Pſeudomelanthium 71
Pſeudomyagrum 48
Pſeudonarciſſus 30
Pſeudorchis 35
Pſeudoſtachys 133
Pſeudoſtruthium 42
Ptarmica 41
Pulegium ſyl. 125
Pulicaria 43
Pulmonaria maculoſa
muſcus 210
Gallorum 58
Pulſatilla 91.

Q.

Quercus 226
Quinquefolium 187.

R.

Radicula ſyl. 40
Radix cava 69
Ranunculi ſpecies 91.93
Raphanus aquaticus 40
latifolius 181
Rapiſtrum 39
Rapum ſyl. 37
Rapunculi ſpecies 37
Regina prati 83
Reſeda 43
Reſta bovis 219
Rhabarb. Monachor. 53
Rhaponticum 51
Rhamnus 251
Rhus obſonior. 222
Rogga 24
Ros ſolis 205
Roſtrum ciconiæ 183
Roſarum ſpecies 253
Roſa mariana 115
Rubia 194
Rubeola 195
Rubus 252
Rumex 51
Ruta canina 132.
muraria 204
pratenſis 169.

S.

Sagitta 107
Salicaria 138
Salicis ſpecies 249
Salvia alpina 133
ſylveſtris 134.140
Sambucus 245
Sanguinaria 14
Sanguiſorba minor 79
Sanicula 184
alpina 136
Saponaria hirſuta 115
levis 116
Satyrium 35
baſilicum ibid.
Saxifraga 79
alba 180
aurea ibid.
antiquorum 117
Anglica 73
rubra 82
Scabioſa ſpecies 158
Scandix 74
Scirpus 18
Sclarea ſylveſtris 134

Scolopen-

Scolopendria vulgar. 202
Scopa regia 42
Scordium 140
Scorodopraſum 32
Scrophularia 132
major 132. 167
Scorpioides 146
Secale 24
Securidaca 199
Sedum 165
Sempervivum ibid.
Senetio 60
major ibid.
Serapias 35
Seriphium 44
Seris 54
Serpentaria 105
Serpillum 122
Serratula 131
Seſamum 47
Seſamoides 96
Seſelios ſpecies 81
Seſeli Æthiopicum 76
montanum 81
Peloponenſe 72
pratenſe 81
Sideritis 129
Sigillum Mariæ 171
Salomonis 176
Silaus 81
Siler ibid.
Siligo 23
Symphytum 149
petræum 150
Synanchica 194
Sinapi agreſte 41
Sion 44. 75. 144
Crateva 44
Siſer ſylv. 76
Syphonium 16
Siſymbrium 44
Smilax lævis 170
Solidago Saracenica 138
Solani ſpecies 86
Soldanella 173
Sonchus 54. 55
Sophia Chir. Schärerwitz 45
Sorbus aucuparia 223
torminalis 242
Sparganium 19
Speculum Veneris 120
Spelta 23
Spergula 143
Sphondylium 77
Spina alba 217. 243
infectoria 252
Stachys 133
Staphylinus ſyl. 72
Staphylodendron 222
Stœbe 159
Stellaria aquatica 68
Stratiotes millefolia 67
Strumaria 111
Struthium 15
Succiſa 157
Sumach 222.

T.

Tamarix 254
Tanacetum 61
album 41
Taraxacum 56
Telephium 167
Terræ glandes 197
Tertianaria 138
Teſticulorum ſpecies 34
35. 36
Tetrahit anguſtifoliũ 129
Teucrium 139
Thæda 259
Thalictrum 169
Thymelæa 246
linariæ fol. 149
Thlaſpi ſpecies 46
Tilia 229
Tinctorius flos 154
Typha 22
Tithymali ſpecies 169
Tormentilla 187
Tota bona 51
Trachelium 38
Tragopogon 160
Tragoſelinum 79
Trichomanes 203
Trifolii ſpecies 190
fragifer. 189
Tribulus aquaticus 106
Triorchis 35
Triticum 23
temulentum 15
vaccinum 130
Turrita 49
Tuſſilago 109
alpina 110. 160
altera 160.

V.

Valerianæ ſpecies 84
Vaccaria 115
Verbaſci ſpecies 134
Verbaſculum 135
Verbena 156
Verbenaca ibid.
Vermicularis 165
Veronica 139
fœmina 145
Vinca pervinca 173
Vincetoxicum 175
Viburnum 234
Vicia 198. 199
Victoralis 33

Viola

Viola pag. 113
alba 30
lutea 117
aquatica 68
calathiana 101
dentaria 187
matronalis 114
Viorna 173
Viurna 234
Virga aurea 155
paſtoris 218
ſanguinea 239
Viſcum 229
Vitis alba: nigra 171
ſylveſtris 172.173
Vitis Idæa 247
Ulmaria 83
Ulmus 230
Ungula caballina 109
Volubilis 170
Urtica 128
iners 127
Uſnea 210
Uſtilago 25.26
Uva criſpa 243
urſi 247
Vulneraria prat. 192
Uvularia 38.39
Vulvaria 52.

X.

Xanthium 111
Xyloſtium 240
Xyphion 28.

Z.

Zea 23.24
Zeopyrum 24.

FINIS.

Digitized by Google